HARPOCRATES DIVINVS,

Seu

ALTISSIMVM DE FINE MVNDI silentium,

QVO FALSA VATICINATIO Annum 1666. *esse mundo futurum vltimum, redarguitur.*

Auctore R. D. REMACLO DE VAVLX Bastoniano, S. S. Theol. Licentiato, ac eiusdem hactenus in celebri Florinensi Monasterio Professore.


Ezech. 13. *Væ Prophetis insipientibus : qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.*





COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Crithium, sub signo Galli.
Anno M. D. CXVII.





REV.^mo ET SER.^mo PRINCIPI AC DOMINO,

D. FERDINANDO,

ELECTO ET CONFIRMATO ARCHIEPISCOPO COLONIEN. S. ROM. Imperij per Italiam Archicancellario, & Principi Electori, Episcopo Leodiensi & Monasteriensi, Coadiutori & Administratori Paderbornensi, Hildesheimensi, Berchtesgadensi & Stabulensi, Comiti Palatino Rheni, Superioris & Inferioris Bauariæ, Westphaliæ, Angariæ & Bullionis Duci, Marchioni Francimontensi, &c. Legato nato, Domino suo clementißimo.



VT olim veteres illi Philosophi, Reuer.^me atque Ser.^me Princeps, in constituendo huius vniuersitatis ortu ac interitu hallucinati sint, seq; torserint, antiquorum monumentis fit perspicuum. Plato, ac pleriq; alij cum

rerum ignorarent originem, ſupremumq́; illud tempus, quo productus eſſet mundus, multa ſeculorum millia ex quo extitiſſet, fluxiſſe dixerunt. Chaldæi, teſtante Cicerone, quadringenta ſeptuaginta millia annorum monumentis comprehenſa ſe habere delirârunt. In quo, quia ſe argui poſſe non putabant, liberum ſibi crediderunt eſſe mentiri. Quidam ex temeraria quadam minutiſſimorum corporum concurſione mundum hunc, & quicquid in eo adſpectabile continetur, vel tractabile, coaluiſſe pronunciârunt. Alij æternum eſſe mundum, neque exordium ducentem ab vllo temporis principatu, neq; deſiturum vnquam ſtultiſſimè ſcriptis prodiderunt. Qui optimè ſenſiſſe creduntur, Deo veluti comitem materiam adiūxerunt, quaſi vt artifex, ita Deus ſine materiâ nihil poſſit efficere. His & ſimilibus nugis priſci illi Philoſophi orbem compleuerunt, quas etiam cōtumaci ceruice propugnârunt. Quo factum eſt, vt ipſis, dū inter ſe animo digladiatorio concertârunt, elapſa ſit veritas, quippè nimium altercando veritas amittitur, & eò ſint cæcitatis

Cic lib. 1. de diuin.

prola-

prolapsi, vt quid aut defendere debe-
rent, aut refutare, prorsus ignorârint.
Nec mirum, *euanuerunt* siquidem, vt Rom. 1
loquitur Doctor gentium, *in cogitatio-
nibus suis, & obscuratum fuit insipiēs cor
eorum, dicentes enim se esse sapiētes, stul-
ti facti sunt.* At nos, quibus Dei omni-
potentis munere, lux veræ fidei afful-
sit, & quos diuinæ litteræ, excussis ig-
norantiæ tenebris, ad scientiam veri-
tatis erudiunt, mundi principium fi-
nemque profitemur & credimus. Hu-
ius auctorem ac effectorem Deum,
qui quo temporis puncto ipsi placuit,
vniuersum hoc, & quæ illius ambitu
continentur, sine vlla præexistente
materia, verbo tantum, ac nutu suo
ex nihilo architectatus est: illud assi-
dua sua prouidentia moderatur, om-
nes in eo rerum ac temporum efficit
vicissitudines. Vt ergò Deum huius
mundi creatorem fuisse, sic eiusdem
consummatorem futurum esse incō-
cussa fide tenemus, illud in symboli
exordio, hoc in eius termino, dum
carnis resurrectionem prædicamus,
credimus & profitemur firmissimè.
Non dicant Philosophi mundum æ-
ternum esse, vt ortum habet, sic & in-
 teri-

teritum habiturum non fide dumtaxat, aut sacrarum litterarum arcanis, pro certo compertoq; habemus: sed horum veritas stabilitur ipsa quoq; experientia. Progrediente siquidem tempore quæ orta sunt, deficiunt, senescunt, in peius ruunt, ac tandem intermoriuntur omnia. *Quod antiquatur*, ait Apostolus, *& senescit, prope interitum est*. Et quia esse cœpit mundus, totque iam annorum perstitit centurijs, quis eius ætatem actam esse propemodum non duxerit & decursam? Vt fatigetur mundus, & æuo fractus ad interitum properet, apposita similitudine magnus ille Greg. illustrat: Vt ætas, ait, nostra per iuueniles annos robustior viget; in senili autem tempore crebrescẽtibus morbis excoquitur, & dum diutius distenditur vt subsistat, moriendi vice quotidie deficit per momenta viuendi: ita etiam mundi tempus dum venientibus annis augetur, crebrescentibus malis afficitur: Et vnde ætatis augmentum percipit, inde salutis dispendium sentit. Hæc & plura in eandem sententiam congerit ibidem Greg. Vt igitur homo minus in senectute

Ad Heb. 8.

Greg. l. 34. mor. cap. 1.

ctute

ute valet, nō perinde vt in nouella,
vegeta iuuētute, auditu aurium vi-
et, curſu pedum, oculorum acie, vi-
um robore, ſucco viſcerum, mole
embrorum: ſic mundus iam obdu-
us ætate, ijs non poteſt ſtare viribus,
uibus antea ſtetit, nec vigore, & ro-
ore eo valere, quibus prius prǫualuit.
æclarè Cyp. Hoc, inquit, nobis ta- *Epiſt. ad Demetrianum.*
ntibus, & nulla de ſcripturis ſanctis,
ædicationibuſq; diuinis documen-
promentibus, mundus ipſe iam lo-
itur, & occaſum ſui, rerum laben-
m probatione teſtatur. Non hye.
e nutriendis ſeminibus tanta im-
ium copia eſt; non frugibus æſta-
torrendis ſolis tanta flagrantia
, nec ſic verna de temperie
ſata læta ſunt: nec adeò arbo-
s fœtibus autumna fœcunda ſunt.
inuatur neceſſe eſt, quicquid fi-
iam proximo in occidua & ex-
ma deuergit. Sic ſol in occa-
ſuo, radios minus claro & ig-
o ſplendore iaculatur; ſic de-
nante iam curſu, exoletis cor-
us luna tenuatur: Et arbor
e fuerat viridis & fertilis a-
centibus ramis fit poſtmo-

modum ſterili ſenectute deformis. Hæc ſententia mundo data eſt, Hæc Dei lex eſt, vt omnia orta occidant, & aucta ſeneſcant: & infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerint, finiantur. Mirum itaque nemini videri debet, ſi deficere omnia incipiant, cum totus ipſe mundus ſenectutis pondere preſſus, ad finem iam properet & occaſum. Conqueratur nemo ſi bellorum atrociſſimorum, ac tumultuum tempeſtas omnia depaſcat: ſi terra ſitu pulueris ſqualida iaceat: ſi vineam grando cadens debilitet: aerem peſtilens aura corrumpat: hominem morbida valetudo cōſumat: ſi aquarum inundatio fruges, terræq; fructus proſternat: ſi magis, atque magis hæreticæ peruerſitatis, & ſciſmatum venenata pernicies ſerpat: Si inquam, his & ſimilibus plagis, angoribus, & preſſuris in dies ſingulos premamur intenſius; nam hæc futura in nouiſsimis temporibus ipſe temporum Dominus, & cuius nutibus vitæ noſtræ momenta decurrunt, iam multis retrò ſeculis prænunciauit. Sed nec exiſtimare debemus talia

eſſe

esse quæ futura sunt, qualia fuerunt illa, quæ transierunt: nam quæ præcesserunt mala, velitationes quædam sunt, grauior pugna imminet & ferocior. *Hæc* siquidem *omnia*, vt ipsa loquitur Veritas, *initia sunt dolorum.* Matt. 24.
Iram tamen Dei indignantis ostendunt, peccatis prouocantibus irrogantur hæc omnia. Malorum his turbinibus obsessus mundus conflictatur, vt intelligamus quasdam velut ęgritudines esse, quibus vetustate attritus, quatitur & vrgetur. Et hominum malitia excrescente inualescent ipsæ, & hoc tantisper, donec hominum peccata, ad plenum cumulum, mensuramq́; peruenerint. Donec dico, impietas fuerit in summo, pietas in imo. Atque tunc hominum completâ malitiâ, nouissimus tandem dies ille à Deo prædefinitus affuturus est, quo admirabile hoc naturæ opus dissoluatur, lucis à tenebris fiat diuulsio, puri ab impuro dissociatio. Dies, inquam, ille, quo Deus Israelitas è graui atque intolerabili seruitutis iugo ereptos, & è medio mari discissis fluctibus, transuectos in terram promissionis transmittat. Pharaonem

verò, & Aegyptios maris rubri fluctibus inuoluat. Quod fiet, quando in extrema illa rerum omnium periodo iustis digna merces soluetur, in impios autem acerbissimè animaduertetur. Iustos & virtutis cultores æquissimus Iudex obuijs vlnis assumet, consceleratos & refractarios in omnem æternitatem abijciet. Tunc mundum hunc peccatorum sordibus immundum & defœdatum, conflagrationis igne, vt quondam generali illuuie mundabit & purificabit. Omnes verò mundi huius sordes, & sordium amatores, flammis sempiternis, diuinæ iustitiæ vltricibus, excoquendos addicet. Verè pondus graue est impietas, quam cœlum non fert, nec feret terra, sed illam tandem infernalis abyssus excipiet. Enormia itaque & infinita profligatæ salutis hominum vitia & flagitia huic mundanæ fabricæ extremum adferent exterminium. Quippè huius diuinarum scripturarum præsignificationem & typum expressissimum nobis subministrat auctoritas, vt loquantur, audiamus: *Videns*, nimirum supremus ille rerum parens Deus, *quoniam*

Gen. 6.

mul-

multa esset hominum malitia in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore, præcauens in futurum, & tactus dolore intrinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem creaui à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cæli: pænitet enim me fecisse eos. Vt igitur hominum peccatis exigentibus mundus cataclysmo absorptus est: ita ijsdem peccatis prouocantibus, conflagrationis igne peribit. Sic sacra contestantur eloquia, sic Veritas ipsa, dum iniquitatis abundantiam, & charitatis refrigerationem signis consummationis seculi adscribit, & connumerat, insinuat non obscurè. Et eò citius summum illum extremæ conclusionis diem affuturum, quò magis hæc hominum scelera exuberârint ac percrebuerint, Christus, totusque SS. PP. senatus vno ore, vno consensu confirmant. Propinquante, ait Lactantius lib. 7. capit. 17. huius seculi termino, humanarum rerum statum commutari necesse est, & in deterius nequitia inualescente prolabi: Luculentius B. Augustinus: Quantum, inquit, accedit finis mundi, crescunt errores, *August. hom. 10. in Ioannem.*

rores, crescunt tenebræ, crescit iniquitas, crescit infidelitas. Miraris, sic loquitur B. Cyprianus, in pœnas generis humani iram Dei crescere, cum crescat quotidie quod puniatur? Quid? quod & ipsi profani scriptores, cognitionis tamen, ac veritatis diuinæ inscij, hoc ipsum agnouere? sic eorum quidam nec inconcinnè:

Cyp. epist. ad Demetrianum.

Hor. odæ 6. lib. 3.

AEtas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Quippè vitium cum sit secundum naturæ corruptæ inclinationem, vsu, consuetudine, exemplo excrescit, altiusque in animis peccantium radices agit, sic de malis in mala temporis successu præcipitatur totius generis humani massa. Aliam innuit Lactantius causam: Quia virtutibus ait, amaritudo permixta est, vitia verò voluptate condita sunt, illâ offensi, hac deliniti feruntur in præceps homines, ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur. Aliter ratiocinatur B. Gregorius: Hostis, inquit, humani generis Diabolus, tanto fit feruentior ad sæuitiam, quanto se viciniorem sentit ad pænam; & quantū bre-

Lact. li. 1. cap. 1.

Greg. lib. 34 mor. cap. 1.

breuitate temporis angustatur, tantũ multiplicitate crudelitatis expanditur, iuxta illud Apoc. *12. Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.* Porrò vt ingrauescente ætate fit mundus deterior, sic & videtur fieri stolidior. Hoc errores, hæreses, falsa dogmata, mendacia, imposturæ, nugæ, deliramenta vanissima, fabulæ ridiculæ, quibus est confarcinatissimus, hãc mundi stultitiam produnt & manifestant. At quæ tantæ caliginis, quâ nunc mundus obducitur causa? senio confectus est, senes autem, teste profano illo oratore, stulti sunt, creduli, obliuiosi. *Cic de senect.* Alia, mea quidem sententia, causa subest. Altiora se quærit mundus & fortiora se scrutatur, prę̨sumptuosa quadam temeritate, lucem illam inaccessibilem, ac eius præfulgentes radios inualido mentis oculo perscrutari cõtendit & penetrare, quod dum molitur, ad instar noctuæ repercussus cæcutiat, necesse est. Verissimè Sapiens: *Maiestatis scrutator, opprimitur à gloria.* Nec insulsè Rabbini, quamuis fabularum interpretes habeantur, &

nuga-

nugarum egregij architecti. Quicumque, aiunt illi, posuerit ingenium suum circa quatuor, confusione replebitur: si voluerit scire quod est in summo, & quod est in imo; & quod fuit in primo, & quod erit in vltimo. Hæc igitur velle humanę rationis capacitate metiri, aut subtilitate peruestigare, curiositatis est non tolerandæ. Auditores humiles & suæ voluntati obsequentes nos vult habere Dominus, non tumidos & curiosos suæ potētię disquisitores. Et tamen omni auiditate his peruestigandis implicatur mundus. Præclarè S. Chrys. Nihil ita vt apparet, curiosum est, & auidum ad rerum obscurarū, & reconditarū cognitionē, vt humana natura, hoc autē illi contingere solet, quando tenuem, & nondū absolutū intellectum habet. Properat itaq; animus noster ad multa iam cognoscenda & cōprehendenda, maximè tamen ad sciendū cōsummationis tēpus. Hæc ille. Deus bone quot inania commēta, quot fabulosę de Antichristi aduētu, ac mūdi exterminio, cuius tamen Dominus Deus, vtpote vniuersorū iudex futurus, sic sibi cognitionē reseruauit, vt

Hom. 9. in 1. ad Thess.

ne

ne Angelos quidẽ illius consciosesse voluerit, excogitantur à mundo deliro, audiuntur, euulgãtur? Quondã, vt memoriæ proditum est, Hannibal Pœnorum Imperator, cũ Phormionem Philosophũ aliquot horis de imperatorio officio, deque omni re militari differentem inaudisset, interrogatus quidnã de hoc Philosopho sentiret, barbaro quidem, sed tamẽ libero respõdit sermone, se deliros senes vidisse, sed qui magis quã Phormio deliraret, vidisse neminẽ. Quid enim arrogantius vel loquacius fieri potuit, quã Hannibali, qui tot annos de imperio cũ pop. Ro. omniũ gentiũ victore certasset, Græcũ hominẽ, qui nunquã hostẽ, nunquã castra vidisset, precepta de re militari dare? Si Phormio ab Hannibale & delirus habitus est & appellatus, quod ea doceret quæ ignoraret, nonne & mundum senio iam pressum, & velut contritum in errores, sectas, fabellas, deliramenta inconsita totum defluum, delirum vocabimus? In eam prorsus opinionẽ abrior, Ser.^me ac Clem.^me Princeps, vt existimem nos in illud tempus incidisse, quod diuino instinctu atque afflatu præuidit, ac eius nos præmonuit B.

2. Tim. 4. Apoſtolus, dicens: *Erit enim tempus cū ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quot eiuſmodi magiſtros, quot nugigerulos, quot Pſeudoprophetas, qui certum ac prædefinitum tempus Antichriſti aduentus & ſeculi interitus præſtituere tentent, proferat hæc extrema ſeculi ætas, ipſis, vt aiunt, lippis notum eſt & tonſoribus. Hi ſunt quos ſurrecturos in nouiſſimis temporibus prędixit ipſa Veritas: Hi *conuerſi ſunt in vaniloquium*, ait Di-

1. Tim. 1. uinus Apoſtolus, *non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Talis fuit Calculator noſter, qui annis ſuperioribus, neſcio quo perpulſus genio, vaticinationem de aduentu Antichriſti, & mundi fine typis excuſam impreſſorijs, auſus eſt in publicum proferre, & quamuis temeraria eſſet, erronea, ac ſcandaloſa, ſic tamen à pleriſq; ſuſpiciebatur, vt tanquā veritas cœlo illapſa crederetur. Qui iudicio, ſcientia, & rerum vſu cęteris præſtare videbantur, reconditis quibuſdam figuris, & Prophetarum ora-

raculis elusi, hærebant vt marpesia
autes. Cæteri verò qui necdum ha-
ebant sensus ad discretionem boni Heb.5.
c mali exercitatos, dum hæc propo-
iebatur fabella, ore patulo arrectis
stabant animis & auribus. Credulum
uippè hoc est hominum imperito-
um genus, & rerum nouarum, pluſ-
uam par est, auidum. Huius igitur
ræsagitionis occasione passim de
nundi interitu misceri cæpti sunt
ermones. Quæ mox, vt ab amico mi-
i oblata fuit, calamo arrepto, con-
ecturas omnes, figuras, symbola, &
l genus similia media, quibus auctor
ıum dogma cudere moliebatur, col-
egi, & ea postmodum in theses, ne
onfusio oriretur, redegi, falsum à ve-
o, fucatum à syncero discreui, ac tã-
em vela quibus suas contegebat im-
osturas, amoui. Quibus peractis, o-
us quod cõtexueram tenebris, quod
ıce indignum iudicarem, addixi, in
uibus annis aliquot delituit & deli-
ſceret adhuc, nisi vt in communem
roferrem vtilitatem vrgerent & ſe-
ò cohortarentur ij, quibus obniti
s non est, aut reluctari. Porrò quem

in patronum cooptarem, ſub cuius auſpicijs opuſculum hoc in lucem hominumque proſpectum prodiret, longa non fuit diſquiſitione indagandum, quippe ſatis intelligebam, quod illud, qualecumque ſit, ei deberetur, cui plurimum debeo; cui autem plus debeam, quam Ill.^me ac Ser.^me Suæ Celſitudini, mortalium ſcio neminem. Offero igitur Ser.^mæ Suæ Celſitudini hos primos ſtudiorum meorum ac lucubrationum fructus, indignos, fateor, Sua Serenitate, eius tamen ergà me meritis & officijs debitos. Quod ſi benignè ſuſceperit, non erit quod ſycophantarum morſus, quibus expoſitus eſt, ſemperque fuit ſcriptorum labor, pertimeſcam. Sed erit potius quod mihiipſi congratuler, hos meos labores ſub tanti & talis, Principis auſpicijs in publicum efferri, qui veræ, ac ſynceræ religionis, pietatis, continentiæ, manſuetudinis, & vt vno verbo expediam, virtutum omnium alijs ſe ideam quandam viuam exhibeat, & abſolutiſſimam. Hiſce pauculis Ser.^tas V.^ra in Chriſto valeat, viuat, vigeat,

ad Dei maiorem gloriam, communis, & tot illustrium sibi concreditarum Ecclesiarum & Prouinciarum, ac totius Imperij, Germanicæ nationis, ac Patriç salutem, incolumitatem & conseruationem. Coloniæ, Anno Domini, 1616. 27. Decemb.

Reu.mæ Serenitati V.ræ

A sacris ei obsequijs humill.

REMACLVS DE VAVLX,
Bastonianus.

Pio Lectori salutem.

PRodijt in lucem, Benigne Lector, annis superioribus libellus de consummatione mundi, Gallico idiomate conscriptus, ac Lugduni in Gallia typis impressorijs excusus. Quem cum accepissem obiter, & velut in transcursu, auiditate potiùs, vti fieri solet, quàm maturâ consideratione percurri. Quo factum est, vt occultum, & in venis inclusum virus, à sano humore non facilè distinxerim. Libellum resumpsi & iudicio acriori adhibito perlegi rationes, symbola, Prophetarum oracula, coniecturas, & si quid aliud sit, quo Auctor suam de fine mundi opinionem stabilire laborabat, rimatus sum pensiculatius; ita pedetentim venena magno artificio sub aromate oraculorum Propheticorum incautis propinata detexi: celari equidem potest veritas, & verborum lenocinio tanquam cinere contegi, verum erumpit tandem in apertum è quocumque fallacia superstructu.

Fraudibus igitur his apertis & perlustratis, de dimicatione cum eo subeunda tacitus mecum cogitare cœpi: Quis ete-

nim

im non molestè ferat, si veritatem, quâ rius & antiquius homini nihil esse debet, ibefactari videat? Quis simplicium animos falsis persuasionibus, ac anilibus fabus circumueniri non doleat? Dispergebatur oc errorꝰ venenum, & de præbio nemo ogitabat, nemo pro veritatis defensione alamum exacuebat. Ad huius ridiculi e mundi interitu colloquium concurrerant homines passim in foro, in foco, in tonstrinis & pistrinis, in conuiuijs, in agris, in uijs & triuijs, in hominum coronis hæc e fine seculi recitabatur fabella. Quid acerem? memor illius:

Et vires metire tuas, si fortis es, aude
Grandia: si fragilis, humeris impone minora,

imicationem detrectabam. Videbam arduum esse, quod moliebar, opus; & permagi rem laboris esse, nodos ipsos, quibus huus dogmatis auctor veritatem illigârat, xplicare. Cæterùm quia hæc professioni neæ innexebatur difficultas, superis annuentibus pedem cum hoste conferre, vt in rouerbio est, ac ingenij mei tarditatem laore compensare, penitus cum animo meo onstitui. Quicquid verò huius libelli Auctor pro sui vaticinij confirmatione in me-

 diuum

dium produxit, & quicquid vim aliquam habere visum est, in theses, ne confusio enasceretur, reduxi. Et quia huius libelli auctor ex annorum mundi supputatione suum confirmare commentum pro virili parte adlaborat, non immeritò eũ in hoc opere calculatorem appello. Hoc autem opus in duas partes diuido: in priori auctoris fulcimenta discutiuntur, ac conuelluntur: in posteriori quid de mundi exitio sit sentiendum antithesibus aliquot demonstratur. Interim, benigne Lector, quodcumque in hac confutatione à me impensum est laboris, boni consule: si quid fortassis laude dignum inter legendum occurrerit, Deo Opt. Max. perenni bonorum omnium fonti, acceptum referes: si quid verò minus considerate dictum offenderis, id meæ ignorantiæ adscribes, & pro tua benignitate condonabis.

(·:)

IN PRIMA HVIVS TRACTAtus de consummatione mundi parte triginta theses proponuntur, & confutantur, quarum hæc est summa.

1. THesis. Nascetur Antichristus anno 26. seculi currentis: regnare incipiet anno 56. cadet anno 60. finis mundi & consummatio anno 66. nempe ab origine mundi anno 6666. pag. 1

2. Quando Christus dixit: De die autem illa nemo scit, non dixit nemo sciet. 2

3. Deus potest suis fidelibus diem illam nouissimá reuelare, sicut Noe diluuium, ac Loth subuersionem Sodomæ reuelauit. 22

4. Christus cum dixisset: De die autem illa nemo scit, statim subiunxit: Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis: ergò sicut Dominus Noe reuelauit diluuium, ita & suis diem vltimum prænunciabit. 36

5. Quod sit Deus reuelaturus diem vltimum probatur, quia scriptum est: Vos non estis in tenebris, vt vos dies ille, tanquam fur comprehendat. 39 1. Thess.

6. Quando Christus dicit: De die autem illa nemo scit, per diem totum illud tempus intelligitur, quo rerum omnium fiet consummatio. 42

uult. Enoch, homo ſeptimus, fuit tranſlatus. Angelus dixit Eſdræ, ſeculum fore ſeptem dierum. Septima die muri corruerunt Ierichontini: Septimo die vocatus eſt Moyſes à Deo. 113

18. Septem Hebdomadæ datæ ſunt populo Iſraelitico ad metendum: ſeptimus annus erat remiſſionis: ſeptem tubæ, & ſeptem ſigilla in apocalypſi hoc ipſum deſignant, 120

19. Idem etiam prophetijs confirmatur: ſeptem hebdomades, abbreuiatæ ſunt. Septuaginta iſtæ Hebdomades 70. parua ſecula, ſeu ſeptem magna ſecula prænotant, igitur in ſeptimo annorum millenario dies abbreuiabuntur. 131 *Daniel. 9.*

20. Anno ſecundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mẽſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus, quia hoc ſomnium contigit anno ſecundo Regis Artaxerxis, mundi conſummatio fiet anno ſecundo, id eſt, ſecundo annorum millenario Chriſti Regis ter Opt. Max. 131 *Heſter. 11.*

21. Per ſeptẽ Reges, de quibus in Apoc. c. 17. ſeptem magna ſecula exprimuntur, quinque iam ceciderant, dum B. Ioannes hæc prophetabat, nempe quinque priora magna ſecula, & ſextum aduenerat, & ſeptimum nondum erat, ſed venturum erat, & abbreuiari debebat. 142

22. Quod autem debeat abbreuiari, ipſe Chriſtus docet: Sed propter electos breuiabuntur dies illi, loquitur vero de mundi conſummatione. 147 *Matt. 24.*

 23. Se-

23. Septem dies, quibus ciuitas Ierychoutina fuit obsessa, septem magna secula portendunt, annorum videlicet septem millia. 151

24. Septem circuitiones à sacerdotibus factæ designant septem parua secula, hoc est 70. annos vltimi magni seculi. Vltimo igitur annorum millenario tres circuitiones, hoc est trecenti anni, seu tria parua secula sunt detrahenda. 160

25. Secundo probatur Gen. 8. Et septimo & decimo die mensis arefacta est terra; hic per dię septimum & decimum intelligenda sunt septemdecim parua secula regni Christi, numerus enim septenarius, & denarius dicuntur esse perfecti, quia in isto numero, scilicet septimo decimo, nimirũ in septimo decimo paruo seculo rerum omnium erit exterminium, scilicet à reparatione generis humani anno 1700. 163

26. Tertio idem probatur. Durauit mundus ab exordio generis humani vsq; ad diluuium decem & septem paruis seculis: ergo etiam in decimo septimo paruo seculo, à restauratione mundi per Christum facta, finiri debet & cõsummari: His tribus Prophetijs innotescit, finem mundi futurum anno 1700. à mundi restauratione, nam trecenti anni ab vltimo millenario sunt detrahendi. Et quia illi 1700. anni à creatione vsque ad alluuiem generalem non fuerunt completi nam tantum fuerunt 1656. omnibus exactè computatis vniuersalis

rerum

IN POSTERIORI PARTE huius tractatus duodecim antitheses proponuntur, quarum hic est tenor.

5. Chro-

R.D.

R.D.REMACLO DE VAVLX
gratulatur hunc ſuum Harpocratem
Diuinum, contra falſum Prophetam
non ſolum loquentem, ſed cum
fulmine tonantem,

R. D. GVILHELMVS SALSMAN,
Colon.SS.Theol.Doct.S.Albani
Paſtor.

NEmrodicum, diriſq; deuotum genus
Subſtructionem Sennaris denuò
Exſuſcitat, volens meatus ætheris
Rimarier plus quam auſibus mortalium.
Quærit diem vltimum, atque fatalem omnibus
na vice, numeriſq; ſtrictum vult ſuis;
uod denegat mortalium voto omnium,
t ſenſibus quantumlibet acutiſsimis,
le ille conditor ſcientiæ Deus.
oc tu REMACLE ſcriptionis hoc modo
fellis, hoc euertis atque deſtruis,
concidat Babylonis iſta Pyramis,
tiqua, quæ refert prioris inſolens
ſtigia. Heu, tot offerunt ſe ſigna, tot mala,
vergere in nos illa lux credi queat,
a ſiſtier neceſſum erit binam orbitam
tque ſyderis, quod orbi præſidet.
ellites ſuos adornat peſsimus,
erriu-u, ſimulque crudeliſsimus
lis Dei, Deique mentiens fore
ſum, potentiam, Deique gloriam.

Viciſ-

Vicißitudo cæli, & aeris, soli,
Salique prodigia, tot euentus mali
Sunt nuncii & diei illius indices:
Tamen dies mortalium sensus fugit.
Quod tu REMACLE, vir probus doctißime;
Auita quem virtus, antiqua quem fides
Reponit in hominum ora, fama in buccinam.
Sic tu REMACLE promoues, remque instruis
Quàm maximam, quod Belgicum nomen sonat.
Perge vlterius, & commoda nobis tua
E pectoris, manusque scrinio tua.

R. D. IOANNES DE BLIRE VIcarius Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis, Arduennas. In proloqûium R. D. Remacli de Vaulx: *Ocyus ad monadem.*

OCyus ad monadem *tibi verba, domestica verba,*
Inter amicorum nomina, bella sonant.
Ad monadem *tendis, nec te mora detinet vlla:*
Alea quæ iacitur vna, beata tua est.
Vnaque sors electa tibi, quam fallere nemo,
Tollere nemo potest: Ocyus ad monadem.
Ocyus ad Triadem, *sic est decurrere certum*
REMACLO: ergo Monas tangitur atque Trias.

R.D.IO-

R. D. IOANNES SYLVIVS CHI-
nien. Vicarius in Capitolio, Arduennas, in
Harpocratem R. D. Remacli.

Emfacis ô REMACLE virûm doctissime, magnam,
Quae res te magnum, te celebremq́; facit.
Syluius ipse tuam miror celeberrime syluam,
Elysijs ex qua est semita facta bonis.
Euge decus patriae, tua te molimina reddunt
Felicem, serij dum bene promis opes.
Maturato decus reliquum, te praemia spectant,
Quae sunt aeternum post meritura diem.

AD EVNDEM R. D. REMACLVM
Christianus Faber Guipero-
vadianus.

REMACLVS maculas tergit, & impios
Fucos exspoliat, larua reponitur,
...stes hic fidei, numinis & sacri
...nat, consilium, qui violant Dei,
...i tentant Domini frangere foedera.
...em quî lemures aspicerent eam,
...e lucis pariet dona perennia?
...e fumum faciet, quae lachrymas malis?
...ando corpus erit certè anima comes.
...mortale petunt, insolitum petunt;
...caeleste ferent, exitium ferent,

APPRO-



APPROBATIO.

HVnc de consummatione mundi librum ex commissione R.[di] admodum & eximij Patris Fr. Cosmæ Morelles SS. Theologiæ Magistri, ac Inquisitoris Apostolici, vidi & perlegi, in quo nihil vel fidei Catholicæ vel bonis moribus contrarium reperi: quin potius multam in refellendo Calculatore SS. Patrum & Doctorum doctrinam. Coloniæ in conuentu Præd. 1. Febr. 1617.

Fr. Nicolaus Careus in Generali studio Ord. Præd. Coloniæ. stud. Magistro.

TRACTA-



TRACTATVS DE CONSVMMATIONE MVNDI,

PARS PRIMA.

qua quædam de fine mundi vaticinatio redarguitur. Et disputatur

trum annus 1666. sit futurus mundo vltimus?

AVdite cœli, auribus percipe terra; senes, iuuenes, docti pariter, & indocti obstupescite. Oraculum est.

THESIS I.

ulator. *Nascetur Antichristus* *no 26. seculi currentis: regnare incipi-* *nno 56. cadet anno 60. finis, & con-* *nmatio mundi anno 66. nempè ab ori-* *e mundi anno 6666.* Oraculum.

ponsio. Probè nouerat huius præsagij inator diuinas scripturas his, & eius nodigiosis figmentis reclamare. Quid fa-

 ceret?

ceret? Angustijs circumseptus, omnes suos huc destinat conatus, vt ea sacræ Scripturæ testimonia, quæ suum portentum retundunt, cœca præsumptione in suum sensum inflectat, & quæ ad suum vaticinium stabiliendum vim aliquam habere videntur, studiosè congerat.

Statim in sui libelli exordio veritatis æternæ firmissimum elogium, nimirum: *De die autem illâ, & horâ nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi pater solus*, acutè, dicam insulsè, malitiosè, temerè in hunc modum interpretatur.

Matt. 24.

THESIS II.

Calcul. *Mihi consummationem mundi prænuncianti, statim quis illud sat scio, obyciet: De die autem illa nemo scit, sed in promptu responsio. Licet dicat Christus: nemo scit, non tamen dicit, nemo sciet.*

Resp. Hæc ferè Calculator. Verborum vim ac sensum, quod in vera translatione faciendũ docet S. Hieronymus, complector: *nec enim*, vt ipse loquitur *verbum pro verbo, sed sensus pro sensu reddendus est.*

Ad Pammachiũ.

Debuisset hic Calculator piæ illius sacrosancti Conc. Trid. constitutionis meminisse, quâ decernit: *Ne quis sua prudentia innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem Christianæ disciplinæ pertinentium, sacram disciplinam ad suos sensus contorqueat, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scri-*

Sess. 3.

Ecclesiæ est de vero sensu Script. iudicare.

ſcripturarum. Aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam ſcripturam interpretari audeat. Hæc Conc.

Sanè liberæ linguæ defrenatio, & vocum nouarum libertas, multas in orbem fæces hæreſum inuexit; paulatim ſiquidem ex nouis vocibus, res etiam nouæ exoriantur, neceſſe eſt. Non immeritò S. Apoſtolus: *profanas vocũ nouitates*, in Eccleſia non admittendas eſſe decernit. SS. etiam PP. exoticos, implicitos, ac peregrinos Hæreticorum loquendi modos nulla prorſus ratione ferendos, ſed de medio eſſe tollendos omni tempore ſtatuerunt. Nec ſolum vocum nouarum adinuentio, ſed etiam terminorum pro cuiuslibet voluntate additio, omiſſio, corruptio, & alia quæuis mutatio, magnas Eccleſiæ, vt in dies ſingulos experimur, & offundit tenebras, & viam ad præcipitium parat efficaciſſimam. Præclarè S. Auguſtinus: *Liberis*, inquit, *vocibus loquuntur Philoſophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offenſionem religioſarum aurium pertimeſcunt: nobis autem ad certam regulam loqui fas eſt, ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his ſignificantur, impiam gignat opinionem.*

1. Tim. 6.

Hæretici verbi diuini corruptores.

Aug. l. 10. ciui. c. 23.

Chriſtianis loquẽdi facultas ad mẽſurã conceditur.

Quo loquendi modo vtatur Calculator, diſpiciamus. Vt ſuum rudibus & imperitis hominibus inconditum perſuadeat deliramentum, & ſuarum corruptelarum illecebris eos ſubliniat, id verbis Chriſti adijcit, quod ipſe Chriſtus reijcit, & quod ſacris Scripturis, SS. PP. ac toti antiquitati penitus repugnat. Graui

assertione dicit Christus: *De die autem illa nemo scit.* Præsumptuosa temeritate addit Calculator *non tamen dicit Christus, nemo sciet.* Quasi apertius dicat: potest aliquis scire diem illam.

Apoc.1. Cui credam? Scio, quia Christus *testis fidelis*
Psal.115. *est, omnis autem homo mendax:* scio quia Chri-
ad Ro.3. stus præmisit: *Cælum, & terra transibunt, verba*
Matt.24. *verò mea non præteribunt.* Sic in ipso statim limine impingit, sic ruunt, qui altá sapere volunt, nec intra metas suæ cognitionis sese contrahunt; vt illud verissimum comprobetur, quod apud Græcos concinitur: *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat.* Illa pudoris repagulum effringit, hæc intra syncera veritatis septa sese coarctat. Videmus gloriosulos, ac sciolos quosdam, qui volunt, si sic loqui fas est, porrectis labris, orbis honorem sorbere. Effrontes cùm sint, insolentes, arrogantes, temerè de rebus, etiam occultissimis garrire præsumunt. Quid non audent? Quid non sibi posse videntur?

Imperitis innata est audacia.

Cùm autem simpliciter Christus loquatur, dicatque absolutè neminem *de die illa scire,* quâ fronte aliud audet, quod Christi intētioni repugnat, adijcere? Nonne scriptum est:

Deut.4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo?* Probabimus verba illa: *De die autem illa nemo scit,* de quauis temporis differentia esse intelligenda, ita, vt de illa nemo, seu nulla pura creatura sciat, sciuerit, aut scire possit; (secluso tamen reuelationis articulo, de quo inferiùs fusè disputabimus) hoc posito &

Nemo diē iudicij sciuit, scit aut scire poteſt.

Antithesi 4.

o & firmato fundamento, ludet operam, quisquis aliud adnisus fuerit superstruere.

Porrò num ex illis, quæ Saluator noster Apostolis suis de seculi consummatione interrogantibus respondit, præsciri possit tempus interitus seculi; vel certè aliunde eius prænotio haberi, solerti industria inuestigandum est: In Christi siquidem responso, non minima huius difficultatis pars inuoluitur.

A capite igitur, vt in prouerbio est, *vsque ad calcem*, ipsam interrogationem, ac responsionem curiosè circumspectemus.

Refert Scriptura, quod *cum egressus esset Iesus de templo*, (quo vltimo suo egressu ruinam eius consequuturam prænunciabat) *accesserũt ad eum discipuli*, vt scilicet ostenderent ei templi ædificationem, erat enim eius structura elegans, ampla & sumptuosa. Hinc Christus occasionem denunciandi eius subuersionem captans respondit: *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.* Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.

Quod per Romanos, qui totam templi structuram subuerterunt, & solo adæquarunt, completum est anno, vt asserit Rabanus, referente Abulensi, quadragesimo secundo ab eo tempore, quo hęc Christus discipulis suis prędixit. Subdit Euangelista Matthæus: *Sedente eo super montem Oliueti*; Et vt Marcus ait: *sedẽte contra templum*, hoc est, è regione templi; quippe diebus illis, qui à die Palmarum, vsq; ad passionem transacti sunt, in monte Oliueti Abul. in hunc locũ, qu. 8.

vt testis est Abulensis in hunc locum, Christus dormiebat) *Accesserunt ad eum discipuli eius secretò, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt? & quòd signum aduentus tui? & consummationis seculi?* Tria iuxta Matthæum inquirunt. Primum: *Quando hæc erunt?* nempe quæ de templi excidio dixisti. Secundum: *Quod signum aduentus tui?* Tertium: *& consummationis seculi?* Marcus autem & Lucas asserunt, vnicam fuisse de templo interrogationem, nimirum de eius ruina: quia maximè eorum intererat illam præscire, vt sibi prospicerent, ac belli incommoda, acerbitatesque, sine quibus tanta non poterat fieri deuastatio, declinarent.

Matt.24. *Marc.13.* *Luc.21.*

Sed de quo aduentu loquuntur Apostoli, dum eius signum quærunt? Discors est DD. sententia. Hæc tamen omnibus obuia esse videntur.

Varij Christi aduẽtus.

Primum Apostolos non loqui de aduentu Christi ad carnem, cuius tunc conspectu fruebantur, & præsentiâ. Nec de aduentu Christi ad animam, quippe animabus sanctis quotidiè Christus illabitur, quoties nempe sanctificantur, & eis dona, quæ filio tribuuntur, infunduntur. Tertium quoque perspicuum est, scilicet eos non inquirere de aduentu Christi, quo homini extremam vitæ periodum actitanti adesse solet, iuxta illud: *Vigilate quia nescitis qua hora filius hominis veniet.* Hunc siquidem locum, de Christi aduentu ad eos, qui mox vitam naturæ sunt reddituri, D D. interpretantur, sed discrepante sententia. Innocen-

Matt.24. *Marc.13.* *Luc.12.*

nocentius, & Ludolphus Carthusianus asse-runt, animas priusquam è corporeis vinculis euolent, Christum videre crucifixum. His refragatur Abulensis, dicens Christum singulis morientibus assistere, non quidem reali humanitatis suæ essentia, sed virtute sua, potentia & efficacia: alias sequeretur Christum secundum humanitatem, & in continuo motu esse, & simul pluribus diuersis in locis assistere. De hoc igitur aduentu non est quæstio.

Inno. 3. li. de contẽptu mũdi 2. cap. 43. Ludolp. to. 3. c. 46. Abulen. quæst. 239. in cap. 24. Matth.

Quem igitur aduentum intelligunt Apostoli? Quidam quæstionem hanc de Christi aduentu ad regnum temporale accipiendam esse contendunt, & hoc probabiliter admodum: arbitrabantur siquidẽ Apostoli, Christi regnum futurum temporale ad instar regni Dauidis & Salomonis. In eandem abrepti erant Iudæi sententiam, nimirum opinabantur, quod eos Mesias esset in libertatem asserturus, & quod ad maiorem prosperitatem tẽporale regnum Israel esset subuecturus, quam fuerat sub Dauide, & Salomone. Hinc eorum multi adduci non potuerunt, vt Iesum verum esse Mesiam crederent. Dixerat siquidem Christus Apostolis: *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabũt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.* Et alibi. *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Et hæc de regno temporali interpretabantur Apostoli.

Matt. 16. Matt. 19.

Quæstio Apostolorum non est de aduentu Christi ad iudiciũ.

Alij de aduentu Christi ad iudicium generale interrogationem hanc Apostolorũ expo-

nunt, vt sic hæ duæ quæstiones de aduentu & consummatione seculi, ad vnam reuocentur. At hoc absurdum est, nam illa eodem sunt tẽpore futura: ijsdem præcognoscentur signis, immo idem sunt re ipsa, cum aduentus ad iudicium sit finis seculi.

De tribus quærunt Apostoli.

Itaque omissis opinionum, ac difficultatũ variarum labyrinthis, extra omnem controuersiam esse videtur, discipulos de tribus interrogationem instituisse, vt patet ex Matth. Quin & Christi responsiones his tribus adaptantur: nec enim dumtaxat agit Christus de signis euersionis vrbis Ierosolymitanæ, sed etiã de signis aduentus Christi ad iudicium, ac cõsummationis seculi.

Opinio Apostolorũ de fine mundi, & ruina vrbis Ierusalem.

Cæterum Apostoli in eam erant deuecti opinionem, vt existimarent ista esse coniuncta, nempe finem mundi, & destructionem vrbis Ierosolymitanæ, de qua erat intentio principalis: nam tunc futurum Christi aduentũ esse sibi persuadebant, finemque mundi, quando Ierosolyma deuastaretur. Et idcirco vtrumq; simul interrogant, & alterum cum altero confundunt. Hinc Marcus & Lucas positâ quæstione principali, nempe de vrbis excidio, alias duas silentio prætermiserunt.

Quærunt igitur Apostoli de consummatione seculi, cum de destructione vrbis Ierosolymitanæ interrogassent, quia vtrumque, vt iam dictum est, simul futurum sibi imaginabãtur. Deinde credebant post regnum Messiæ nullum aliud futurum, neq; alteram gentem domi-

dominaturam, sed illud ad finem mundi vsq; permansurum. Itaque summo sciendi deside-rio flagrabant, quando futura esset machinæ mundi totius dissolutio, vt inde regni Messiæ durationem, quanta nimirum esset, colligerēt. Resurrectionem siquidem mortuorum & A-postoli, & Pharisæi credebant, mundumque fi-nem habiturum non ambigebant; nec enim generalis esset resurrectio, si viui adhuc in ter-ris superessent. Hoc autem pro comperto ha-bebant, partim ex doctrina Christi, partim ex Saducæorum, qui mortuorum resurrectionē non admittebant, confutatione.

Apostoli & Pharisæi resurrectionē credebāt.

Matt. 22. *Luc.* 20.

Positis his quæstionibus, nunc quid, & quo-modo Christus responderit, sedula inquisiti-one est indagādum. Quod ad modum attinet, non aperto, & plano, sed obscuro & inuoluto respondendi modo Christus vsus est: mixtim etenim toto illo 24. cap. Matth. nunc de con-summatione vrbis & templi, nunc de nouissi-ma totius mundi, huiusque naturæ cursus ex-cisione, & interitu loquitur. Id quidē à Chri-sto, diuino consilio actum non dubitamus, scilicet, vt pro tempore (relictis Apostolis in simplici illo errore, existimantibus finem tē-pli & mundi simul euenturum) rem adeò re-conditam, & abstrusam, finem nempe seculi, illis hac ratione occultaret. Certum siquidem est Christum de re, quæ soli Deo nota est, non nisi obscurissimè voluisse loqui.

Christus obscurè Apostolis respōdet.

Eodem modo videtur Spiritus S. consultò res inuoluere, & obscurare, vel quod futurorū

malorum prædictio, materia sit odiosa, vel ne Prophetæ, qui mala, & infausta prænunciant, à pessimis Regibus, aut à populis rebellibus, qui veritate offenduntur, iracundiaq; excandescunt, nimia persecutionum mole premantur.

2.Thess.2. Vnde S. Paulus de Rom. Imperij apostasia dicturus, sermonem obstrusum, data opera affectauit, & vera obscuris intexuit, subiungens: *Mysterium iam operatur iniquitatis, tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, &c.* Quorum occasione verborum, plures turpiter lapsi sunt, & à vero veritatis tramite resilientes, inanissima de Antichristo figmenta mente conceperunt, ac scriptis prodiderunt. Hoc fecit Diuus Paulus, ne Rom. Principes in se, & in religionem christianam benè animatos, in nouellam Christi ecclesiam concitaret, irritaretque. Adeò diuinum, & sempiterna maiestate consecratum nomen illius reipublicæ habebatur, vt sacrilegus in ipsos Deos censeretur, qui imminutionem quoquo modo nedum interitum prædicaret.

Cur Apostol. tectè de defectione Rom. imperij loquatur.

Respōsio Christi difficiles haret explicatus.

Eodem planè modo Christus, nec enim respondet ad quamlibet quæstionem per se, ita vt integrè prius vni satisfaciat, quam aliam expediat, sed miscet, & inuoluit responsiones, ita vt non facilè possit discerni, quæ signa ad quamlibet harum trium quæstionum sint referenda. Aut definiri ad quem vsque locum sermo fiat de templi, & Ierosolymitanæ vrbis deuastatione. Deinde vt incipiat agere de aduentu

uentu Domini,& consummatione seculi;nam verba Christi,ita sunt temperata, talique sententiarum ordine collocata, vt possint vtriq; euersioni, & vrbis, & orbis commodè conuenire,& de vtraque explicari.

Volunt quidam è recentioribus,Iesu Christi responsum in tres partes esse secandum, primam & vltimam partem ad nouissima tēpora transfundunt, mediam, quæ ita incipit: *Cum videritis abominationem desolationis,quæ dicta est à Daniele Propheta, &c.* de ciuitatis subuersione intelligunt.

Caietan. & Franc. Titelmānus.

Variæ de Christi responsione opiniones.

Alij, vt Hilarius, Ambros. Hierony. hanc mediam partem ad Antichristi aduentum, ac mundi finem referendam asserunt.

Matt.24. Hil.c.25. in Matt. Amb. lib. 10. in Luc. Hieron. in Matt. lib. 4. tom. 9.

Complures,vt Beda in illum locum Christi,ho. 76. in Matth. tom.3. Theophilactus in illum locum,& alij, primam partem responsi, vsque ad illa verba: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic,nolite credere.* De his, quæ à Christi ascensione ad vrbis vsque Ierosolymitanæ exterminium contigerunt,accipiendam dicunt, sequentia de mundi consummatione intelligenda esse arbitrantur. Sic discrepantes hac in re sunt DD.sententię,vt hinc intelligas,quàm ineptè dicat Calculator,posse quempiam scire diem nouissimum,cum in illius signis designandis minimè in vnam conspirent DD.sententiam.

Noluit autem Christus discipulis suis prædicere tempus determinatum excidij Ierosolymitani, nec enim prædixit illam anno plus

minus

minus quadragesimo futurú; quia licet Deus aliquid per prophetas denunciet, illud tamen non ita determinatè reuelat, vt dies vel hora euentus illius præcognosci queat, iuxta illud: *non est vestrum nosse tempora, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate*. Vt igitur non prædixit præcisè diem vastationis Ierosolymitanæ, sic nec determinatè reuelaturus est diem seculi nouissimum.

Act.1.

Christus suis discipulis tē pus euersionis Ierosolymitanæ prædixit. *Baro.to.1. anno Christi 72. Gag. in c. 24 Matt. Psal. 59 Ioseph. de bello Iud. lib.2.c.25. Epiph. hær.29. & 30.*

Hoc tamen in confesso esse videtur, videlicet generis humani redemptorem tempus cladis Ierosolymitanæ, quamuis illud non præ- definierit, charissimis suis discipulis non occultasse, ita Baronius, Gagnæus & alij: hæc enim cognitio illis erat perquam necessaria, nempe calamitatem illam omniũ teterrimam effugerent, iuxta illud: *Dedit metuentibus se significationem, vt fugiant à facie arcus*. Et Iosephus asserit, quod quamplurimi Iudæorum tunc temporis futurorum malorum non falsi coniectores, Ierosolymis elapsi, in alias emigrarint regiones. Ex his autem fuisse Christianos testatur Epiphanius.

Vel certè deuastationem illam suis aperuit discipulis, vt si fugæ locus non esset, eâ iam aduentante, animo non prorsus conciderent, quin potius contra turbidos impetus, & fluctus persecutionum violentos, ad instar petræ, firmi essent, & solidi.

Luc.21.

Reserauit ergo discipulis suis tempus futuræ illius desolationis, & huius fidem facere videntur verba illa: *Amen dico vobis, non præteribit*

ibit generatio hæc donec omnia fiant. Vidit ſiqui-
lem ea ætas, ſiuè ſeculum illud, quæ ab ipſo
rædicta ſunt, cum non niſi, (atteſtante Ba-
onio) 38. annorum ſpatium ab illo tempore
ſque ad vaſtationem vrbis interfluxerit.

Itaque primę petitioni Apoſtolorum de vr-
is excidio, ſic Chriſtus ſatisfaciendum puta-
t, vt palam faceret quod petierant; nimirũ
dem ætate omnia illa, quæ ad eam rem
ectabant euentura fore, prædiceret: ſigna
mque futuræ deſtructionis vrbis à Chriſto
ænunciata ſunt, ſed temporis præciſa de-
minatio ſilentij velo contecta eſt: ſic dan-
· ſigna præcedentia Chriſti aduentum ad
licium, at dies quibus venturus eſt, non de-
nantur, nec definiuntur.

Poſtremæ petitioni de mundi conſummà-
ne nequaquam Chriſtus ſatisfecit, ſed di
: *De die autem illa nemo ſcit.* In eam tamen
è coeunt ſententiam DD. vt dicant tertiam
tem reſponſi, quæ ab illo loco incipit:
*c ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus, aut
nolite credere,* da nouiſsima mundi euerſi-
& fine interpretandam eſſe. Et maximè
Chriſti verba. *Statim autem poſt tribulatio-
dierum illorum, &c.* de aduentu Chriſti ad
ium exponunt. Sic gloſſa: *Poſtquam Do-
s præmonuit fideles contra eductionem Anti
i, & miniſtrorum eius, oſtendens ſe eſſe ma-
è venturum, nunc ordinat & modum ſui ad-
s.* Cæterum modus ille aduentus Chriſti
ſt, vt ex illo nulla ratione cõuinci poſſit
certitu-

Chriſtus interrogationi de mundi conſummatione non ſatisfecit. *Matt. 24.*

Ex modo quo ſe Chriſtus dicit eſſe venturũ nõ poteſt præſciri tempus aduentus ipſius.

certitudo temporis, quo venturus est: nam vt benè dixit B. Aug. *In omnibus istis signis quæ in euangelio ponuntur, siue ad vrbis excidium, siue ad orbis totius exterminium pertineant, sunt quædam, quæ sic se habent, tamq; sunt obscura, vt vel laboriosum sit ea diiudicare, vel temerarium, quamdiu nō intelliguntur, de his aliquid definire: nam quod ad sui aduentus tempus pertinet, hæc habet Marcus. De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater.* Et hoc fortassis, ne discipuli audacius signis auditis nouissimi diei, certum, & præcisum terminum inquirerent. Præuenit igitur Christus dicens: *de die autem illa nemo scit.* Quasi diceret, de die nouissima, post quot annos vel dies ventura sit, non est quod scrupulosius perquiratis: *De die,* inquam, *illa,* nimirum iudicij, vt omnes exponunt, non vrbis euersionis, *nemo scit.* nullus homo scit, sed neq; sciet.

Ad Hesio. epist.

cap. 13.

Christus discipulis curiosius de fine mundi quærendi occasionē præscindit.

Atque hac ratione declinauit Dominus interrogationem discipulorum, de die iudicij importunè quærentium, sat esse ratus, quod scirent post signa venturum esse, vnde dixit: *ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis.* Cæterum, quando hæc signa inciperent, quantum esset inter vnum signum & alterum, quantum inter vltimum, & eius aduentum intercederet, subticuit, quia non expediebat eos scire. Et vt seipsum magis explicaret, expressissimis exemplis docere voluit, neminem hunc diem vltimum posse præsentiscere. *Erit,* inquit, *aduentus Domini,*

Matt. 24.

Matt. 24.

mini, *vt diluuium, vt fur in nocte, ita veniet;* 1. Theſſ. 5.
vt fulgur ab oriente: vt aues laqueo, ſic homines Luc. 21.
inuoluentur aduentu inopinato. Et vt omnem
Apoſtolis conquerẽdi occaſionem adimeret,
ſubiunxit: *De die autem illo, vel hora nemo ſcit,* Marci 13.
neq; Angeli in cœlo, &c. Ac ſi patentius dicat; ſi
non reuelatur vobis dies illa, non eſt quod
miremini, aut permoleſtè feratis: nam Pater
meus ita illius cognitionem ſibi reſeruauit, vt
ne Angelis quidem creaturis nobiliſsimis, &
qui diuinorum ſolent eſſe myſteriorum conſcij,
voluerit eſſe manifeſtam: nam quæ ſoli
diuinæ potentiæ ſubijciuntur, & ex ſimplici
diuinæ voluntatis libertate dependent, cuiuſmodi
ſunt initium, & conſummatio mundi
ſoli creatori, non creaturæ cognita ſunt, & explorata.

Si ergo ne Angelis quidem, hic dies reuelatus
eſt, quis ſibi reuelari poſtulet? non
eſt quod dicat Calculator, aliquem hunc diem
præſciturum. De modo, quo Chriſtus ad iudicium
venturus eſt, accuratius loco opportuniore
differemus. *Antith.* 10

Ex iam dictis ſat compertum habemus, quod
nec ex modo, quo Chriſtus Apoſtolis de conſummatione
mundi interrogantibus reſpondit:
nec etiam ex modo, quo ad ſupremum illud
iudicium venturus eſt, ſciri poſsit dies nouiſsimus.

Verumenimuerò cur *Pater ſolus* dicatur ſcire
diem hanc attentiuſculè hoc loco diſpiciendum
eſt: certum autẽ eſt, quod ab hac cognitione Matt. 24. Marc. 13.

nitione non excludatur filius, aut Spiritus sanctus: dictio enim exceptiua, *Solus*, in re essentiali, qualis est cognitio extremi iudicij, alias diuinas hypostases nequaquam remouet, hinc regula: *Quæ dicuntur secundum substantiam, de omnibus personis dicuntur & singulatim, & simul, & singulariter.*

Regula de diuinis personis.

Potest & hic Patris nomen pro diuina natura, in quâ est Pater, & Filius & Spiritus sanctus accipi, atque sic ab hac cognitione creatura dumtaxat arcebitur: in eum enim sensum interpretamur illud: *Pater noster qui es in cœlis*: nemo enim non scit fidelium orationes non ad Patrem solum, sed ad filium etiam, & Spiritum sanctum dirigi: Non igitur hic accipitur *Pater*, pro sola Patris persona. Et ita intelligit D. Aug. dicens particulam illam, *Solus*, non excludere eas personas quæ sunt eiusdem naturæ cum Patre, sed res creatas, nisi sermo sit de actione, quæ conueniat Patri ratione personæ, non ratione essentiæ. Quia igitur scientia conuenit Patri, quâ Deus est, non qua pater est, hinc non reijciuntur filius; aut Spiritus sanctus, cum *Solus pater* dicit aliquid scire. Sermo itaque de notitia naturali est, cũ dicitur, pater solus scire: solus enim Deus nouit sua naturali notitia *tempora, & momenta, quæ posuit in sua potestate*: nec aliquis naturali sua scientia, nouit consilium Dei, nisi Spiritus Dei.

Lib. 3. in Maximũ cap. 13.

Quando dicitur solus pater scire, non excluditur filius, aut Spiritus sanctus.

Actor. 1.

1. Cor. 2.

Sed alia adhuc sese ingerit difficultas, quæ hic non est silentio prætermittenda, cur apud

Mar-

Marcum dicatur, *filius nescire* diem illum: Ve-eres codices Græci vt testatur B. Ambro. non abent, quod nec filius scit; sed non mirum, si oc falsârunt, quia scripturas interpolauerunt iuinas: Donemus tamen ab Euangelistis scri-tum, nam hanc particulam apud Marcum mper lectam fuisse pro comperto habetur: iò apud Matthæum olim legi consueuisse stantur nonnulli. Quomodo ergo dicitur ius nescire? Hac in re dissentientes sunt DD. ntentiæ. *Cap.* 13. *Amb de fide lib.* 5. *cap.* 8.

Quidam de filio adoptiuo hoc intelligunt, oc est de nobis, est enim Christus filius Dei turalis, & æternus, non adoptiuus: sed per-ram; nam satis adoptiuos filios exclusit, ando dixit *nemo scit.* 1. *Opinio* Quomodo dicatur filius nescire diem illã.

Dixerunt alij hoc dici, quia Christus non ebat practicè, necdum enim diem illum fe-at, nec iudicium exercuerat, non venerat uidem tunc *iudicare mundum, sed saluare.* .3. At parum hoc habet firmitatis, neque e-i Apostoli cupiebant scire practicè, sed the-cè dumtaxat. 2. *Opinio.*

Alij volunt, quod Christus non sciebat iomo, id est humana scientia, sed diuina elatione, verum hoc non satisfacit: quia si-nouit, quoad diuinitatem spectat cogni-ie sibi naturali; ita quantum ad humanita-ex eo, quod communicata est ei omnis itia, per vnionem animæ ad diuinum ver-1. 3. *Opinio.*

Asserunt nonnulli, quod Christus dicatur 4 *Opinio*

nescire diem iudicij, non solum vt homo est, sed etiam quatenus Deus est; filius enim vt Deus, quemadmodum essentiam diuinam nó à se, sed à Patre habet, ita & scientiam, iuxta illud: *mea doctrina nō est mea. sed eius qui misit me.* (*Ioan. 7.*) Hęc etsi vera sunt minus tamen faciunt ad rē, quia hoc non esset peculiare, cùm omnium quæ filius nouit notitiam à patre acceperit, à quo & essentiam habet, & tamen hic peculiariter loquitur de die iudicij, quasi sit ignota, & cætera se scire insinuet. Deinde modum, quo diem illam sciret Christus, non inquirebant Apostoli, sed diem illum exoptabant sibi manifestari.

5. Opinio. Sunt qui dicant, quod Christus sciuerit vt iudex, non vt redemptor, sed reijcitur hæc opinio: Christus siquidem in instanti conceptionis suæ sciuit omnia scientia visionis, quæ Deus fecit, & facturus est; non tamen sciuit omnia scientiâ simplicis intelligentiæ; sciuit igitur diē illam vt redēptor. Deinde Apostoli non de modo, sed de reipsa erudiri cupiebant.

6. Opinio. Interpretantur plures, quod Christus dicatur nescire non in persona sua, sed in persona ecclesiæ: dicitur ergò Christus nescire, quia membra corporis Christi, id est, ecclesiæ, nesciunt. Cæterum quando Christus dixit: *nemo scit*, satis omnes, qui sunt in ecclesia, exclusisse videtur. & ideò, quando dixit, *neque filius*, non potest ecclesiā significare. Has iā dictas opiniones Salmeron, & alij DD. ad quos Lectorē amādamus, & fusius cōplectuntur, & examināt pensiculatius. (*In cap. 24. Matt.*)

Tan-

Tandem quidam hæc Christi verba expo- nunt, quod nesciebat Christus diem illam ad manifestandum discipulis: sciebat, sed non vt reuelaret. Atque hæc expositio, & verbis, & instituto Domini, ac veritati videtur vel maximè congrua: nam passim sic scriptura loquitur: *Nunc*, ait, *cognoui, quod timeas Deum*, hoc est ostendi tibi, & alijs quantum me colas: Et alibi: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*. Dixerat eis quæcunque audiuerat à Patre, vt ibidem habetur capite præcedẽti, nimirum quæ illos expediebat scire, nec enim eis omnia simpliciter indicauerat: ita & hoc loco vult Dominus reddere causam cur non manifestet diem illum, & dicit causam esse, quia *non scit*, hoc est non didicit hoc à Patre, vt reuelaret illis, sed vt sibi hoc secretum seruaret. Hoc B. Gregorius similitudine illustrat: *Sicut*, inquit, *nos diem lætum dicimus, non quod ipse dies lætus sit, sed quia nos lætos facit: sic dictum est quod ipse nesciat diem, quia hunc sciri minimè permittat*. Optimè nouerat diem illum, sicut & alios, non tantum vt Deus, sed etiam vt homo, quippe Iudex erat; iuxta illud: *potestatem dedit ei iudicium facere*, quia filius hominis est. In cuius rei fidem multa signa præcurrentia iudicij diẽ nobis prædixerat, at nesciebat vt euulgaret. Vt igitur legatus à Principe ad alterũ missus, ea tantũ loquitur, quæ in mandatis habet, reliqua verò, etsi explorata, & comperta habeat, dicit se nescire, nec tamen mentitur, quia de illis tractandi non habet

7 & vlt. opinio.

Hil. l. 9. de Trinit.
Basil. l. 4. sub finem tomi 1.
Hieron. ad Coloss. 2.
Amb. li. 1. de fide.
Aug. li. 1. de gen. & alij.
Gen. 22.
Ioan. 10.

Gre. epist. 4. ad Eulog. Patriarc. Cõst.

Ioan. 5.

mandatum. Eodem planè modo, Christus *omnia quæ accepit à Patre nota fecit nobis*, diem verò iudicij subticuit. cur hoc? quia, vt manifestaret in mandatis non habebat: quia non sic sciebat diem iudicij, vt eos ea notitia impertiri consentaneum esset: quippe expediebat ignorarent homines diem illum, vt semper incerti, ac trementes sic vitam, moresque conformarent, quasi proxima die ad tribunal illud horrendum rapiendi.

Vnde meritò iamdudum explosa est à SS. PP. impia Ignoitarum hæresis, qui asserebãt horam iudicij Christo esse penitus ignotam, & simul retunditur tam antiquorum, quam nouorum Arianorum obiectio, hoc enim loco vtebantur tanquam ariete ad illibatam de filio Dei orthodoxam fidem concutiendam: nam sic ratiocinabantur: si aliquid ignorat filius, quod Pater nouit, quomodo cum illo eiusdem deitatis esse potest?

Cæterum Christi Domini animam à momento suæ in corpusculo infusionis certò, ac manifestè cognouisse diem, & horam iudicij, & per scientiã infusam, præter omnium Theologorum miram de hac re consensionem, adeò exploratum, constitutumque semper in ecclesia fuit, vt sit hæresis aperta illud velle negare. Cum id quoque in sexta generali synodo Constantinop. actione 11. in oratione Sophronij, quæ approbata est act. 14. definitum esse nullus ignoret.

Iam ad Calculatorem reuertamur. *Licet*, ait,

ait, *Christus dicat: nemo scit, non dicit tamen nemo sciet.* Quam imprudenter hæc verbis Christi addat,& impiè suæ cauillationis ariete nitatur ipsius veritatis æternæ murum firmissimum labefactare, ex iam dictis ruinis fit euidentissimum; nam siue Christus dicatur nescire diem illam, quia videlicet in persona ecclesiæ nescit, quod asserit sexta opinio, falsissimum est quod infert, nempe sciet aliquis diē lum, in toto enim partem, vt ait regula iuris, on est dubium contineri. *Regula iuris.*

Si Christus diem illum nescit, vt dicit vltia opinio, quia alijs aperire, & reuelare non ılt, etiam falsitatis, ac temeritatis traducatur ecesse est. Si Christus non scit vt reuelet, uis reuelabit? non Angeli, licet alia soleant anifestare, quia nesciunt: non homines, ia *nemo scit*: non dæmones, quia vt post dimus, diei etiam illius sunt inscij. *Thess.9.*

Porro sicut nemo sciebat diem iudicij quā hæc Christus suis denunciabat Apostolis, & nemo sciturus est; ratio est euidens, quia licui hoc aliquando reuelandum erat, nontunc Apostolis de die illo Christum inquitibus reuelari dignissimum erat?

Quæ cum ita se habeant, satis ostensum est einceps ostendetur, ineptam, ac falsam esse itionem illam à Calculatore excogitatam. *de die illa nemo scit*, aut scire potest. illius ique cognitio cunctis obscura est, & incoa, & solius Dei notitiâ, quasi signaculo dam obsignata clauditur: quippe hoc pro-

prium est, ac genuinum diuinæ naturæ, vt naturali & ingenita sibi scientia noscat *tempora,*
Act.1. *& momenta, quæ posuit in sua potestate.*

Fuimus in hac Christi responsione expendenda plusquam par est fortassis prolixiores: Verum quia quæ diximus ad eorum, quæ deinceps tractabuntur intelligentiam, viam sternunt, & complanant, vix paucioribus fuerunt hæc perstringenda.

THESIS III.

Calcul. *Deus potest quando videbitur expedire, suis fidelibus diem illum manifestare, sicut Noe diluuium, ac Loth subuersionem Sodomæ reuelauit.*

Resp. Iam diximus, quod Christus diem illũ non sciat, vt patefaciat, & alijs reuelet. Hæc quam adfert Calculator coniectura exigua est admodum, ac mendica, vim quam de facie habere videtur, nullo negotio conuellemus.

De reuelatione tam Noe, quam Loth facta nullus est ambigendi locus: hæc enim exprelsè diuina eloquuntur monumenta. Noe quidem diluuium his verbis prædixit Dominus: *non permanebit Spiritus meus in homine in*
Gen.6. *æternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum viginti annorum.* His etenim verbis non determinatur humanæ vitæ tempus post diluuium

uium futurum, quis enim perplures homines, etiam finito diluuio vixisse diutius ignorârit? Sed præfinitur tempus à diuina sententia latâ vsque ad illius executionem, in quo poterant homines, nisi peccatorum vsus illis sensum ademisset, reiectis vitiorum fæcibus, quibus tûc mundus totus adspergebatur, ad meliorem se frugem recipere, & virtutum splendidis ornamentis sese cōcinnare. Hoc siquidem tempus præstituerat Deus, vt homines, quos pudor à peccandi consuetudine non abducebat, saltem innundationis vniuersalis timor ad saniorem eos mentem reuocaret.

Tempus pænitētiæ ante diluuium fuit 120. annorum.

Tunc θεοδίδακτος, ac futuræ alluuiei præscius Noe declamatoris fungebatur officio, quem non immeritò B. Petrus *præconem* vocat *iustitiæ*, quia suo exemplo piè, ac iustè viuerent, tortuosos suos mores castigarent, quoscunque monebat. Verbo quoque cæteros cohortabatur, ab inueterato errore & impietate, recederent. Quin & synchronos arcæ fabricâ citò redirent ad cor instruebat, vt meritò vocatus sit deucaleon ἀπὸ τοῦ καλεῖν, hoc est vocando, vt interpretatur Theophilus. His succinit Sybilla.

Noe præco iustitiæ. 2. Pet. 2.

Lib. 3. ad Antolycum.

Collige Noe tuas vires, populosq́; moneto
Omnes, vt mores mutent, seruentur vt omnes.
Quod si non curent, vt mens est laua malorum,
Omne genus perdam alluuiem molitus aquarum.

Imo refert Iosephus, quod Noe facta Gigātū indignè, & molestè ferēs, suadebat, vt in melius volūtates, ac opera sua transmutarēt, verū

Lib. 1. antiq. cap. 3.

cum videret illos sibi non parere, totosq; vitiorum dulcedini succumbere, veritus ne & se, & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem, sedem omnium rerũ & fortunarum suarum in ea collocaturus, immigrauit.

Dei erga suos prouidentia. Solet igitur diuina illa bonitas fideles suos imminentium malorum, ne scilicet ijs inopinatò inuoluantur, præmonere: Sic Loth euersionis Sodomiticæ præsciũ reddidit: Sic Christiani, qui Ierosolymis erant, supernè admoniti, fugâ vitæ suæ cõsuluerunt. Præmisit etiã Deus plures Prophetas priusquam decẽ Tribus in manus Assyriorum inciderent, & antequam Ierusalem euerteretur à Chaldæis, qui venturas calamitates prænunciarent. Solet siquidem misericors Deus quosdã spiritu prophetiæ collustrare, per quos & pij ad omnes difficultates perferendas confirmentur, & impij ad pœnitentiã subeundam extimulentur. Verum quod idem in nouissimis diebus sit Deus facturus, & mundi interitum determinatè assignaturus, S. Scripturæ non docet auctoritas, sed *de die illa*, expresè dicit neminem scire. Ecquis genius afflauit Calculatori, quod sit Dominus diem illum reuelaturus? Cum S.
Rom. 11. Paulo mihi exclamare liceat: *Quam incomprehensibilia sunt Dei iudicia, & inuestigabiles viæ eius? Quis nouit sensum Domini, aut quis Consiliari-*
1. Cor. 2. *us eius fuit?* Sanè *quæ Dei sunt nemo cognoscit nisi spiritus Dei.*

Ridicula est, nec ad rẽ facit exemplaris quâ

vti-

itur ratiocinatio: facta est Noe reuelatio, vt
bi prospiceret, ac se suamq; familiam serua-
t: Loth etiam *ne in scelere ciuitatis periret*: Igi- *Gen.19.*
r & nouissimum mundi diem suis est Deus
enunciaturus, Non sequitur: Noe facta est re-
elatio ne genus humanũ periret, sic S. Hiero. *Lib 1. ad-*
orrò Noe quia quasi secunda radix humani gene- *uers. Ioui-*
s erat, vtiq; cum vxore & filijs debuit reseruari. *nian.*
oth verò ne vindicta & supplicio cœlesti cũ
npijs plecteretur, etiam facta est à Deo ciui-
atis Sodomiticæ vastationis reuelatio.

Neque tamen negauerim, quin sit Deus ter
Opt. Max in illa temporum ac rerum difficul-
ate, in tanta trepidatione, ac inusitata omni-
m perturbatione, aliquos excitaturus, qui
ominibus interitum impendere sint oc-
lamaturi: Et fortassis significantur per aquilam,
le quâ S. Ioannes in sua Apocalypsi: *Et vidi, &* *Apoc.8.*
udiui vocem vnius aquilæ volantis per medium
œli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus
n terra.

Sed licet Noe præsciuerit determinatè tem-
ous diluuiei generalis, vt arcæ beneficio se su-
osq; seruaret, alijs tamen hæc præcognitio nõ
fuit impertita. Hoc Scriptura docet: *Et non co-* *Matt.24.*
gnouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes.
Sic fuit subitanea Sodomitica perditio, & à ne-
mine, nisi à Loth, & vxore, & filiabus præuisa,
sic enim apud Lucam habes: *Edebant & bibe-* *Luc.17.*
bant, emebant & vendebant, plantabant & ædifi-
cabant, quâ die autem exijt Loth à Sodomis, pluit i-
gnem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit.

At insurget quis. Si Noe præco fuit inundationis vniuersalis, vt prædixi, eamque verbo, exemplo, arcæ fabricâ suis denunciauit contemporaneis, quâ ratione dicuntur eam ignorasse? Prædicauit Noe, sed non crediderũt: extruxit arcam, sed vt delirum subsannârũt; pœniterent hortatus est, at eum velut nugigerulum exploserunt. Eiusmodi inundationes non viderant, ac proinde vt impossibiles reputabant, exigentibus demeritis excæcabantur, vt non crederent, & perirent.

Sodomitę prædicationem Loth aspernati sunt *Gen* 19. Idem Loth contigit in Sodomis, cum suis diceret generis: *Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc. & visus est,* ait scriptura, *eis quasi ludens loqui,* & non crediderunt ei.

Iudæis post Christi passionem spatium penitentiæ indulserat Deus, & 40. annos designauerat, sed quia peccata peccatis addiderunt, nec Deum benefactorem suum agnouerunt, 1.*Thess.* 2. *peruenit ira Dei,* vt verbis vtar Apostoli, *super illos vsq; in finem.* Boni tamen, vt dictum est, oraculo diuino admoniti, & Prophetæ alicuius, vt censent aliqui, voce excitati, fugâ distracti sunt.

Itaque ex dictis patet Calculatorem hisce exemplis oleum & operam perdere: cessat etenim hæc reuelationis amicis à Deo faciẽdæ necessitas, immo ne fiat talis reuelatio, eorum, *Antithesi* 4. vt postea plenius ostendemus, exigit vtilitas. Potest Deus de po- Scio quidem, nec hoc inficior, Dominũ Deum de potentia absoluta, vt in scholis loquuntur,

posse

osse vltimũ Christi aduentũ, cui vult prænũ-
are, sed quia nec Angelis, nec Apostolis su-
charissimis, etiam de hac re inquirentibus,
ui se *primitias spiritus* assecutos gloriabantur,
quibus aperuerat *sensum, vt intelligerent scri-
uras*, nec etiam puræ creaturæ hactenus facta
t talis reuelatio, quis futurã astruat? Dies il-
mundi nouissimus, vt sit futurus, quantũ ad
eterminationẽ, omnibus bonis ęquè, ac malis
cognitus, dicetur postea plenius & planius.

tentia ab-soluta re-uelare diẽ mundi vltimum.
Rom. 8.
Luc.vlt.

Reuelat quidem Deus ea, quæ ad omnium
atum pertinent, seu quæ statum vniuersi cõ-
ernunt; sic diluuium propheticâ voce, quo
otus mundus erat suffocandus, prẹnunciatum
uit. At quæ singularium sunt personarum ra-
ò solent reuelari, nec enim Deo tam impẽsa
t cura de particularis hominis statu, quã de
umanæ speciei tota congerie. Rursus reuelat
Deus, quæ reuelata conferunt, & ijs, quibus fit
euelatio, emolumentum adferunt: Sic Loth
euelata est Sodomitica subuersio. Cæterum
eterminatum consummationis seculi tẽpus
ræscire, nec vtile est, nec conueniens, vt pau-
ò post probabitur euidentissimè.

Multum operæ, ac laboris sumit Calcula-
or, vt hanc vltimi diei reuelationem futuram
sse persuadeat, sed quicquid pro sua constabi-
enda sententia in medium profert, hoc DD.
rmissimo velut axiomate, possumus exsuf
are: nimirũ fidẽ nostram non quibuslibet re
elationibus niti, sed ijs dũtaxat, quos sacri au-
tores, nẽpè Prophetæ, Christus ipse, Apostoli
vel

Axioma theologicum.

Quæ sint fidei reuelationes.

vel scriptis prodiderũt, vel prosperitati commendarunt. Vnde glossa super illud. *Et ecce apparauerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes.* *Suspecta est*, ait, *omnis reuelatio, quam non confirmat lex & Propheta; quæ tria significant, lex, Moyses & Propheta; alioquin delusiones dæmonũ, aut proprij fantasmata cerebri potius, quam reuelationes communiter habeantur.* Est siquidem scriptura cum ecclesiæ definitione tanquam sufficiens regula, & infallibilis pro totius ecclesiastici corporis, & membrorum vsque in finem seculi regimine.

Matt. 17.

Priuata reuelatio non est fidei catholicæ.

Priuatæ ergò reuelationes, quorumcunq; illæ sint, ad fidem catholicam non spectant, nec ad fundamenta ecclesiasticæ doctrinæ referuntur; quippe fides communis est virtus, non priuata, catholica est & vniuersalis, non particularis. Sanè catholica fides non tradit nisi ea, quæ per ecclesiam, & eius publicos ministros, fidelibus credenda proponuntur, hinc Regius Propheta: *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Montes hoc loco, vt passim exponunt SS. DD. Prophetarum, & Apostolorum celsitudinem designant: nulla igitur alia nisi Prophetarum, Christi, & Apostolorum doctrina ecclesiam Dei fundat. Hæc est primæuũ semẽ fidei; & ecclesiæ veritatis. Hoc semen siue Concilij Patres, siue Pontifices summi, seu ecclesiæ Doctores, Pastores, ac in vniuersum Theologi omnes rigant animo, & labore peruigili.

Psal 86.

Non mihi iam Calculator suam, aut alterius

is particularis hominis, obtrudat reuelatio-
m, vt enim fidei nihil refert ea credere, an
n, quæ D.Methodio Cypri Episcopo, quæ
Brigidæ, B. Catharinæ Senensi, Gertrudi
jsque quamuis sanctis viris ac fœminis reue-
a sunt: sic nec nostri Calculatoris, aut alte-
is eius fulfuris hominis, nunquam credide-
n reuelationi, nisi Sanctæ matris ecclesiæ
edendam statuat autoritas.

Quod si priuatis suffulciretur reuelationi-
s fides catholica, quæ ipsius esset certitudo,
t stabilitas? non columnà, non firmamentũ
ritatis, sed errorum potius seminarium, &
ficina esset appellanda. Doctrina tamen *De exam. doct. to. 1. lib. 5 c. 45. & 46.*
ilierum solemnis, vel verbis, vel scripto, vt
cet Gerson, maximè reputanda est suspe-
. Ratio *quia leuius seductibiles, quia pertinacius* Reuelationes mulierum suspectæ.
uctrices, quia non constat eas esse sapientiæ di-
æ cognitrices. Ordo siquidem doctrinæ Dei
: est, vt primum à Deo in Christum pro- Quis sit ordo doctrinæ Dei.
net, & descendat, & à Christo in virum, &
iro in mulierem influat.

Ordinem hunc tangit Apostolus: *omnis,* 1. Cor. 11.
viri caput Christus est, caput autem mulieris
, *caput verò Christi Deus.* At in dæmonis do-
ina alius est progressus, primò enim trans-
ndit eam in mulierem, vtpote, quæ minus
fus, & discretionis sit particeps, & per mu- *2 part. suæ summæ quæst. 53. de sortibus art. 6.*
rem in virum. Atq; hinc sortilegia, diuina-
nes, incantationes, & eius generis peccata
quentius in sexu muliebri, quã virili inue
i, doctè Alexander in sua summa ostendit.

Quam

Non igitur reuelationes mulierum semper
nt pro indubitatis habendæ. Quod ad S. Bri-
dç, Catharinæ Senensis, & aliarum eiusmodi
nctarum mulierum reuelationes attinet, non
nquam somnia volo eas esse ex plodendas,
ɔsit: Scio enim eas pias esse, & ab eruditissi-
is viris, ac illuminatissimis examinatas, &
ɔprobatas. Sed dico nullam reuelationem,
t scripturam cuiuslibet hominis, quantum-
ɔet docti, aut sancti, pro indubitanter verâ
ıbendam esse, nisi ex sacræ scripturæ testi-
onio, vel ecclesiæ definitione veram esse
ɔnstiterit. Testimonium enim vt nos cre-
litati alicui faciat obnoxios, tale sit oportet,
à tali persona habeatur, de qua cōstet eā non
ɔsse falli, aut fallere velle. Ecquæ talis erit?

Doctor ipse gentium B. Paulus has priua- 2. *Thess.* 2
reuelationes, decernit reijciendas esse, sic e-
m ait: *Rogamus autem vos fratres, &c. Vt non*
ò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini,
q; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per
stolam tanquam per nos missam, quasi in-
t dies Domini. In quem locum D. Thomas,
præsertim in illa verba, *neque per spiritum. id*
, inquit, *si quis dicat sibi reuelatum per spiritum*
ctum, seducitur enim quis per falsam reuelatio-
n. Hic itaq; fit exploratissimum, priuatas re-
ationes diligentissimè pensitandas prius
e & examinandas, quam vt ijs fides adhibea
. Sic monet B. Ioannes: *Charissimi,* ait, *nolite* 1. *Ioan.* 4.
ni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo

Reuelatio priuatim facta potest intelligi per modum comminationis.

Donemus ita esse, Deus alicui particulari homini extremam mundi vastationem reuelet, quid inde? nunquid talis reuelatio si fiat optimè per modum sententię comminatorię, quales sæpè in scripturis reperiuntur, poterit explanari? Quod si Deus alicui de potentia absoluta suam damnationem reuelaret, talis reuelatio sine dubio per modum comminatorium esset intelligenda: eodem ergò modo si Deus finem mundi alicui manifestaret, comminatoria posset dici talis manifestatio.

Vt autem hæc quæ dicimus planiora fiant, & apertiora, operæ pretium est obseruare diuisionem illam prophetiæ, siue reuelationis, (nec enim est aliud Prophetia, quam inspiratio, vel reuelatio diuinitus facta) quam habet Glossa super illud Matthæi: *Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo habebit in vtero, &c.* Nam alia est ex prædestinatione Dei, quã necessariò est euenire omnibus modis, cum sit infallibilis: ita vt sine nostro impleatur arbitrio, vt hęc de qua loquitur Euangelista. Vnde dicit: *Ecce*, quo prophetiæ certitudo demonstratur.

Cap. 1.

Triplex prophetia, prædestinationis, præscientiæ, & cõminationis

Alia est prophetia, seu reuelatio ex præscientia Dei, cui nostrum admiscetur arbitrium, & cooperante gratia consequimur præmium vel ab eâ iustè relicti tormentum, & hæc est prophetia præscientiæ.

Denique est prophetia, seu reuelatio comminationis more humano facta, vt illa: *Adhuc*

Ionæ 3.

uadraginta dies, & Niniue subuertetur. Intelli-
e si suorum criminum pœnitudine nō duca-
ur. Et huic persimiles in scripturis reperiun-
ur.

Vt igitur eò, vnde digressus est, se referat
ermo, si de Mundi interitu cuipiam fiat reue-
tio, rectè modo comminatorio factam
ronunciauerimus: nimirum minas inten-
t Dominus, & mundo, aut Prouinciæ ali-
ui ingentem cladem, & vastitatem, denunciat,
isi ab errore reuocetur, & peccatorum fasce
eposito, à læuo tramite, ad viam tandem re-
iam regrediatur. Non absimilia fuerunt varia
rophetarum vaticinia, quibus finem mundi Prophetiæ
ò impendentia mala futurum prçcinuerunt, cōmina-
iusmodi est illud: finis venit, venit finis su- toriæ.
er quatuor plagas terræ, & huic similia. Huc *Ezech.* 7.
ferri potest visio illa Redempti Floren-
næ ciuitatis Episcopi, cuius meminit Di-
us Gregorius in suis Dialogorum libris: *lib.* 3. *c.* 38.
m, inquit, *aduesperascēte iam die stratum suum*
ri, iuxta sepulchrum B. Euticij Martyris sibi vo- Visio Re-
sset, ante eum B. Euticius astitit dicens: Redem- dempti
e vigilas? cui respondit, vigilo, qui ait: finis venit Florētini
iuersæ carnis. finis venit vniuersæ carnis. Sub- Episcopi.
ngit statim D. Gregorius & commemorat
rribilia illa signa, quæ in cœlo mortalium
ulis sese obiecerunt, quæ fuēre hastæ, atque
ies igneæ, quæ ab Aquilonis parte conspi-
bantur. Et subdit: *mox effera Longobardorū*
ns de vagina suæ habitationis educta, in nostram
uicem grassata est, atque humanum genus, quod

in hac terra, præ nimiâ multitudine, quasi spissæ segetis more surrexat succisũ aruit; & sigillatim recẽset, quibus terra illa fuerit depressa flagellis.

At ne quis putet mendax fuisse oraculum de fine vniuersæ carnis prædictum, sciat hisce verbis non seculi consummationem significatam, sed gentis Italicæ cladem. Certè finis quidam tunc quodammodo dici potuit aduenisse Romani Occidentalis Imperij, cum Longobardi Italiam inuadentes, rerum potiti sunt: etenim post pauco Hexarchos, Constantinopoli ab Imperatoribus in Italiam missos, qui Rauennæ considere consueuerant, ijsdem diu præualentibus Longobardis, Occidentis Imperiũ penitus collapsum est, ac per trecentos annos, vt testantur Historiographi vacauit, nẽq; vsq; ad Carolũ Magum amplius restitutũ.

Romanũ occidentale Imp. 300. annos vacauit. *Naucler. Gener.* 16. *Albertus Krantius lib.* 1. *Vandaliæ cap.* 35.

Verũ enimuerò, vt propter futuras calamitates, & persecutiones, quas prophetico spiritu præuidebant, rati sunt multi iam nouissimum Christi aduentum impendere: sic peculiare fuit Apostolis, & sanctis. PP. vt cum, vel portenta, vel immanem aliquã cladem in Ecclesia excitari cernerent, etiam extremum iudicij diẽ iuxta esse sibi persuaderent. Lubet huc adferre quod narrat Baronius, nimirum circa annum Domini 419. tot visa signa, & tam horribilia portenta super Olīueti montem, vt multæ vicinarum gentium tam visu, quam auditu perterritæ, atque credulæ sacro Christi fonte ablutæ sint, omniumq; baptizatorum in tunicis crux Christi Saluatoris, Diuinitatis nutu, ex-

ressa fuerit. Huius rei admirabilis occasio-
e de tempore aduentus Domini ad iudican-
um, ex diuinis prædictionibus cœpti sunt v-
iq; misceri sermones; quâ occasione scrip-
sse videtur Hesychius ad S. Aug. Quid quod
tiã nostris temporibus, vt oportunius alias di-
etur, varijs prodigijs sic perterriti fuêre ho-
ines vt iã Antichristum natũ existimarent?
identur autẽ sancti Patres suorũ quisq; tem-
orum signa obseruasse, atq; ex his diẽ iudicij
opinquũ annuntiasse. Cyprianus persecutio-
es tyrannorũ immanes, Hilarius Arianorum
eresim perniciosissimã, Leo Hũnorũ & alio-
inauditas irruptiones, Greg. pestilẽtias, terrę
ot⁹, famẽ, Lógobardorũ, vt dixi, vastationẽ.
Sed enim quãuis sub fine mũdi irruet multi-
ex calamitas, & angustia, totusq; mundus a-
ocissimis tribulationibus concutietur, tamẽ
quãtitate persecutionũ non potest dies ge-
eralis excidij præsciri, vel etiã aduẽtus Cruci
xi prẽmõstrari, cũ etiã circa tẽpora primitiuę
cclesię tot persecutiones fuerint, vt ab aliqui-
s tũc, vel vicinus expectaretur, vel imminẽs
ntichristi aduẽtus. Quã misera fuerit tẽporũ
orũ cõditio testatur B. Ioannes in sua Apoca-
psi his verbis: *Et data est illi potestas super qua-
or partes terræ interficere gladio, fame, & morte,
bestijs terræ.* In Græco est: *super quartã terræ,
partẽ.* quo innuit quartã partẽ terræ in per-
cutione Traiani gladio, fame, & bestijs fuisse
teremptam; tot siquidem Christianorum
illia in omnibus Romani Imperij prouin-

Quid mouerit Hesychium ad scribẽdum de consummatione seculi.
Aug. epist. 79.

Ex immẽsitate persecutionũ non colligitur nec præscitur dies generalis iudicij.

Primitiua ecclesia varijs persecutionibus conflictata est
Apoc. 6.

Tempore Traiani quarta pars terræ persecutione absumpta est.

cijs cæsa sunt, vt si omnes simul numerarētur, quarta esset pars hominū; & hoc creditu facilius videbitur, si quod scribit Eusebius de illius temporis persecutione, quis memoria repetat, sic enim ait: *Persecutionum vero extrinsecus pondus vrgebat Ecclesiam, & tam immensæ cateruæ martyrum quotidie iugulabantur, vt Plinius secundus, qui tunc Prouinciam administrabat multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorem,* quod innumera hominū millia quotidie obtruncarentur. Eadem leguntur apud Nicephorum & alios.

Lib. 3. hist. Eccl. c. 32.

Lib. 3. c. 16. & 17.

Quamuis ergo rerum perturbationibus quatiatur nunc mundus, & omnium malorum colluuie prematur, non potest tamē hinc præfixus consummationis dies assignari, cur? quia soli Deo notus est, & ita notus, vt nec Dei filius sciat, nempe vt ipsum alijs subaperiat: nō dicat igitur Calculator quod Deus sit fidelibus diem illum manifestaturus; sicut Noe diluuiū, Loth subuersionem Sodomę reuelauit. Videamus nunc quibus coniecturis, aut scripturę testimonijs aduentus filij Dei prænotionem futuram dicat.

THESIS IIII.

Calculator. *Christus cum hāc pronuntiasset sententiam: De die autem illa nemo scit; è vestigio subiunxit. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis; ergo sicut Noe Dominus reuelauit diluuium, ita & suis diem vltimum prænuntiabit.*

Resp.

Respon. Sic Calcul. sed cauillatoriè ; diem
udicij cum tempore diluuij , & Sodomiticæ
ltionis non ideò comparat Christus, vt sicut
trumque reuelauit, sic & extremum seculi
liem sit manifestaturus. Sed his duobus exem-
lis edocet hominibus mundo deditis, nouis-
mum diem venturum præter expectationē,
cum illorum summo malo, quod effugere
on poterunt, quodq; omnes perdet ; iustis ta-
ien paucis, in comparationem impiorum, ab
lo malo liberis. In diluuio quidē solus Noe
ım suis, vti fidem facit scriptura, saluus factus
t. Ac in vastatione Sodomitica Loth cum fi-
ıbus dūtaxat ereptus est. Tamen instante ca-
mitate, nonnullos resipuisse, & Domini mi
icordiam vtiliter implorasse, vt probabile
modum tradit B. Hieron.
Iis quæ dicimus verba, quæ Christus imme-
atè annectit, suffragantur; ait enim : *sicut e-
nt in diebus ante diluuium comedentes , & bi-
ıtes, nubentes, & nuptui tradentes, vsq; ad eum
m, quo intrauit Noe in arcam, & non cognoue-
ıt, donec venit diluuium, & tulit omnes ; ita e-
& aduentus filij hominis.* Satis hic quò tendat
emplum, veritas exprimit; quamdiu vastita-
n ingruentem non sentiscebant homines
e diluuium, & Sodomæ ruinam, animum
iocos, ad choreas, scurriles fabulas, pocula,
itias, hortos, merces & cętera mundi delira-
nta, penitus adijciebānt , vt in illos meritò
verbis inuehatur Noe, teste Sybilla,
iiseri mentis praua, mutabile vulgus,

Probabile multos ante Diluuium ad Deum fuisse cōuersos. *In c. 1. Nahum Prophet. 6.* *Matt. 24.* *Lib. 1. Sybill. ora.*

Quos iuuat extincto vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importuniq́; tyranni,
Mendaces, prauistudiosi, perfidiosi,
Detractatores, mœchi: scelerata ferentes,
Nil formidantes supremi numinis iram.
Non fletis passim duri? ridetis inepti?
Sardonicum risum ridebitis, horrida quando
Tempestas, torrensq́; Dei vos opprimet vnda.

At cum iam aquis Diluuij absorbebantur, ac igne cęlitus demisso omnia conflagrabāt, in ipsa diei vltimę trepidatione; & clade, aliò tūc hominum cogitatio, & mens prorsus abripiebatur; ac tunc repentinus adueniebat eis interitus; & hoc est quod subditur: *non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes*: quia nimirū inopinatè aquis diluuij oppressi sunt, & suffocati; sic erit in die iudicij extremo; *cū dixerint homines pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus.* Vt ergo in diebus Noe nō fuit designata, & determinata dies alluuionis vniuersę mortalibus, (nevsq; ad illa diē voluptatibus indulgerent, ac diuersorū se scelerū generibus adstringerēt, vel in vltimâ vitæ periodo dūtaxat pœnitere vellēt:) *Ita erit in aduētu filij hominis.* Atq; hęc est vera, & germana hui⁹ loci expositio, commentitiā igitur nō accersat Calculator. Huic suffragatur expositioni D. Chry. in Hom. sic. n. ait: *Lasciuia erit, & pax his, qui insensibiliter dispositi sunt, propter quod nō dicit Apostolus: cū fuerit, sed cū dixerint pax & securitas, insensibilitatē eorū ostendēs. sicut illorū, qui fuerūt in diebus Noe, quādo mali lasciuiebant; & nō iusti, sed in tri-*

1. Thess. 5.

ribulatione, & tristitia pertransibāt. Hæc Chr. Potest tamē dici, quod Christus has adferat militudines, vt ostendat se non ignorare diē dicij, quandoquidē ea, quæ in nouissimis tēribus, imò in ipso iudicij die obueniēt, prędicit, ac clarè cōmemorat: determinat siquidē quod tunc erūt homines securi, quod sine vllo more, ac solicitudine omne voluptatū genus mplexaturi sint, ac adoraturi. De ipso etiā iucij die dicit: *In illa nocte duo erūt in vno lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur.* Matt. 24.

THESIS V.

Calcul. *Quod etiā Deus sit nouissimū diē reuelaturus: patet ex Apost. sic ad Thess. scribēte. Vos non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat: Ergò iustis repentinus non erit Christi aduentus, sed præuisus.* 1. Thess. 5.

Resp. Hunc locū violēter Calculator in sui ntellectus arbitriū inflectit, aliud siquidē hic D. Paulus nō intendit, quam bonos à malis secernere. Bonos & eos, vt clarè textus ipse euincit, *qui filij lucis sunt, & diei, & quos Deus nō posuit n irā, sed acquisitionē salutis, dies ille tanquā fur nō cōprehēdet*, quippe cōtinuo vtētur peruigilio eruntq; *beati illi serui, quos cū venerit Dñs inueniet sic facietes*, Apostoli cōsilio strenuè acquiescēt, qui ibidē sic ait: *igitur nō dormiam⁹ sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus.* At in eos q. dormiēt, & grauissimis se scelerib⁹ obstringent, quosq; à peccati cōsuetudine nulla modestia, nullus pudor abducet, sed sine timore vllo perpetrabūt mala, irruet repentina calamitas, eosque instar Matt. 24. Vecordes ac impios homines inopinata iudicij dies opprimet: bonis veniet expectata.

torrentis viam secum rapientis, prosternet. Pulchrè hi per Babylonem illam magnam, de qua Apostolus in suâ Apocalypsi, signatur, quę in corde suo dicit: *Sedeo Regina: & vidua non sum, & luctum non videbo; Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igne cōburetur, quia fortis est Deus, qui iudicat illam.*

Cap. 13.

Babylon reprobōrū collectio, seu vt ibid. ait D. Aug. est ciuitas Diaboli toto orbe terrarum diffusa.

Ita impijs obueniet, qui dum fœlices se iactabunt, & in delicijs, ac libertate opinabantur se victuros, *in vna die, nempe inexpectata & repētina venient plagæ eorū*, vel vt Apostoli verbis vtar, *tunc repentinus superueniet eis interitus.*

1. Thess. 5.

Plagæ iniquorum in die iudicij.

Sed quæ sunt illæ plagæ? Mors æternę damnationis: *luctus* amissæ beatitudinis: *fames* illius recuperandæ, sed inanis; *& ignis* nimirum æternus, *qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* De his verè Iob. *Subitò morientur, & in media noctè curuabuntur populi, & pertransibunt.* In quem locum sic D. Gregor. *Quamlibet serò de hac vita tollantur iniqui, subitò, & repentè tolluntur, quia finem suum cogitando prauidere nesciunt. Subitum est homini, quod ante cogitare non potuit; subitò diues ille stultus, raptus est, qui horrea, quæ præparabat deseruit, & inferni locum, quem non prauidebat inuenit. Vnde ei propter hanc ignorantiam cæcitatis | suæ benè per diuinam sententiam dicitur: hac nocte repetunt animam tuam à te; in nocte quippè ablata est, quæ considerationis lucem habere noluit, vt quod poterat pati prauideret.*

Cap. 34.

Lib. 25. mor. in c. 24. Iob.

Cito moritur, qui finem nō mediatur.

Luc. 12.

Vnde benè discipulis futura cogitantibus Paulus Apostolus dicit. *Vos autē fratres nō estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprebendat,*

lat, omnes enim vos Filij lucis eritis & diei; *enim exitus tanquam fur in nocte, ita compre-* *tit, quando stultorū animas futura non praui-* *tes eijcit; & aptè dicit Iob. In media nocte cur-* *untur per sententiam iudicis, qui nunc curuari* *ligunt per humilitatem cordis*. Hæc ibi Greg. Debuisset hic Calculator obseruasse D. Pau- n non simpliciter dicere; *dies ille non vos* *prehendet*; sed illud adiungere, tanquam , nempè vt bonos à malis (prout diximus) ngat; boni equidem conscientiam pur- nt, purgatam sollicitè conseruant, in cordis rreum vt apes in alueum mel, purum fru- entū, viua inquam opera importāt, ne in hy- ne videlicet diei Iudicij, egestate suppriman- r.

Cur Apostolus addat tanquam fur.

Mali verò dum se terrenis plus nimio im- ergunt, morientes sui obliuiscuntur, qui dū uerent obliti sunt Dei; & quia in repentinis, inexpectatis euentibus homines secundum ęcedentes habitus operari consueuerunt; erito Apost. dicit, quod dies ille desperatæ lutis homines *tanquam fur comprehendet*.

Homines in repentinis secundum præcedentes habitus operantur.

Sed vt etiam ipse B. Aug. huic difficultati espondeat, audiamus. *Quando*, inquit, *Apostolus* *icebat Thess. nec citò mouerentur mente, neq; ter-* *erētur siue per verbum, siue per epistolā, tanquam* *er ipsum missam, quasi dies Domini instaret; nole-* *at vtique, vt crederent eis, qui iam appropinquare* *Domini arbitrabantur aduentū; nec tamen volebat* *t tanquā seruus ille, dicerent: morā facit Dominus* *meus venire, & traderent se superbiæ, luxuriæque*

Epistola 80. ad Hesi.

2. Thes. 2.

Luc. 12.

perdendos: sed sic eos volebat de propinquitate diei nouißimi falsis auscultare rumoribus, vt tamen vellet eos paratos ad aduentum Domini sui, lumbis accinctis, & lucernis ardentibus reperiri, quibus dicit: Vos autem non estis, &c. ille autem qui sic dicit: Moram facit Dominus meus venire, vt percutiat conseruos suos, epulatur cum ebriosis, non est lucis, sed tenebrarum, & ideò illum tanquam fur, dies ille comprehendet. Hæc Augustinus.

Adhuc verba illa Christi: (*de die autem illa nemo scit*) confusaneis verbis exponit, ac in sensum suum detorquet Calculator.

THESIS VI.

Calcul. *Quando Christus dicit:* De die illa nemo scit. *Per diem totum illud tempus intelligitur, quo rerum omnium fiet consummatio, & patet ex sequentibus verbis, dicitur enim ibidem:* In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur: Duę erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. *Vbi dies non de momento, vel de die extremo, sed de toto illo tempore intelligi debet, quo fiet iudicij extremi apparatus, quis enim post diem vltimū relinquetur? Praeterea dicit Apostolus:* In illa die homines dicent pax & securitas: *at in vltimo die hæc quomodo dicent?* *Resp.*

Luc. 17.

1. Thess. 5.

Respon. Quod per diem dicat Calcul. intelligẽdum totũ totius excidij orbis tempus, nihil eſt; nã ex hac expoſitione, nobis (vt dici ſolet) nec ſeritur, nec metitur, quin potius idem dicimus, ſiue per diem vltimum præcisè & determinatè vltimũ intelligat, ſiue totum finis m ũdi proceſſum interpretetur; vt cuiuis ille, ſic & iſte occultus erit & incognitus. Exiſtimat ergò Calcul. ſe tempora poſſe ſupputare, dié verò & horam vniuerſæ ſubuerſionis minimè: tempora enim de breui ſpatio non ſolent dici, ſicut dies, vel hora; maximè ſi Græcum intueamur eloquium. Cæterũ quid D. Aug. de conſummatione ſeculi loquens dicat, audiamus. *Non poteſt*, ait, *determinari tempus, quãtum ſit futurum. nec de menſe, nec de anno, nec de centũ, nec de mille annis. nullus enim Prophetarũ determinatè prædixit aliquod tempus aduentus Chriſti.* Nec tempora, nec dies nouiſſ. iudicij ſupputari poſſunt. *Epiſt. 80. ad Heſyc.*

Chriſtus etiã ipſe reſpondit nõ nobis expedire, *vt tẽpora ſciamus, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Tẽpora ergò cõputare*, vt ait Aug. *hoc eſt χρόνους, vt ſciamus quãdo finis ſit futurus huius ſeculi, nihil mihi aliud videtur, quã ſcire velle, quod ipſa veritas ait neminẽ ſcire poſſe.* *Vbi ſuprà.* Si enim rectè philoſophabimur, tẽpus eorũ, quæ in tẽpore sũt, moram, ſeu durationẽ dicit: quot enim modis morã hanc, quã tẽpus vocamus, metimur, tot tẽporis partes nominamus, vt sũt ſeculorũ, luſtrorũ, ſeu olympiadũ, annorũ, menſiũ, hebdomadũ, dierũ, horarũ, &c. Et quia dicit Chriſtus nobis nõ expedire, *vt tẽpora ſciamus, quæ Pater poſuit &c.* quis nõ videat eũ tã de momẽto,

quam anno, tam de die quam de seculo, tam de paruo, quam longo tempore loqui? Hanc ob causam hortatur D. Paul. Thessalonicenses, ne de temporibus istis sint solliciti. *De temporibus,*
1. ad Thes. 5. ait, *& momētis non indigetis vt scribam vobis*: quod scilicet tantum de his scitis, quantum & ego: nemo enim scit, quando dies Domini sit futurus.

Paul. ad Rom. 13. Cæterum vt tempus, ita dies sæpe in scripturis indeterminatè accipitur, sic B. Paulus: *Nox præcessit dies autem appropinquauit*. Et B. Aug. *Scripturarum*, inquit, *more sanctarum diem solere poni pro tempore, nemo qui illas, quamlibet negligenter legerit, nescit*.

Dies & hora in scri. sæpe pro tempore ponuntur indeterminato.

Aug. 20. de ciuit. cap. 1. Animaduertit ibidem B. Aug. quod quando sacra scriptura vocat iudicium vniuersale *diem* in singulari, (quod sæpiusculè fit tam in
Sopho 1. veteri, quam nouo testamento, vt: *iuxta est dies Domini magnus*, & infra: *Dies Domini amara, dies ira, dies tribulationis & angustiæ, &c.* Et Malach. 4. *Dies succensa quasi caminus, dies Domini mag-*
2. ad Th. 5 *nus & horribilis*. Item: Dies Domini; sicut fur in nocte, ita veniet. cuiusmodi locutiones scripturæ sunt familiares) tūc, *dies* dicitur per antonomasiam, & accipitur indefinitè pro tempore more scripturæ: *nam per quot dies*, inquit Aug. *iudicium hoc tendatur incertum est*. Et ita dies illa vocatur *tempus nouissimū*. 1. Pet. 1. Iac. 5. & alijs scripturæ locis.

Nec dies dumtaxat, sed etiam hora pro tēpore incerto vsurpatur, testis est B. Ioannes Euangelista, qui dum vitam adhuc & spiritum duce-

ret, *nouissimam horam esse* pronunciauit. 1. *Ioa* 2.
dixit nouissimum tempus esse, aut no-
num annum, sed nouissimam horam: nec
en mendacij est traducẽdus, horam quip-
ro tempore posuisse quis non videat?
Non dicat igitur Calculator diem & horã
cij posse esse incertam & incognitam, an-
n verò præfixum & certum, dies siquidem
ora absolutè pro temporis duratione su-
ur, nec enim solum nos latet quâ die, vel
â in rigore sumptis futurum sit iudicium,
absolutè, quo anno, vel quod in idem re-
it, post quem annorum numerum futu-
n sit, Sic Christus: *Non est vestrum nosse tem-* *Act.* 1.
a vel momenta, &c. quo Christi testimonio *Aug. lib.*
at B. Aug. sufficienter redargui omnes, *18 de ciu.*
annos durationis mundi designare ac defi- *Dei c.* 53.
e desudant. Cui opinioni etiam calculum *Cyri. ca-*
dit B. Cyrillus Ierosolimitanus: *tempus*, ait, *tech.* 15.
no curiosè inquirat: non est enim nostrum scire
npora, quæ Deus posuit in potestate sua.

Quas Calculator adfert similitudines ni-
probant. His namque nil aliud indicat
hristus, quamdiem illum terribilem homi-
s, propter immensam eorum vecordiam,
hil tale formidantes, esse oppressurum.
x quo etiam infertur huic diei nullum cer-
m anni, vel seculi terminum, à sciẽtia huma-
a præscribi posse: Atque hinc insignis Cal-
ılatoris temeritas conuincitur, quod deter-
inatũ futuri Christi aduẽtus annum, qui pu-
is est creaturis ignotus, præsumat assignare.

Tam

Tam subitus siquidem & inopinatus erit, vt propter eorum omnium immutationem supellectilia, ac domestica sint homines neglecturi. Quippè solent etiam pretiosa despicatui haberi, cum grauia, quæ hominum animos abripiunt sese ingerunt pericula; Et hoc est quod dicitur apud Lucam. *In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa.* Intelligit hoc Lucas de extremo mundi excidio, nec loquitur, vt manifestum est, de tempore longo, quale erit Antichristi tempus, sed de vna die aut nocte in qua futurus est Christi aduentus. Docet igitur Lucas eâ procella detonante, opus esse fugâ concita, atque expedita, fortunarum omnium, vt saluti consulatur, factâ iacturâ.

Luc. 17.

Et licet tria illa, quorum Calculator meminit exempla, à PP. mysticè soleant exponi, & diuersis statibus, & hominum conditionibus accommodari, quorum alij laborant velut *foris in agro*, cuiusmodi, teste Remigio, prædicatores sunt, quibus commissus est ager Ecclesiæ. Alij velut *domi in molâ*, vt sunt coniugati. Alij velut *in lecto quiescunt*, quibus continentium ordo signatur, licet inquam diuersi diuersè hæc interpretentur, simpliciter tamen his exemplis fidelium, & infidelium separatio in die illo futura, exprimitur. Tunc enim boni dexteram, mali læuam sortientur. *Et statuet*, sic apud Matthæum legimus,

Matt. 25.

oues quidem à dextris suis, hœdos autem *tris.*

billa Delphica de ouibus, ac bonis sic canit:

tam degent, quæ tempus in omne manebit,
feros hortos Paradisi semper habentes,
ulcem cæli panem stellantis edentes.

c de hœdis, ac malis sic Sybilla Erythræa: *Ignis fontes æternus aduret.* Igitur vnus asetur ad gloriam, alter tanquam reprobus nferiora Tartari detrudetur.

His etiam docet Christus ex omni statu, , sexu, conditione, aliquos fore saluan, alios perdendos. De omnibus ergo honum ordinibus quidam relinquentur non hoc mundo, vt ineprè imaginatur Calator, sed à Deo sempiternis flammis crucili reprobabuntur. Quidam verò ad bean illam, & immortalem vitam assumen, nimirum in die Christi aduentus glorio qui aduentus nunc in die, nunc in nocte fuus dicitur, nam dies erit fidelibus, & in lu fidei viuentibus: nox erit infidelibus, & oribus tenebrosis inhærentibus. Quomodo Christi aduentus nunc in die, nunc in nocte dicatur futurus.

Quam etiam illud Pauli friuolè interpreter: *Cum dixerint pax & securitas tunc repentis eis superueniet interitus*, cuiuis notum est. am apertè Apostolus quam subitaneus turus sit Christi aduentus ostendit. Itaque s exemplis, vt vno verbo dicam, Christus erum suum, ad iudicium inopinatum fuarum aduentum luculenter commonstrat. 1. *Thess. 5.*

Equi-

Equidem significari non potuit apertius illius diei penitus inexpectatus aduentus, quam tot, tamque illustribus similitudinibus: nimirum similitudine laquei ad decipienda animalia abſconditi: furis noctis silentia captantis: fulguris subitò apparentis: Diluuij infœlices homines vndique obruentis: Euersionis Sodomiticæ omnes opprimentis.

Exempla inopinati aduentus Christi.

Quibus hæc tria addidit, vt omnibus timorem incutiat, & cuilibet solicitudinem ingeneret. Tanta quippè erit iudicis in discernendo sapientia, vt etiam si duo sint simul, & eundem vitæ modum gerant, non tamen idem iudicium sint recepturi: *sed vnus assumetur alius relinquetur*.

Iam satis reor caliginem, quâ clarissimam veritatis æternæ de supremo mundi die sententiam Calculator obduxerat, excussimus. Nunc, quam de altera hac, nimirum: *non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*, concipiat, & mente contractet opinionem audiamus.

Act. 1.

THESIS VII.

Calcul. *Quando Christus dixit: non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, Apostolos suos alloquebatur, qui non consummationis mundi, sed potius nominis, ac resurrectionis Christi Præcones esse debebant.*

Resp. Fatemur quidem magiſtrum noſtrum cœleſtem ea ſæpè Apoſtolis ſuis commemoraſſe, ac tradidiſſe, quæ propriè illorum, non aliorum, erant; quis enim poteſtatē illam eijciendi dæmones, & ſanandi infirmos, Apoſtolis à Chriſto indultam, omnibus ęquè, vt Apoſtolis communem fuiſſe aſſerat? Deinde quis neſciat ordinandi ſacerdotes poteſtatē ſic coarctatam, vt ipſis dumtaxat Apoſtolis, ac eorum ſucceſſoribus, Epiſcopis nimirum, conueniat, propriaque ſit? Nihilominus etiam dicimus extra omnem cōtrouerſiam eſſe, Chriſtū cum ſuos adhortaretur ſeorſum, vel inſtrueret diſcipulos, ſæpius non ſolis Apoſtolis, ſed omnibus Eccleſiæ membris fuiſſe locutum; ſi enim vni, aut paucis doctrinā ſuā cōmunicabat, non occultandi intētione, ſed diuulgādi proponebat. hoc clariſsimis ipſe verbis teſtatur: *Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Quod verum eſt niſi expreſsè invulgus quę fiebant, aut dicebantur, diſſeminari prohiberet, ſicut in transfiguratione: *Nemini dixeritis viſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Quod verò ad verba illa Chriſti attinet: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate,* quæ ſolis putat dicta Calcul. Apoſtolis, veriſsimè dixerimus, non minus Apoſtolorū ſucceſſoribus, ac omnibus Chriſtianis, quam ipſis Apoſtolis eſſe accommodanda. Equidem cum Chriſtus ſigna ſui aduentus ad iudicium pręnuntiabat, non ſolum Apoſtolis,

Marc. vlt.

Chriſtus non ad Apoſtolos dumtaxat ſed ad omnes ſuum dirigebat ſermonē.

Matt. 10.

Matt. 17.

Hęc ſentē. non eſt dicta Apoſtolis in perſona ſua.

nec enim vsq; ad seculi consũmationem peruenturi erant, sed omnes alloquebatur. Eodem modo quando ait: *Non est vestrum nosse, &c.* omnibus hoc adaptandum esse nemo addubitabit, & hoc ex sequentibus verbis dilucidè confirmatur. *Et eritis mihi ait, testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samariâ, & vsque ad vltimum terræ.* Liceat vnum à Calculatore petere, vtrum præceptum putet hoc solis Apostolis an non? si sic concedat, necesse est Ecclesiam sponsam Christi dilectam, Apostolis defunctis, ab ipso sponso fuisse oblitam, destitutã, despectam, quo quid absurdius dici, aut excogitari potest? Non est bigamus Christus, vna est Apostolorum Ecclesia, & nostra, vnũ est corpus Christi. Si ecclesia corpus Christi est, vt verè est, quomodo deserat illud, præsertim cum dicat, *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Si admittit verba Christi ne dũ ad Apostolos, sed eorum etiam posteros esse referenda, non video cur etiam ista: *non est vestrum nosse tempora &c.* Apostolorum discipulis & successoribus non conueniant; cum protinus subijciat: *Et eritis mihi testes vsque ad vltimum terræ. Hæc enim,* vt docet B. Augustin. *non solis Apostolis, quibus tunc loquebatur, sed etiam eorum posteris denuntiauit.* Sicut igitur hæc, ita & priora non ad solos Apostolos, sed ad posteros omnes, pertinere conuincuntur.

[Margin: Illud & eritis mihi testes in Ierusalem non tantum Apostolis sed eorũ posteris esse dictum.]

[Margin: *Matth. vlt.*]

[Margin: *Epist. 80. ad Hesychium.*]

Habemus & pro hac sententia aliud præsidiũ: Cum sapientia illa diuina discipulos suos

de

de insperato suo aduẽtu præmoneret, vt nempe se ad eum indefesso studio præpararent, dixissetque paulò ante: *De die autem illa nemo scit, &c.* consectarium tale intulit: *videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit.* Et subdit: *quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Et hoc sine dubio, ne Apostolorum successores solis Apostolis ista esse dicta suspicarentur. Et quia eadem sapientia diuina tam apud Marcum, quam in actis Apostolorum, tam in vno quam alio loco de suo aduentu sermonem instituit, quid quæso causæ esset, cur potius in actis solis Apostolis, apud Marcum omnibus loqueretur hominibus? His consonat D. Greg. in illud Iob: *semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit.* Exponens enim hæc verba sic ait: *Deus singulorum cordibus priuatis vocibus corporalibus non loquitur: sed tale eloquium construit in scriptura, per quod cunctorum admonitionibus satisfaciat.* Dicit igitur hæc ad discipulos, non tanquam ad eos, qui durare deberent in vita ista vsque ad terminum mundi, sed quasi vno corpore existente, ipsis, & nobis & posteris, vsque ad consummationem mundi credituris in Christum, hæc omnia prænuntiat.

Marc. 13.

Act. 1.

Cap. 33.

Scriptura passim omnes alloquitur fideles.

THESIS VIII.

Calculat. *Nõ expediebat Apostolos diem illlum scire: sed volebat Christus de fidei propagatione per vniuersũ orbẽ essẽt solliciti, vnde Christus subiũgit: sed eri-*

tis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaâ, & Samaria, & usq; ad ultimum terræ.

Respon. Hæc ratio aliquid roboris habere videretur, nisi perplures aliæ forent, propter quas, vt & nobis, sic & ipsis Apostolis, dum vitam agerent, non expediebat *nosse tempora, vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.*

In 24. cap. Matth. Scitè Hilarius: *non expediebat Apostolis diem illam scire, vt pendulæ expectationis incerti, semper crederent eum esse venturum, quem ignorabant, quando venturus esset.* Et B. Hieron. *Ad Collo. 2.* *Quando*, inquit, *Christus dicit, non est vestrum nosse, ostendit quod ipse sciat, non expediat tamen nosse Apostolis, vt semper incerti de aduentu Iudicis, sic quotidie viuant, quasi die altera iudicandi sint.*

Vt Apostolos, sic nos non expedit scire nouissimum seculi diē.

Planissimum est igitur, quod eadem, quæ Apostolos, etiam & nos causa ignorātiæ huius diei adstringat, nempe tanquam stationarii milites excubemus, semper parati simus, vt quando venerit Dominus paratos nos inueniat, & vigilantes: Ad hoc nos ipse Christus *Matt. 24.* sedulò commonet, instigat, impellit, *vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* *Marci 13.* Marcus pro his habet: *videte, vigilate, & orate; nescitis enim quando tempus sit*, & subditur: *vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus veniet, serò an media nocte, an galli cantu an manè, ne cum venerit, repentè inueniat vos dormientes* *1. Thess. 5.* & alibi frequenter. Apostolus ad Thess. scribens cum dixisset, *non indigere eos de temporibus illu-*

ctis, & momentis scriberet, quod nemo sciat quando Iudex sit venturus: (*veniet enim vt fur*, nimirum latenter, & ex insperatò, cum securi erunt homines) protinus exhortatur eos, vt sint cauti, vigiles, armati.

Oecomenius in illud Apostoli: *dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet*, causas cur repentinus Christi aduentus sit futurus adsignat: *Si quis*, inquit, *postremum sciret diem, nulla illi virtutis cura esset, sed innumera perpetrando mala, extremo spiritu ad baptismum, pœnitentia videlicet, accederet.* 1. Thess. 5.

Equidem si homines, quos dies exitus sui præterit, & quibus omnis pars temporis, locus, ac modus, quo hinc abripientur, incertus est, vitam tam securam, dico, tam vitiosam, & flagitiosam perducunt, quid facerent, si vel mortis, vel extremi illius Iudicij diem certũ mathematicè haberent, & exploratum? Nulla salutis solicitudo, nulla retributionis futuræ eos cura, à solita viuendi ratione abduceret, quin potius omni timoris, ac honestatis effracto pessulo, in quæuis scelerum genera præcipites corruerent. Illud in ore lasciuientium indubiè iactaretur: Adhuc quinquaginta anni, & finis erit carnis vniuersæ. Sat temporis superest, omne domus tędium excutiamus, tempus alea, iocis, lusibus, commessationibus, perpotationibus, popinis, vnguentis, cæterisq; id genus oblectationibus traducamus. Sic sæuiente tunc aduersario, quod *modicum tempus habere* mortales error falleret, liuor incenderet, Apoc. 12.

 cupi-

cupiditas excæcaret, deprauaret impietas, superbia inflaret, discordia exuperaret, ira precipitaret, deniq; iisdem gula & ebrietas sensum adimeret. Lepidas, & huic argumēto cōgruas historias refert Bredembachius in suis collationibus, alterā de quodā Michaele Stifelio cōcionatore euangelico, qui suis rusticis persuaserat diē Iudicij futurū anno 1533. 3. Octobris horā diei circiter decimā, idque ex supputatione quadratorū numerorū, tanquā ex diuina reuelatione Spiritus sancti omninò futurū iurabat. Rustici & plerique ciues per vniuersam Saxoniam, & Misniam aruis, & agris relictis incultis, negotijs otio posthabitis, curæ præferētes socordiā, omnia sua bona decoquebāt, dies noctesq; pergręcabantur, certòconfidētes mūdū peritur, & extremi iudicij diē aduenturū. Cum autē prædictus dies adesset, Stifelius suggestū occupās, hortatur suos rusticos & bono iubet esse animo, tēpus instare, quo prout quisque vestitus erat, omnes in cœlū auferrentur. At hora iudicij iādiu transacta, irati rustici Stifeliū è sublimi cathedra deturbatum, ligatūq; VVitenbergam traxerūt, ac ipsum corā Iudice de illatâ iniuria grauiter, aliquod emolumētū pro pecoribus, frugibus & frumentis absumptis sperātes, accusarūt, sed frustra: nam è vinculis redemptū Stifelium, ecclesiæ iterū suæ veteri præfecit Lutherus. In hoc ridiculū vaticinium, & in hos miseros subrusticos, quidā & ipse elusus, sic lusit.

Lib. 7. c. 32 & 33.

Vaticiniū de vltima seculi periodo.

Nos vero miseros, miseros nos ille reliquit

Elys-

Elusos miserè, quorum pars tabe periuit,
Pars sua crudeli confodit pectora ferro,
Pars, quorum numerum mœstissimus auxi,
Diuersas adijt patrijs à sedibus oras.

Alteram de quodã Ioanne Cãpano Hære- tico, qui in ducatu Cliuensi Rusticis suascrat, ne amplius austeris sese frangerẽt agriculturæ laboribus, non sese frustra duris vexarent, diutius fatigarent, enecarent fodiendi, arãdi, metẽdi sudoribus, instare diẽ Iudicij, breui omnia inundationibus aquarũ delenda, indulgerent genio, molliter sese tractarẽt, suauius viuerẽt, omnia propediẽ certò certiꝰ peritura. Illi stolidi stolido, ac deliro Prophetę creduli suos vẽdunt agellos, sicq; miseri pedicis illaqueati, rebus bonisq; decoctis, & profusis, eo miseriarũ redacti sunt, vt inanissimi postmodũ facti sint egẽtissimiq;. Sic Martialis in Cinnã, qui cognitâ ab Astrologo morte sibi imminente, vt persuasus erat, pecuniã, vasa, fundos, agros, breuiter rem omnẽ seu mobilẽ, seu soli, absumpserat ac profuderat, hoc epigramma cecinit. Aliud de fine seculĩ præsagiũ.

Dixerat Astrologus periturum te citò Cinna.
Nec puto mentitus, dixerat ille mihi:
At tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes
Bisq; tuum decies non toto tabuit anno
Dic mihi non hoc est Cinna perire cito.

Sic ante diluuiũ molliter viuebãt homines, destruebãt, ædificabãt, sese vitiorũ cæno defędabãt, vt illi de quibꝰ Sapiẽs: *Venite, fruamini bonis, quæ sũt, & vtamur creatura tãquã in Iuuẽtute celeriter, vino pretioso, & vnguẽtis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemꝰ nos rosis an-* Sap. 2.

tequam marcescant. Et paulo pòst. *Hæc est pars nostra. Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis.* Ibidē. *Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.* Talis Euangelicus ille diues: *Destruam horrea, & maiora faciā, & dicam animæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Grata pecuinis, ventricolis, Antonijs, Vitellijs, Apicijs, ac omnibus Epicuri sectatoribus cantio,

Luc. 12.

Epitaphiū Sardanapali.

Diod. lib. 3 Biblioth. de Sardanapalo.

Ede, lude, bibe.
Cum te mortalem nôris præsentibus exple
Delicijs animum, post mortem nulla voluptas:
Namq; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit; at illa manent multa, & præclara relicta.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Hæc loquuntur perditæ molliciei homines, & quos sic venenato melle voluptas inescat, vt solo tactu, & gustu viuāt, parū, aut nihil de animorum salute solliciti. Quid quęso facerēt nostræ ætatis homūciones, si certū eis Deus Opt. Max. & determinatū subuersionis totius Orbis terminū præstituisset? nō à malis perpetrandis abducerentur, sed potius seipsos diuinę misericordiæ spe ablactātes, vitę emendationē, studiumque virtutis in nouissimos iudicij dies reseruarent, nulla pęnitudine, nisi summâ malorum lineâ fortè iam impendente, concuterentur. Ita siquidem à natura comparati videntur homines, vt nō nisi præsentibus, ac ijs quæ sensibus

ſibus obijciuntur bonis moueantur, futura verò vel negligant, vel deſpicatui habeant.

Hæc igitur & alia eiuſmodi mala & incommoda iudicij futuri incertitudine, vt doctè ait Oecomenius, amputantur, q̃ alias intrepidè cõmitterẽtur, & in q̃ curſim incurrerẽt mortales.

Sed quod extremum diem non prænoſcat homo quis non diuina factũ diſpenſatione dixerit? *Si ſciret* (inquit Oecomen.) *quiſquã quod omnino tali tempore moriturus eſſet, in continua viueret animi triſtitia: nunc autem ob incertitudinẽ cõtinuò bona ſpe nutrimur.* Ex ipſis naturæ penetralibus hoc eruamus, *omnia bonũ appetunt*, clamat Philoſophus, omnes homines vitæ diuturnitatem optant, exclamant illud omnes quod eſt apud Iuuenalem ſatyr. 10. Secunda cauſa incertitudinis extremi iudicij. Eth. lib. 1. cap. 1.

Da ſpacium vitæ, multos da Iuppiter annos.

Nemo non horret, nemo nõ execratur, nemo non omni contentione, velis, vt ita dicam, remiſq; fugit ſupplicia, ærũnas, morbos, mortem, & metuendũ illud, quod mortẽ comitatur iudiciũ; imò vel ad eorũ mentionẽ ingẽti pauore cõcutitur homo, nauſea ſuccreſcit, gelaſcit ſanguis, inhorreſcunt pili, mens proſternitur: Equidẽ natura humana, quæ mauult nõ eſſe, quam malè eſſe, non poteſt non cum mala hæc ingruunt, exalbeſcere, conſternarique.

Cùm igitur hæc ita ſe habeant, quanto precor cum animi cruciatu vitã ageret, quã ſemper anxius & ſolicitus eſſet, qui extremã vitæ ſuæ periodũ præſentiſceret? ſic haud dubiè memoriæ ſuæ vitæ terminum imprimeret, vt nulla

obliuione deleretur; sic tali cogitatione discruciaretur, vt nullius alterius rei ipsius animo cura insideret.

Tertia causa.

Aliam etiam assignat idem Oecomenius huius incertitudinis causam; *quia*, inquit, *neque ob id Sancti præmium haberent, quod seipsos in certa præcipitarent pericula, si enim manifestum esset quod post tres annos futura esset rerum omnium consummatio, omnes pericula despicerent, & intrepidè vitæ discrimini sese tanquam nihil nocumenti essent accepturi, obijcerent.*

Quarta causa.

His addi potest, quod Dominus suum aduentum incertum esse voluit, vt gratior bonis esset insperata recompensatio, econtrà intolerabilior improbis esset subita condemnatio.

Sap. 5.

Hoc præuidebat Sapiens: *mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitētiam agentes.* Et paulò pôst: *Nos insensati vitā eorum æstimabamus insaniam.* Et in Apocaly. minæ impijs his verbis intentantur: *Væ, væ ciuitas illa magna Babylō, quoniā vna hora venit iudiciū tuum.* Quippe improuisum erit, & inopinatū flagitiosorum hominum iudicium, citissimoq;, impetuosissimo ac crudelissimo motu in voraginem infernalem, ad instar *lapidis molaris magni*, deuoluentur.

Apoc. 18.

Quinta causa.

Ex improuiso etiam homines Deus iudicaturus adueniet, vt fidei meritū augeatur. *Fides* namq; (teste Greg.) *non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Etiam hoc fit, vt per timorem malorum præsumptio reprimatur hominum, cum enim vitæ suæ nullam cer-

Greg. ho. 26. in cap. 20 Ioan. & Gloss ad Heb. cap. 10.

certitudinẽ habeant, non poſſunt non niſi deſperatæ prorſus fuerint ſalutis, timore futuræ mortis, aut iudicij percuti & contremiſcere.

Bonis ex huius diei ignorantia hoc ſolatij euenit, vt dum malis premuntur, animum non deſpondeant; ſcientes etenim diuina diſpenſatione cuncta contingere, ſcientes etiã ſe huius carceris ſqualoribus breui ſoluendos, ſpe præmij eriguntur, & quicquid aduerſi eis occurrit excelſo animo ſuſtinent, quippe leuius fertur perſecutio, cum propediẽ futura ſperatur retributio. nam: *Propter deſperantes poſuit Deus ſalutis portum, propter præſumentes, diem mortis ac iudicij fecit incertum.* Sexta cauſa.

His & ſimilibus ſatis conuincitur, nõ fuiſſe conueniens ipſis Apoſtolis, aut nobis diem illum vltimum prænoſcere; incertus eſt igitur vt ſemper parati ſimus, & ab omnibus caueamus: incertus eſt, vt multa mala reſcindãtur: vt anxietas importuna vitetur: vt vitæ indiſcreta diſcrimina, quibus ſe obiectarent homines, ſi de futuro vitæ termino quid certi haberent, declinentur: vt ſubita compenſatio bonis gratior, & condemnatio malis ſit intolerabilior: vt laboribus, vigilijſq; virtutes, dũ per tempus licet, cõparentur: vt fidei meritum augeatur: vt malorũ temeritas retũdatur, ac bonorũ ſpes cõſolidetur: vt maioris ſeductionis occaſio euitetur, multi ſiquidẽ dicerẽt ſe eſſe Chriſtũ, iuxta illud: *Multi dicẽt ego ſum, & tẽpus, &c.* *Luc.* 21.

Satis reor tricas, quibus vtrãq; Chriſti ſentẽtiam Calculator implicauerat, explicuimus, ad alia feſtinis pergamus greſſibus.

THESIS IX.

Calculat. *Angeli etiam scient tempus futuri iudicij: nam dæmones dicunt Christo: venisti huc ante tempus torquere nos? Et Angelus dicit Esdræ, quod seculum erit septem dierum, & quod finitis diebus illis fiet resurrectio omniũ in terra dormientium. Hoc non dixisset Angelus, nisi futurorum temporũ prænotionem habuisset.*

Resp. Quæ hæc rerum consequentia? quam insulsus hic discursus! *Venisti huc*, ita Christum alloquuntur dœmones, *ante tempus torquere nos?* Infert Calculator, ergò dęmones futuram præsciunt mundi consummationem. Non sequitur, futurum iudicium, & examen, & supplicium intelligunt, sed quando futurum sit prorsus ignorant. In extremo illo iudicio, cũ Principe suo, cunctis videntibus, vt grex porcorum mari, ita cum impetu abysso infernali absorbebuntur, hoc probè sciunt; sed horæ, diei, anni, sæculi, quo hoc continget, inscij sũt. Cernentes igitur Dominum in terris repentè versari, ad se iudicandum venisse credebant. *Præsentia enim Saluatoris*, vt D. loquitur Hier. *tormenta sunt dæmonum.* Formidine ergò prostrati Christo dicebant: *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos? Antiquus hostis*, vt venustè docet D. Grego. *Redemptorem humani generis, debellatorem suum in mũdum venisse cognouit, qui tamen cum hunc passibilem*

[Margin notes: *Matt.* 8. — Dęmones diei consummationis secu li sunt ignari — *Matt.* 9. — Præsentia Saluatoris tormẽta dęmonum. — *In cap* 8. *Matth.* — *Li.* 2. *mor. cap.* 33.]

lem cerneret, & posse mortalia pati humanitus videret, omne quod de eius diuinitate suspicatus est, ei fastu superbiæ suæ in dubium venit; nihil quippè nisi superbum sapiens, dum esse hunc humilem conspicit, Deum esse dubitauit. Vnde & ad tentationũ argumenta se conuertit, dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quia igitur passibilem vidit, non Deum natum, sed Dei gratia custoditum credidit. Hæc ille.

Cæterum ad quem modum Dominus voluerit dæmonibus innotescere, his verbis docet S. August. *Tantum innotuit.* inquit, *quantum voluit, tantum autem voluit, quantum oportuit. Innotuit ei non per id, quod vita æterna est & lumen quod illuminat pios, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, & occultissimæ præsentiæ signa, quæ Angelicis spiritibus, & malignis potius, quã infirmitati hominum possunt esse perspicua: Si enim Deum cognouissent, nũquam Dominum gloriæ crucifigi permisissent.* ita S. Aug. quem Apostoli locũ passim SS. PP. de dæmonibus interpretantur, qui si Christum verè Deum & redemptorem nossent, potius inuidia maluissent tabescere, quàm vt sanguine Christi tot nobis bona euenirent.

Aug. li. 9. de ciu. Dei cap. 20. Vt Christus dæmonibus innotuerit. *1. Cor. 2. Dani. 10. Hieron. Ambr. & Ansel. in illũ locũ. Aug q. 66 noui test. Greg. 33. li. mor. c. 7.*

Ab horum tamen sententiâ longè lateque absunt alij, & asserunt dæmones Christi diuinitatem ante eius mortem agnouisse, quamuis in principio de ea dubitauerint; licèt enim diuinam, aiunt, maiestatem in Christo cognouerint, ex odio tamen & ira, quam contra Deum & res omnes eius inueteratam habent, vehemen-

Caiet. in prior. epist. ad Cor c. 2 Suarez to. 2. q. 44.

a. 4. *disp.* 31. *sect.* 3. *& alij.* hementius in eum exarserint, tam acri quippè Deum prosequuntur odio, & tam hostili in eum sæuiunt animo, vt diuinitatem ipsam, si possent, in nihilum redigerent. Igitur etsi cognouerint Christi diuinitatem, mortem tamẽ ei, & ignominiam machinati sunt, ex odio nimirum, quo Deum prosequũtur acerbissimo.

Ex dictis patet quã inconsultè asserat Calcul. nouissimum iudicij diem dęmonibus esse præcognitum, nec .n. ex cognitione illud quęrebant, sed ex suspicione: non ex sciẽtia, sed ex formidine: iam siquidem iudicium, quod tardius opinabantur futurum, ob infinitã malorum congeriem, quæ designauerãt, adesse metuebant; vel certè illud esse tempus suspicabãtur, quo cedere loco debebant, tristesq́; redire sub Orcum. Quę cum ita se habeant, nec boni, nec maligni spiritus diẽ iudicij exploratũ habent; quid causæ? Quia non est illorum *nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Quia *de die illa nemo scit, neq; Angeli cœlorum, nisi Pater solus.* Sed nec necesse est Angelos scire diem iudicij, cum Iudices non sint, nec sicut Christus, omnia sciant. Adhæc nulla est vel ratio, vel auctoritas, quâ ad id asseuerãdum inclinemur. Quod si Abulensis in eã procedat opinionem, vt existimet Angelis diem iudicij in aperto esse, cõiectura quâ ad id astruendum nititur, debilis est & infirma.

Dęmones formidine capti, dicunt: *Venisti huc ante tempus torquere nos?*

Nec boni, nec mali Angeli sciunt diem iudicij.

Matt. 24. *Marc.* 13.

In 24. *ca. Matt. qu.* 209.

SI igitur Angelis cœlorum, hoc est bonis & lucis Angelis, qui ex perfectione naturali & scientia inclarescunt, & in verbo per visionem plu-

plura cognoſcunt, inexploratus eſt iudicij dies, quâ ratione dœmones illum præſcire, cum niſi ea, quæ ex naturali habẽt perfectione, ſciant, poterunt? Si Angeli cœlorum, qui Deo aſſiſtunt, nec ad nos mittuntur, & qui magis diuinorum ſunt conſcij ſecretorum, diem illum non habent præuiſum, quorum tamẽ eſt illuminare, purgare, perficere, quid de Angelis dicendum inferioribus?

Huic ſententiæ ita paſſim DD. adhærent, vt ipſos prorſus pro eâ ſtare comperias: nam Angelos (more ſcholaſticorum loquor) quando dies ille futurus ſit, nec *in proprio genere*, hoc eſt per ſpecies acquiſitas, vel reuelatas, ſiue infuſas: *nec in verbo*, ſine eſſentia diuina, poſſe præcognoſcere aſſerunt. *Ioſ. Angles in 4. & alij.*

Vt ergò Angeli, ſic beatorũ animæ, quæ diuinam eſſentiam clarè intuentur, diem illum haud habent perſpectũ. Quod ad ipſã ſacram Deiparam attinet, in dubiũ reuocant Theologi, nec quicquã certi definiunt, abſurdũ tamen non eſſe iudicamus, ſi pro tanta gratiæ, & gloriæ exuberantia, dicamus illi ſingulari priuilegio conceſsũ, vt ſciat diẽ illũ. At ad eos qui hęc ex amuſſim pertractant, quales inter alios ſunt Toſtatus, Caiet. Soto, Suar. lectorẽ amãdamus. Animæ beatæ nõ ſciũt diem iudicij. B. Virgo veriſimiliter putatur ſcire. *Toſtat. in Matt* 24. *q.* 209. *Caiet. in* 24. *Matt. Sot. in* 4. *diſt.* 49. *q.* 2. *ar.* 2. *Suar.* 3. *p. q.* 10. *a.* 2. *ad* 1. *& diſp.* 53. *q.* 4.

Quod ſi nec Angelis quidem reuelatus eſt hic dies, quis tam impudenti audacia, & tam effrænata temeritate audeat ſibi reuelari poſtulare?

Neq; his obſtat, quod Angeli beati ſint, beati autem videant Deum & clarè conſpiciant, ac i-

ac ideò omnia in ipso videant, iuxta illud Greg. in 4. Dialog. *Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?* Nam licèt omnes videntes Deum beati sint, tamen alij alijs sunt beatiores, secundum quod Deum magis, aut minus capiunt, & ideò non est mirum, quod aliquid sit quod beatus ignoret. Potest siquidē ante iudicij diem ipsa semper augeri beatitudo, & ideò non est inconueniens, quod aliqua sint futura, quæ iam ignorent animæ illæ fœlicissimæ.

Omnes videntes Deum beati sunt, non tamē equali beatitudine

Quod de Esdra adfert Calculat. nihil est, apocryphus est liber ille, vnde desumitur hæc auctoritas, è canonicorum librorum catalogo à sacrosancto Concilio Tridentino expunctus: Duos priores, vt legitimos probat: duos posteriores, vt spurios reijcit.

Duo posteriores libri Esdrę apocryphi. *Sess. 4.*

Apocryphorum autem librorum auctoritas, ad ea probanda, quæ in controuersiam veniunt, aut in cōtentionem, & ad confirmandam Ecclesiasticorum dogmatum auctoritatem (vt testis est D. Hiero.) *non reputatur idonea.*

Apocryphi libri auctoritas non sufficit ad probanda Ecclesiastica dogmata. *In prolog. su. Iudith & sup. lib. Salomon.*

Sed esto, canonicus sit liber, licet enim canonicus non sit, est tamen magnæ auctoritas in Ecclesia, quid inde? num quia dixit Angelus Esdræ, *quod futurum sit seculum septem dierum, & quod finitis septem diebus illis, futura sit resurrectio*, certò prædixit finem vniuersæ carnis? minimè. non est ergò quod nobis, vt in prouerbio est, centones farciat Calculator.

Omninò autem falsitatis ac vanitatis conuincuntur, quæ de mundi duratione traduntur

tur libro 4. Esdræ. Quæ sufficiens causa est, vt liber ille à canone reijciatur, vt adnotat Suarez tom. 2. de incar. quæst. 59. art. 6. disput. 53. sect. 4. *Libr. 4. Esd cap. 5. 11. & 14.*

THESIS X.

Calcul. *Non tantum Angeli, sed Prophetæ quoque huius nouissimi diei cognitione fuerunt præditi.*

Resp. *Aut non mentiendum,* dicit quidam, *aut fortiter mentiendum, alioquin mox deprehendetur qui verecundè mentitur.* Eò impudétiæ venisse videtur Calcul. vt ea sola velit, quæ vera arbitratur; quasi affirmatione, nudaque negatione veritas, aut falsitas stet, nullo rationum subnixu; nullâ testimoniorum fultura. Et quia quod adfert commentum minimè probat, quod meretur ipse responsum? Non inanes hominum suspiciones, & coniecturæ, apud eos, qui ratione, & amore veritatis ducuntur, locum habent: sed rationum momenta in pretio sunt. Ne tamen cui me submisi óneri deesse videar, & ne ipse velut sine hoste triumphet, dicam quod res est.

Ipsa imprimis veritas æterna hanc dissoluit opinionem, cum *de die illa* neminem scire astruit; dum enim solum Patrem scire testatur, satis insinuat, nullam puram creaturam huius diei extremi habere præscientiam. Vt igitur Angelos, & animas à corpore seiunctas, sic & Prophetas clam est vltimus ille dies. Vn-

Prophetæ determinatè nouissimum diē nonsciuerunt. de rectè August. *Nullus, inquit, Prophetarum determinatè omnino prædixit aliquando tempus Christi aduentus.*

Epist.80. ad Hesychium. Neque hinc inferre volumus, quod quidam Prophetis adscripserūt, scilicet eos arreptitios esse, non intelligentes ea de quibus loquuntur, hos enim vt impios, vt hæreticos explodimus: sed dicimus quod sicut nullus est adeò peritus Astronomus, quin frequenter fallatur, propter infinita particularia de necessitate obseruanda; sic Propheta non omnia quæ sibi reuelantur omnibus modis videt, & agnoscit; sed ad humiliationem, & ad suæ instructionem imperfectionis, quædam ei occultantur; eo siquidem modo quo vult spiritus sanctus, mentes Prophetarum tangit & irradiat. Vndè fit, vt in generali tantum futurum quid ipsis subinde reuelet. Sic & de Angelis quidam: *Angelis, ait, etiam beatis aliqua Deus arcana claudit, vt suæ paruitatis memores sint, & Dei celsitudinem admirentur.* Et vt clarius quod de Prophetis dicimus, illustretur, fidem facit Daniel ipse, Prophetarum non minimus, dum *signatos dies* affirmat, in quem locum sic commentatur Diuus Hieronymus: *Vult Propheta, inquit, quod viderat, intelligere, imò quod audierat, & futurorum cupit agnoscere veritatem; audierat enim Regum bella diuersa, & inter se prælia & multiplicem historiam, sed nomina non audierat singulorum: si autem Propheta audiuit, & non intellexit, quid facient*

Prophetæ non arreptitij.

Cur Prophetas & Angelos quædam celet Deus.

Altisiod. in 2. sent. cap.3. tract 5.

Cap.12.

cient hi, qui signatum librum, & vsq; ad tempus consummationis, multis obscuritatibus inuolutum præsumptione mentis, edisserunt? Ecce quæ viderat & audierat Propheta non intellexit. Simile quid habes in Apocal. *Et audiui vocem de cælo dicentem mibi, signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere.* Cap 10.

Licet igitur Deus aliquid per Prophetas suos prænunciet, non sit tamen id ita definitè vt hora, vel dies illius posit præcognosci. De aduentu Mesiæ multa propheticis oraculis vaticinata erant, non tamen tempus eius determinatum, vnde semper Iudæi illius suspensâ expectatione tenebantur. Christus signa quidem desolationis Ierosolymitanæ, non tamen præfixum illius tempus expresit. Eodem planè modo Prophetæ futurum denunciarunt iudicium, at quando præcisè futurum sit, subticuerunt, nec enim hoc exploratum habuerunt. Prophetæ non omnes rerũ futurarũ circumstantias habuerũt præcognitas.

Ratio omnium horum est, quia Deus non denunciat rei alicuius futuræ tempus determinatum, nisi cognitio temporis determinati vtilis sit, vel necessaria ad mores & vitæ directionem, aut nisi natura rei id exposcat. Sic Deus reuelauit Samueli aduentum Saulis, quem in Regem cooptaturus erat. *Cras hac ipsa hora, quæ nunc est, mittam ad te virum de Beniamin.* Eodem modo Elisæus 1.Reg.9.

prædixit Regi Ioram tempus & horam rei fu-
4. Reg. 7. turæ: *in tempore hoc cras modius similæ vno sta-tere erit,&c.* Erat enim hæc reuelatio necessaria ob extremam, quâ premebatur populus necessitatem. Etiam tunc vtile est reuelare malum cum prædefinitione temporis quando tantum comminatoriè Deus loquitur, vt post loco dicetur opportuniore. Et quia nec vtile est, nec necessarium determinatè scire tépus consummationis seculi, illud suis Prophetis non reuelauit Dominus, nec suis Christus
Epist.80. ad Hesy. Apostolis. *Mirum esset*, ait Aug. *aliquid fuisse Prophetis à Deo impertitum, quod Apostolis non esset concessum.* Et post pauca: *Nam si Propheta ista, de quibus agitur, tempora docentes possunt à nobis intelligi, quomodo ab Apostolis non sunt intellecta? Aut si Apostoli intellexerunt, quomodo non docuerunt?*

Apostoli diuinorũ cognitione mysteriorũ ipsis præluxerunt Prophetis. 2. Pet. 1. Equidem nemo dubitauerit Apostolos fuisse antiquis Prophetis,& hoc ob perfectius & nobilius,quo præfulserunt,lumen,excellentiores. Ipse D. Petr. testatur: *Habemus*, inquit, *firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes. sicut lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur.*

Matt. 11. Quid quod & ipse Ioannes, *plusquam Propheta*, ipsius supremæ veritatis oraculo, proclamatur? sed & D. ipse Paulus Apostolorum in cognitione Prophetica non minimus, noui testamenti ministros ipse præfert Moysi di-
2. Cor. 3. cens: *Nos reuelata facie gloriam Dei speculantes transformamur à claritate in claritatem, tanquã à De-*

à Domini ſpiritu. Cum igitur Apoſtolis dictum ſit: *non eſt veſtrum noſſe tempora, &c.* quis ita deſipiat vt Prophetas ea cognouiſſe credat?

Sed rationem huius ignorantiæ à D. Tho. accipiamus: *Omnia,* inquit, *quæ per aliquod principium cognoſcuntur, connectuntur in illo principio, & ab eo dependent, & ideò, qui cognoſcit perfectè principium ſecundum totam eius virtutem, ſimul cognoſcit omnia, quæ per illud principium cognoſcũtur. Ignorato autem communi principio, vel communiter apprehenſo, nulla neceſsitas eſt ſimul omnia cognoſcendi, ſed vnumquodq; eorum per ſe oportet manifeſtari, & per conſequens aliqua eorum poſſunt cognoſci, & alia non cognoſci: Principium autem eorum, quæ diuino lumine propheticè manifeſtãtur, eſt ipſa veritas prima, quam Prophetæ in ſeipſa non vident: & ideo non oportet, quod omnia prophetabilia cognoſcant: ſed quilibet eorum cognoſcit ex eis aliqua, ſecundum ſpecialem reuelationem, huius, vel illius rei.* Hæc D. Tho.

D. Tho. 22. q. 171. art. 4.

Cur Prophetę non omnia prophetabilia cognoſcunt.

Nec his obſtat quod Apoc. 10. legitur. *Conſummabitur myſterium Dei ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas.* Quia hinc non infertur Prophetis extremũ diẽ eſſe reuelatũ, ſed tantũ indicatur quod omnia quæ Deus per Prophetas ſuos prædixit, de fine ſeculi, de futura SS. requie, de ſupplicijs malorum, & quæ de his rebus figuris & obſcuritate verborum contexuit, quando myſterium Dei conſummabitur, aperta erunt & manifeſta.

THESIS XI.

Calcul. *Quod si Prophetarum oracula sunt abstrusa & recondita, poterunt explanari, & eorum velamina auferri.*

Perdifficiles & perobscuræ sunt Prophetiæ.

August. ad Volus. Epist. Epist 3.

Respon. Verè obscuræ sunt, & implicitæ figuræ & Prophetiæ. Hoc exprimento didicerat, qui sic de scripturæ altitudine, sublimitate, & profunditate disserit: *Tanta est enim Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere, non quod ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua piè recteque non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo tūc incipit.* Huic succinit sententiæ S. Greg. *Sacra scriptura*, ait, *quia diuinitus inspirata est, tanto sublimius etiam præclara hominum ingenia superat, quanto ipsi præclari homines Deo inferiores sunt & nihil in illa spirituali sublimitate conspiciunt, nisi quod eius ipsius diuinæ dignationis bonitate reuelatur, nemo igitur in eius scientia ita perfectus est, vt proficere vltra non possit; quia inferior est omnis*

Greg. in prol lib. Reg cap. 1.

profectus

profectus hominis, diuinitatis altitudine eam inspirantis. Unde & per Psalmistam de Domino dicitur: Qui tegit aquis superiora eius. Et post pauca subdit. Scriptura sacra tam mirabiliter ab omnipotēte Deo condita est, vt etsi multipliciter videatur exposita, non desint tamen & secreta quibus seruet occulta. Plura in eandem sententiam ibid. Gre. Psal. 103.

Huius difficultatis figuras, & Prophetias exponendi inter alias, causa est, *quod Prophetia ingenium* (teste Irenęo) *velut in obscuro delitescat donec impleatur.* Hinc Danieli Proph. dicebatur, *muni sermones, & signa librum vsque ad tempus consummationis.* Quæ cum ita se habeant, quis figurarum, ac Prophetiarum erit interpres? quis mysticos sensus eruet, & fidelibus credendos proponet? an Calculatoris spiritus? In eorum opinionem lapsus esse videtur qui volunt verbum Dei esse liberum, nec maiorum auctoritati alligandum, dicentes quemque *in suo sensu abundare*; at hic est lapis offensionis, vt doctè quidam ait, & petra scandali, quotquot enim temeraria præsumptione proprij ingenij freti viribus, non per ostium ad diuinam scripturam sibi aditum faciunt, vt fures sunt habendi & latrones, quippe qui spiritu inflati superbię profundis offusi tenebris errātes in inuio, & non in via hæresum auctores, vel sectarum esse inueniuntur. Lib 4. cōtra Valen. cap. 43. Cap. 12. Vt verbū Dei sit liberum. ad Ro. 14. Baron to. I. anno Christi 34.

Omnes sancti PP. ęquè in hāc sententiā concurrunt, vt afferant sensū diuinę scripturę, absq; mentis illustratione diuinitus facta percipi haud quaquā posse: In explanationibus .n. om- Non nisi diuino pneumate afflatus S scripturæ sensum potest penetrare.

tionē Prophetarū S. Spiritus indigemus āduētu, vt cuius instinctu scripti sunt, illius reuelatione pandātur. Vnde apud Iustinum martyrem diuinus catechista hæc in eam sententiam: *At tu*, inquit, *votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta, neq; enim ab aliquibus perspiciuntur, atque intelliguntur, præterquam si cui Deus, & Christus eius concesserit intelligentiam.* D. Chrysost. *neq; enim, vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus, proinde opus est diuina gratia ducamur, & spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus.* Hoc idem cæteri ecclesiasticarum rerum scriptores constanter asserunt, nimirum sciunt Petrum Apostolorum principem sic esse loquutum: *Hoc primum intelligentes quod omnis Prophetia scripturæ propria interpretatione non fit, non enim voluntate humana, allata est aliquando Prophetia, sed spiritu S. inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines.*

Iust. Mar. de verit. Christ. relig.

Hom. 21. in Gen. Irenaus aduer. hær. lib. 21. c. 47. Greg. ho. 10. in Ezech. & alij.

2. Petri cap. 1.

Quomodo igitur eædem diuinæ scripturæ alio spiritu ab eo, quo scriptæ sunt possunt intelligi? Nemo itaque profunditatem illam mysteriorum, & scripturarum diuinarum de sua penetrare sagacitate præsumat. Et serio decernit Concil. Lateran. & omnibus præcipit, qui euangelicam veritatem populo dicturi sunt: *Vt sanctam scripturam iuxta interpretationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit explanent, nec quicquam eis proprio sensu contrarium, aut dissonum adijciant; sed ijs semper insistant, quæ à præfatorum doctorum interpretationibus*

tionibus non diſcordant. Idem Conc. Trid. vt in huius tractatus veſtibulo meminimus ſtatuit.

Quod ſi ſemel hæc admittatur licentia, vt Libros ſacros pro ſuo quiſque arbitrio interpretari præſumat, an non magnum inde abolendæ religionis ſequetur periculum? Non incorruptæ veritatis ſacrarium mater Eccleſia vocabitur, ſed potius errorum, ac falſorum dogmatum promptuarium, ſi (illotis quod aiunt, manibus) liceat cuiq; ſibi ſcripturæ ſenſum cudere. Neceſſe igitur eſt, vt quotquot ſeſe legitimos Eccleſię filios profitentur, SS PP. fidei adhæreant, adglutinētur, immorentur, profanas verò nouitates deteſtentur, horreſcant, perſequantur. Profanæ nouitates vitandæ.

Porrò hæc in eum finē à nobis dicuntur, vt intelligat Calculator nos expoſitiones ſuas in figuras, ſeu Prophetias, ſi eæ à communi antiquorum DD. & ſanctæ Matris Eccleſiæ intelligentia exorbitauerint, protinus reiecturos, & conculcaturos; Eſt enim hæc communis intelligentia, velut linea recta, ſecūdum quam omnes expoſitiones dirigendæ ſunt, & ad quā omnis fidei controuerſia examinanda eſt. Nō tamen ſic intelligat velim quod in omnibus diuinæ Legis quæſtionibus iſte SS. PP. conſenſus requiratur, ſed in his præcipuè quibus catholici dogmatis fundamenta nituntur: neque hinc ſpes nobis, aut poſteris exponendi ſacras literas præſcinditur: Nam in biblijs loci ſunt infiniti, atque libri integri, in quibus iu- Quæ ſit linea ad quam ſint expoſitiones ſacræ ſcript. dirigendæ.

niores possũt, & eruditionis & ingenij posteris suis monumenta relinquere. Imò ijs, quæ antiquorum sunt ingenio, & diligentia elaborata, possumus nouitatem addere, obsoletis nitorem, obscuris lucem, dubijs fidem, modo tamen hæc citrà fidei permutationem fiant aut detrimentum, nam prisca illa philosophię cœlestis dogmata à posteris excuti, limari, poliri possunt. sed nefas est, vt commutentur, detruncentur, mutilentur. Quantumlibet ergo quis sit moribus vitę sublimis, eruditione prę clarus, ingenij acumine pollens, adhuc tamen aliquid sibi deesse vt apud alios fidei firmitate constare debeant quæ tradit intelliget, donec eadem illa ab Ecclesia catho. cognita fuerint & confirmata, cuius est, non modò priuata cuiuspiam scripta probare, sed etiam quæ sint canonica definire.

THESIS XII.

Calculat. *Et quia finis mundi ex varijs figuris, ac Prophetijs, quæ ad nostram doctrinam scripta sunt, debent præcognosci, diligenter peruestigemus, quæ nouissimum diem di nuncient.*

Resp. Sic ruit audacia laxatis semel inuerecundiæ frenis.

Diximus paulò ante nullum Prophetarum determinatè tempus aduẽtus prædixisse, quod & auctoritate, & rationibus firmissimis comprobabimus, vnde flebili posito fundamento facilè

facilè collabescet quicquid Calcu. structurę superimponere elaborauerit. Cæterum ad eorum, quæ postea dicentur, faciliorem intelligentiam, hic non abs re fuerit obseruare à Calculatore duplex constitui seculum, paruum scilicet & magnum; Paruum vocat spatium centum annorum quod ætas solet vocari; vt cum Nestor tres ætates vixisse perhibetur, iuxta illud: *vixi annos bis centum, iam tertia viui tur ætas*. Hinc apud Hebræos vox *Dor*, quæ verti solet generatio, pro ętate centũ annorum solet accipi, vt cum dicitur Gene. 15. *Quarta generatione reuertentur*, id est, post 400. annos.

Duplex seculum paruum & magnũ

Quid paruum seculum.

Etquidam in illa verba Christi: *non pratteribit generatio hæc, donec omnia fiant*, volũt γενεα quod nomen interpres vertit generatio, significare ętatem centũ annorum. Magnum seculum vocat euolutionem & decursum mille annorum, quod in scripturis plerumque dies appellatur: sunt enim *mille anni apud Deum tanquam dies hesterna quæ præteriijt*.

Gagnæus in hunc locum.

Psal. 89.

THESIS XIII.

Calcul. *Quando Elias Rabbi dicit mundum duraturum sex millibus annorum, duobus millibus ante legem, duobus millibus post legem, duobus millibus post Messiam: siue vt vulgi sermone iactatur, bis mille inane, bis mille lex, bis mille messias, non obscurè designatur seculi consummationẽ futurã in vltimo magno seculo, seu septimo annorũ millenario.*

Resp.

Vaticinatio Rabbinorũ de mũdi duratione.

Resp. Celebris semper apud Hebræos habita est Eliæ nomine traditio, quædam totam mundi durationem sex millium tantum annorum interuallo compleri, atque finiri, absolutoque sexto millenario mundum esse destruendum. De hac ex monumentis Hebræorum accepta, agẽs Rabbi Iacob, filius Salomonis, hæc ait: *Docet domus*, hoc est schola, vel academia, seu secta Eliæ, *sex mille annis erit mũdus: duobus mille inanitas, duobus mille lex: duobus mille dies Christi. At propter iniquitates nostras, quæ multiplicatæ sunt, elapsi sunt hi, quos præteriisse cernimus.* Sed antiquum hoc est somnium, quod tamen à plerisque magno cum applausu suscipitur: non enim hæc, quam prophetiam vocitant Eliæ Thesbiti Prophetæ, sed Rabbino cuidam eius nominis, & Iudæorum Caballico aut Thalmudico adscribenda est, vt testantur Dom. Soto, Genebrardus, Pererius, Suarez & alij, qui docent Eliam Thesbiten hoc commẽtum non pronunciasse. Existimarunt tamen nonnulli hunc esse illũ Eliam Thesbiten magnum prophetam, cuius præclara gesta scriptura sacra conseruat, & huic sententiæ adstipulantur Stratonicus Cuman. Episc. in coll. Franc. Georgius harmonia mundi cant. 3. to. 7. c. 7. Ludo. Viues lib. 20. de ciuit. Dei, c. 7. Sixtus lib. 2. biblio. in Helia. Finus verò lib. 5. c. 11. & Costus in typo Messiæ, & quidam alij, prædictam traditionem tradunt promanasse à filio viduæ Sareptanæ, socio, ac discipulo Eliæ prophetæ: hunc enim postquam ab Elia ex mor-

Geneb. in princi. sua chron.

Sot. 4. sen. dist. 43. q. 2. a. 2.
Geneb. in prin. chro.
Pere. li. 1. in Gen.
Suarez to. 2. disp. 53. sect. 4.

mortuo ad vitam fuit reuocatus, euasisse Prophetam, & lateri Eliæ adhæsisse fidum comitem, produnt Hebræi, ac Ionam fuisse prophetam contendunt. Vtcunque sit, fides huius traditionis Hebraicæ tota in ipsum Thalmud refunditur, vbi descripta habetur, quod opus esse mendacissimum, & immensis blasphemijs, superstitionibus impijs, nænijs, multijugis vanitatibus, ac ridiculis fabulis esse confarcinatissimum, nullus vnquam dubitauit.

Rationes, aut coniecturæ, quibus suam traditionem muniunt Hebræi iam inspiciamus: prodit eas magni nominis Rabbinus Isaac, Gen. 1. in hanc ferè sententiam: Primum, quia primus versus Genesis, qui continet summam operis Domini, & fabricæ mundi, Hebraicè conscriptus, sexies literam Aleph exprimit: Aleph autem in notis numerorum mille significat. Deinde, sicut Deus sex diebus fabricauit, & absoluit mundum, & septimo requieuit, ac sabbatum consecrauit; ita cum mille anni apud Deum sit vna dies, par est, vt labor generationis humanæ, & mundi opificij in sex millibus annorum consummetur, & septimo millenario conquiescat. His accedit quod senarius laboris, & septenarius requiei, tam in diebus quam in annis diuina lege corroboratur. nam sex dies hebdomadæ, ad opera exercenda lege conceduntur, septimus verò requiei dedicatur: sex annis pro agris colendis indultis, septimo tam agro quam cultori requies indicitur. Non mirum igitur si postquam per sex mil-

Rationes quibus Thalmudici suum vaticiniū muniunt. 1. 2. 3.

millia annorum varijs ærumnis, ac diuersis, magnisque agitationibus concussum laborauerit genus humanum, atque adeò ipsa Christi Ecclesia sub gladio satanæ vehementer ingemuerit, tandem in septimo millenario, sub fælici illo venturi seculi statu sabbatizet. Deniq;
4. sex primi parẽtes humani generis satores; nẽpe Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared mortui sunt, septimus verò Enoch viuit ad huncvsque diem in quempiam locum translatus: sic etiam post sex millenarios annorũ, quibus labor & mors in mundo viguerit, septimus millenarius erit initium quietę immortalis, atque beatæ vitæ: at coniecturæ istæ futiles sunt & arundineę, quas etiam inferius exsufflabimus: Quæ etenim coniecturis nituntur, incerta sunt & ambigua.

Infirma est, seclusis sacris scriptoribus, vnius viri auctoritas.

Vanitas huius dogmatis vel hinc apparet, quod infirmum viri vnius quantumuis doctissimi auctoritas subministret argumentum (exceptis tamen ijs, qui libros edidêre canonicos,) spiritu siquidem cum quisque loquatur humano, eum errore posse circumueniri in confesso est. Hæc igitur Thalmudici Eliæ de Herachiliastica mundi huius duratione vaticinatio, vtpote hominis particularis, & nimis superstitiosè, tempora & momenta, *quæ Pater posuit in sua potestate*, disquirentis, reijcienda est; nam Hebræis sua illa sex millium annorum distributio, & computatio, non benè constat, cum antè legem transierint ab origine mundi

mundi bis mille quadringenti octoginta tres anni, tempus autem legis Mosaicæ, vsque ad mortem Christi, per quam lex Mosaica est abolita, non pluribus constat annis, quam mille quingentis septuaginta, vt scitè adnotat Pererius libro primo in Genesim secundum hebraicam scilicet supputationem. *Cap. 2. vers. 4. 5. 6*

Nec video quid causæ sit cur Calculator hāc Eliæ præsagitionem in medium producat, nisi velit hinc mundi supremum exterminiū in septimo annorum millenario futurum ostendere: nam ab hac supputatione recedit, vt paulò post clarum fiet, is enim ab exordio mundi ad Christum vsque quinque millia annorum decurrisse arbitratur, si igitur huic Eliæ somnio calculum addat, totum suum fundamentum de nouissimo die corruat necesse est. Etsi iuxta hoc dogma Christianæ religioni deputati essent bis mille anni, certi essemus, mundi consummationem nostris non futuram temporibus, cum trecenti octoginta quatuor anni supersint priusquam numerus ille annorum compleatur.

Huic cabalisticæ numerorum rationi alludere videtur quod à catholicis doctoribus, & præcipuè à B. Aug. enarratur, nimirum sex esse mundi ætates. Cæterum vt doctè ostendit Iulianus Pomerius Archiepiscopus Toletanus, ætates ipsæ seculi, non in annis, sed in generationibus colligendæ sunt; nec enim singulæ quæque ætates æquali annorum numero cōprehenduntur, alibi enim maior, alibi minor, *In fine lib. de ciuit. Dei. Contra Iudæos lib. 3.*

minor, & per singulas dispar in annis numerus reperitur. Iudæi autem assumptis annis à principio mundi, secundum codices Hebræorum, quintam seculi ætatem insana temeritate causabantur, dicentes videlicet, quod adhuc quinta ætas seculi euolueretur, & necdum adhuc venisset sextæ ætatis curriculum, in quo venturus Christus nasci deberet.

Iudæorũ de sexta mundi ætate mendacium.

Nicol. Serarius in hunc locũ. Iosue 3.

Non absimilem cabalisticæ præsagitionem colligunt nonnulli ex capite tertio Iosue, vbi habetur: *Sitq; inter vos & arcam spatium cubitorum duorum millium.* Nam inter alias causas cur definito isto duûm millium cubitorum numero, voluerit Domnius præcurrerint multitudini sacerdotes, hanc adferunt, vt bis mille annorum quia à typico ad verum Iosuam erant significatio foret: hic enim veri Iordanis baptismo populum saluaturus erat, & in promissas cœlorum sedes, vbi sempiterna quies est, & hæreditas, deducturus.

Duo millia annorum à Iosue vsque ad Christum interfluxerũt.

Spatium cubitorũ duorum millium significat tempus gratiæ.

Adijci etiam queat alia. Duobus annorum millibus tempus illud circumscribendum, quo sacer huius Iordanis baptismus, sacramentaque cætera vigeant, quo non nisi de procul, arcam, & quæ in ea conduntur mysteria, in ænigmate inquam, & quasi per speculum, sacrosanctam Domini nostri humanitatem, quæ mille abhinc sexcentis & decim annis præcessit, latentemque in ipsa diuinitatem videamus. Sed hæc definitissimo minutissimoque annorum calculo supputare præsumptuosissimum. De summo enim diuini iudicij *die, vel hora*

hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius niſi pater.

Sed vt ad ter infęlices illos Thalmudicos, à quibus paululum receſsimus, remigremus, nos pro noſtro captu ita ſtatuimus. Si affirmatè dicatur ita mundum ſex millibus tantũ annorum ſtaturum, ſingulatim, membratimq́ue demonſtrando duo millia eſſe inanitatis, duo millia legis, duo millia dierum Meſſię, procul-dubio aſſertio eſt falſiſsima, & prorſus intolerabilis (grauiorem cenſuram, vt par eſt, ſacro eccleſiæ tribunali reſeruamus;) ſiquidem quis non animaduertit inde certò ac præfinitè determinari poſſe vltimum annum mundi ac totius rerũ naturæ curſus? Nam ſi tantum tempus Meſsiæ ſpatio duûm millium annorũ duraturum eſt, quis vnquam dubitauit, aut ſcrupulum mouit inter Chriſtianos ab ortu Chriſti ad hunc vſque annum exactos eſſe mille ſexcentos ſexdecim annos? Iuſtè ergò reſtabunt mundi durationi trecenti octoginta quatuor anni. At id quis ſe certò ſcire iactabit? Omnia igitur diuini pectoris relinquantur arcano ſacrario. Omittamus & perfidos illos Iudæos, caligine infidelitatis contenebratos, ſuum Meſſiam Loripedem & tardigradum præſtolentur. Omittamus & hãc Eliæ traditionem, quam tamen cæci illi non vno loco, ſed pluribus, quaſi rem ingentis alicuius momenti publicis monumentis conſignatam retinent.

Hæc Thalmudica traditio falſa.

F THE-

THESIS XIIII.

Calculat. *Ab orbis exordio, vsque ad legem effluxerunt anni* 2708
A lege vsque ad tempus gratiæ exacti sunt anni 2292
At hi duo numeri, vt palam est, quinque annorum millia complent.

Respondeo. Quædam à Calculatore hic infarciuntur, sed illa studio prætermitto; nec enim an ea commemoret, vel silétio inuoluat, grandis est differentia, suam non confirmant, meam non infirmant sententiam. In hac calculatione plurimum momenti ponit, imò in ea totius huiusce difficultatis cardo obuoluitur, estque velut totius structuræ, quam erexit columna, illâ demolita, reliquum decolumnatum ædificium baiuli sui ruinam sequatur oportet.

Hac supputatione vt fundamento, nititur Calculator.

A creatione mundi ad Christi aduentũ vult quinque annorum millia esse reuoluta, vult & dicit, sud sine probatione, quis credat? Magnæ concertationi campus panderetur si de mundi ætatibus, deque varijs annorum supputationibus multiplices nobis congerendæ, ac discutiendæ essent sententiæ. De quibus illud verissimè hac in re dici potest, quod Illustrissimus Cardinalis Baronius, præclarum nostri temporis historiarum & sapientiæ speculum, in suis ad Martyrologium adnotationibus exarauit: *Quot capita tot sententiæ.*

Tot opiniones in hac computatione quot autores.

Hoc

Hoc patefcet manifeftius, fi ad mundi ætates oculos reflexerimus, è quarum duratione conatur Calculator fuam ftabilire fententiam: nam hebræi & 72. Interpretes in affignandis cuique ætati annis plurimum diffentiunt.

Compēd. Theol veritatis l. 2. cap. 10.

Prima ætas eft ab Adam vfque ad Noe, habens iuxta Hebræos annos 1656
Secundum 72. Interpretes. 2242

Aetates mundi, ac earum duratio.

Secunda, eft à Noe vfque ad Abraham habens fecundum Hebræos annos. 292
Sed fecundum 72. 1072

Tertia eft ab Abraham vfque ad Dauid, habens annos fecundum Hebræos. 972
Sed fecundum 72. 1130

Quarta eft à Dauid vfque ad tranfmigrationem Babylonis, habens annos fecundum Hebræos 473
Sed fecundum 72. 485

Quinta eft à tranfmigratione Babylonis vfq; ad Chriftum, habens annos fecundum Hebræos. 585
Sed fecundum 72. 578

Finita quinta mūdi ætate, fexta optatiffima, & fœliciffima exorta eft, in qua Redemptor, verus Deus & homo nafci dignatus eft, quæ ad feculi confummationem perducetur. Quamdiu fit duratura, folus nouit, qui fuaui cuncta ordine nectit.

Igitur ab exordio mundi vfque ad Chriftum fecundum Hebræos habemus annos. 3952.

Secundum vero 72. quos Græci sequuntur. 5508.

Porro quanta sit opinionum in annis, qui ab origine mundi vsque ad Christum interfluxerunt, supputandis diuersitas, aliquot exemplis fiet euidentissimum.

Ab initio mundi vsq; ad tempora aduentus Christi.

Varia annorum à constitutione mūdi vsque Christum supputatio.

Rabbi Naason supputat.	3707
Rabbi Abraam.	3754
Hebræorum Chronica.	3760
Hieronym. & Beda.	3952
Picus Mirandula.	3958
Ioannes Lucidus.	3960
Abbas Vspergensis,	3962
Theophylus.	3974
Carol. Brouillus.	3989
Iosephus Mathatiæ,	4103
Odiatin Astronomus,	4320
Cassiodorus.	4697
Genebrardus.	4089
Orig. in Matth.	4839
Epiph. Salam. Episc.	5029
Paulus Orosius.	5049
Philo Iudæus.	5195
Isid. Hispal.	5196
Euseb. Cæsar. Et Ro. Martyr.	5199
Ioannes Nauclerus.	5201
Albumasar astronomus.	5328
Augustinus.	5353
Suidas.	5600
Lactantius.	5080

Phila-

Philastrius Brixien. Episcopus. 5081
Alphonsus Rex Hysp. 5984

ALIQVOT RECENTIORVM INTER se dissidentes supputationes.

Gerardus mercator. 3928
Iosephus Scaliger. 3948
Petrus Gallisardus. 3964
Cornelius Iansenius. 3970
Petrus Galatinus. 3982
Paulus Palatinus. 4000
Benedictus Pererius, Berlarminus & Baronius. 4022
Arnoldus Pontacus. 4088
Gilberdus Genebrardus. 4090
Franciscus Ribera. 4095
Franciscus Suarez plus minusue. 4000
Heller Calcul. 5000
Tullius Eurosempronienfis. 5201
Mamphrius Panuinius. 6310

Iam cernis diserte Lector, quanti sit operis, ac laboris certam, exactamque annorum summam à procreatione mundi ad Christum in mundum exhibere. Notarunt nonnulli 30. alij 50. nonnulli 72. alij plures etiam diuersas repugnantesque ferri de annis conditi orbis opiniones à bonis quibusq; scriptoribus prolatas. Sic suæ cuique crepidæ benè olent.

Sic in veterrima hac quæstione sudarunt, laborarunt tum antiquorum, tum recentiorum ingenia; sedere autem arbitrum, & cuius sint potiora iura disquirere, & antiquissimam

omnium quæstionem lata sententia definire, nostrarum non est virium opus.

Lib.11.in Danielē. Baronius igitur secutus Pererium secundū vulgatam, vt ait, latinam editionem emendatam, dicit, Christum natum esse quater millesimo vigesimo secundo anno ab origine mūdi. Quos annos sic computat Pererius.

Computatio Pererij.

A creatione mundi vsque ad diluuium cap.5. Geneseos numerantur anni 1656

A diluuio vsque ad ortum Abrahæ tam scriptura Hebraica quam nostra versio latina cap. 11. Geneseos annos habet 292

Difficultas de generatione Cainan. Sed his addere oportet alios triginta annos ipsius Cainan cuius generationem inter Arphaxad & Salem interposuerunt 70. Interpretes & B. Lucas in Euangelio suo cap. 3. cuius authoritas cogit hos triginta annos prædictæ supputationi adiungere.

A diluuio igitur vsq; ad ortum Abrahæ numerandi sunt anni 322.

Ab ortu Abrahæ vsque ad promissionem factam ei à Domino vt habetur ca.12.gen. numerantur anni 75.

Hinc vsque ad legem datam Hebræis in monte Signa tertio mense quando egressi fuerant ex Ægypto anni. 430

Vt Paulus docet ad Galatas 3.

Ab egressu Hebræorum ex Ægypto vsq; ad ædificationem templi Salomonis in lib. 3. Regum cap.6. recensentur anni 480

Ab hoc tempore vsq; ad exordiū olympiadū, quod fuit anno octauo regni Achas fluxerūt annū

anni 283. Vt patet ex 3. & 4. lib. Reg.

Denique ab initio Olympiadum vſque ad annum quartum olympiadis centeſimæ nonageſimæ quartæ, quo anno natus eſt Dominus noſter, interceſſerunt anni 776

Qui anni ſimul omnes collecti oſtendunt ab orbe condito ad Chriſtum vſque incarnatum effluxiſſe annos 4022

Ecce tot in hoc computu formando, ſententias quot ſcriptores inuenias? Quid igitur ſtabilitatis ac firmitatis ſtructura habere poteſt, quæ tā debili & incerto fulcitur fundamento? Si tā diuerse de hac annorū ſupputatione ſentiunt DD. quomodo euidenter probabit Calculator quinq; milliū annorum euolutionibus, totū ab orbis productione ad Chriſti aduentū tempus fuiſſe circumſcriptū? Nemo eorū quos produxim⁹ huic ſupputationi calculū addit, nā alij pauciores, plures alij aſſignāt annos, nec.n. certa hominibus eſt, exacta, firma, ſtataq; temporum ratio; ſed ſoli Deo temporū authori certiſſima. Nec mireris ſi vix in vnā eandemque ſententiā coire, & conſpirare poſsint Doctores Chronologi: irrepſit ſiquidem, vt teſtis eſt D. Aug hæc annorum differentia in Græcos codices vitio illius ſcriptoris, qui primus ex originali 70 Interpretum trāſlatione tranſcripſit, [illegible] facile in omnes alios codices emanauit. Parit etiam hanc difficultatem exemplarium diuerſitas, *dum inemendata, de inemendatis ſcribuntur.* Adde quod in illis annis enumerandis non omnes eandē Methodū ſeruent, &

Tempora, & momēta ſoli Deo eſſe explorata.

Cur ſupputatio annorū ab orbe condito varia ſit & diſcrepans

Lib. 15 de ciuit. Dei cap 13.

Hieron. Epiſt. 108.

rationem. Existimarunt nonnulli hanc difficultatem ex eo prouenire, quod à diuersis annus diuersè accipiatur: nã, attestante Polidoro, Arcades, vt Plutarcus in vita Numæ, & Macrobius in primo Saturnalium meminerunt, tribus dumtaxat mensibus annum suum complebant; Cares, & Arcananes sex: AEgyptij primis temporibus, teste Solino, quatuor; sed antea, vt Censorino placet, duobus tantum. De diuersitate annorum plura Polidorus ibidem.

Polid. de rerum inuent. li. 2. cap. 4.

Anni acceptio varia.

Deinde vt cuiuis notum est, annus est solaris & hic quidem duplex, annus scilic. reuolutionis qui constat trecentis sexaginta quinq; diebus cum quadrante, & annus vsualis. Est præterea annus lunaris continẽs duodecim lunationes, quarum quæque continet dies 29. cum dimidia; dies igitur huius anni sunt 354. Estq; minor solari diebus vndecim.

Beda putat Iudæos vsos fuisse anno lunari. lib. de ratione temporũ cap. 7. Et lib. 3 in Esdram cap. 16.

Hoc anno, vt vult Beda, & cõplures alij, Iudæi vtebantur, & incipiebant in nouilunio veris, quod erat proximum æquinoctio .i. 14. Martij; nam tunc erat æquinoctium. At in reformatione Calendarij, æquinoctium est 21. Martij: decima quarta Martij Pascha comedebant, tota illa Luna primum mensem anni constituebat, secunda Luna secundum, tertia tertiũ, & sic consequenter. Habebãt etiam Iudæi annum ciuilem, qui incipiebat in nouilunio proximo æquinoctio Septemb. Sic & Christiani annũ ciuilem à Christi natiuitate auspicantur.

Lib. 2. super sõniũ Scipionis.

Quod ad magnum attinet annum, Macrobius eum compleri dicit, cum sol & luna & om-

omnia sydera firmamenti ad eundem locum, vnde semel profecta sunt, remeât. Aristarcus, testante Censorino, hunc annum maximum esse Platonicum putauit esse annorum vertẽtium duum millium quadringentorum octoginta quatuor. Herodotus & Liuius decẽ millium octingentorum. Aretes Dyrrachinus quinq; millium quingentorum quinquaginta duorum. Dion tredecim millium nongentorum octoginta quatuor. Orphæus centum viginti millium. Cassandrus tricies sexies centum millium. Alij verò infinitum esse, nec in se vnquam reuerti existimauerunt. Hæc Censorinus.

Censor. de die natal. c. 15.

Magnus annus quis, & quando compleatur.

Paulus verò Riccius asserit mundum non duraturum nisi maximũ illum annum, atq; hoc finito & exacto anno mundum interiturum, quasi duratio mundi sit propter motus cælestes, non potius motus cælestes, propter hominum generationes, donec perfectus eorum numerus compleatur. De hoc anno videndus est Lylius. Cæterum quia parum instituto nostro deseruit hic annus, & quia Restaurus Philosophus & Astrologus magnũ illum annũ reijcit: (*Fixæ stellæ*, ait, *& erraticæ mouentur versus oriētem quatuor gradibus, nec vlterius: & post retro gradiendo alijs quatuor gradibus retrocedunt, & motus iste nunquam cessat ab hoc ordine, & ideò annus maximus poni non debet*. Hæc ille.) Illum ad alia festinantes, missum faciamus.

Libro de motu octauæ sphæræ.

Lib. de annis.

Lib. de causis esse mundi.

Enimuerò quamuis variæ de annis antiquis sint sententiæ, nihilominus compertissimum

est, annos de quibus sacra scriptura mentionē facit, & qui primis parentibus tribuuntur, eodem quo nunc modo, tunc fuisse acceptos, nimirū pro solaribus, quos annos reuolutionis vocitamus: alioquin omnis annorum computatio, quæ in scriptura est, dubia esset, & incerta. Huius locupletissimi testes sunt D. Augustinus, Lactantius, Lyranus, & alij; licet, vt insinuauimus, Beda & expositores catholici ipsū communiter sequentes, accipiant annos pro lunaribus, & existiment Iudæos ijs fuisse vsos, sed non rectè, vt Lyranus ostendit: quia nisi Hebræi vterentur annis solaribus, non possent dies festos suos, præsertim pascha, statutis temporibus celebrare: *aliter*, inquit, *sequeretur quod Pascha eorum iam circuiuisset totum annum, ita quod celebratum fuisset in quolibet tēpore anni, quia tenentur facere pascha de mandato legis, 14. luna primi mensis: si igitur computaretur per annos lunares, sequeretur, quod reuoluto anno, pascha eorum celebraretur per vndecim dies ante solemnitatem paschalem præcedentis anni, & sic cōsequenter de alijs solēnitatibus paschalibus. Ex quo patet quod infra satis breue tempus, celebraretur in omnibus temporibus anni, quod manifestissime patet falsum ex vsu eorum.* Et licet Iudæi incipiant annū à prima luna propinquiori æquinoctio vernali, tamen vt his occurrant incōmodis, per embolismos fit æquatio temporis apud eos, quia tertius annus, & interdum secundus, apud eosdem habet tredecim limationes, & sic annus lunaris solari redditur æqualis, dum

Anni in veteri testamento pro solaribus sunt accipiēdi.

Aug. l. 15. de ciu.

Lactan. de antiq li. 1. cap 2.

Lyra ca 9. Daniel. & alij.

Quomodo lunares anni solaribus fiunt æquales.

vnum

...num mensem lunarem intercalant, illumque ...num tredecim lunariũ mensiũ constituunt, ...cantq; illum intercalarem mensem: Ve A... ...r, q. d. secundum februarium: vel, Ve Nisan, hoc est alterum martium. Ita S. Basilius.

Basil. ho. 6. in Hexa. Censorinus lib. de die natali c. 15. Iunilius Afer, seu potius Beda in 1. c. Gen & aly.

Quæ cum ita se habeant, euidens est diffi...ultatem in annis seculi supputandis non oriri ...parte annorum, (cum communi omnium ...nsensu habeatur receptissimum, scripturam ...consignandis chronologijs quibusuis, sem...per vti annis solaribus, quemadmodum quo...que externæ chronologiæ Græcorum, ac Ro...manorum etiam solares annos accipiunt:) sed ex causis iam memoratis, vt ijs, quas in prolo...go secundo super biblia in medium producit ...yranus, inter quas, hæ non postremum lo...cum habent. Quod in diuinis scripturis sæpe ...pars pro toto synecdochics ponatur. v. g. ...citur Iesus tribus diebus in sepulchro iacu...isse cum tamen prima dies & tertia non fue...rint integræ. Præterea computatio annorum plerumq; incipit in vno loco à priori termi...no, in alio à posteriori, sic Genes. 15. dictum fuit Abrahæ; semen suum futurum peregri...num 400. annis. Et Exod. 12. de ista peregri...natione dicitur, quod mansio filiorum Israel ...terra Aegypti fuit 430. annorum; quia com...putatio numeri huius mansionis incipit à ...tempore, quo dictum fuit Abrahæ. *Egredere ...terra tua, & de cognatione tua, & de domo ...patris tui, & veni in terram quam monstrauero ...tibi.* Computatio autem minoris numeri inci-

Difficultas supputandi annos seculi non prouenit ex parte annorum. Aliæ causæ cur his annis supputandis tanta sit varietas, inconstãtia, & incertitudo.

Gen. 12.

incipit à natiuitate Isaac, quæ fuit 30. annis post egressum Abrahæ de Aram.

Genebrardus existimat hanc controuersiam maximè pendere ex septuaginta annis Babylonicę captiuitatis, ac hebdomadis Danielis, dum alij illas aliunde incipere coguntur. Addit quod etiam Iudæi ex odio Christiani nominis plurimos annos ab imperijs Persarum, Græcorum & Machabæorum nobis astutè surripuerint.

Idem testatur Iustinus dial. cum Tryphone.

Denique hanc dissentionem auget, quod, quot antiqui illi Patres annis, siue Patriarchæ, siue Iudices, siue Reges vixerint, non eodem modo numeretur: Sic difficultas est quomodo anni sint computandi quibus regnauit Asa, quibus regnarunt Ioram & Ochozias Reges Iuda. De annis Ioachim qui & Iechonias, etiam quomodo sint numerandi controuersia est. De his fusius Azorius & alij.

Moral. inst. lib. 6. cap 55. *Ad Vitalē Presbyt.*

Hinc B. Hier. *Relege*, ait, *omnes veteris testamēti libros, & tantā annorū reperies dissonantiā, & numerum inter Iudā & Israel, id est, inter regnum vtrūq;, tam cōfusum, vt huiusmodi hærere quæstionibus nō tā studiosi, quam otiosi hominis esse videatur.*

Cum autem omnis supputandi certitudo ab exacta & firma annorū, mensium atq; dierum ratione pendeat, quis miretur diuersitatē opinionū inter exercitatissimos viros & præstantissimos historiographos in temporum supputatione, hoc anni initium ab hoc mense: illo ab altero inchoante, & vno creatū Regem aut Iudicem, vel alium huic mensi adscribente,

..., altero ad alium mensem referente? Pleni sunt libri Regum inter alios eiusmodi difficultate: nam annorum, mensium, dierum, vel quibus regnare cœperunt, vel quibus debitum humanæ conditionis exsoluerũt, enumeratio, etiam inter probatissimos scriptores dubia est & ambigua. Causas alias huius perplexæ difficultatis, & inextricabilis nodi, in consignandis annis mundi, ad alia festinans, omitto.

Cur supputatio ab origine mundi dubia sit & incerta.

Si quis igitur quærat, an certò sciri queat numerus annorum ab orbe terrarum condito, vsque ad Christum natum, absolutissimè & resolutissimè dixeris, nõ posse hos annos supputari ex scriptura, quicquid dicat S. Philastrius lib. de hæresib. c. 112. qui hæresim esse dicit asserere numerum annorum ab origine mundi incertum esse. nam licet hebraicam computationem sequamur, non est propterea Græca supputatio tãquam falsa improbanda, vt rectè cum alijs adnotat Azorius, imò approbatur in synodo generali act. 6. Vbi habetur annos à mundo condito vsque ad Christum natum fluxisse 5519

Non potest sciri numerus annorum a creatione mundi vsque ad Christum certo videlicet & determinatè.

Deinde quia editio 70. Interpretum vsu receptus ecclesiæ, fuit olim per quingentos annos approbata, cuius auctoritate vsus Christus est, Apostoli & postea Græci & Latini Patres ante Hieronymum. Sancta etiam Dei ecclesia vt confirmat Baronius, antiquitus consueuit supputare annos ab origine mundi non secundum Hebraicam editionẽ, sed secundum 70. Interpretes. Est eius rei fides apud S. Aug. dum

In apparatu ad annales eccles.

dum de ijsdem Interpretibus hæc ait. *Porro illos in auctoritatem celebriorem suscepit ecclesia.* Rursum Iulianus Episcopus Toletanus hęc in eandem sententiam: *Ergo*, inquit, *illa nobis, & sola pro his annis, est obseruanda auctoritas septuaginta interpretum, quæ meritò omnibus editionibus & translationibus translatio antefertur, quam & huc vsq; omnes DD. Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipuè annorū supputatione secuti sunt.* hæc ibidem plenius Baronius.

Ecclesia vtramque computationem admittit.

Quamuis igitur nunc Hebraicam computationem sequatur latina editio vulgata, eamq; Ecclesia approbet, Græcam tamen non damnat. Vnde quemadmodum in varijs scripturæ locis duplex lectio reperitur: sic etiam duplex Græca inuenitur, & vtraque videtur retinenda.

Ecclesia hebraicā supputationem recipit, & quare.

Licèt verò Græcam non damnet Ecclesia computationem, tamen quia ex consensu SS. Hieronymi & Augustini, quibus etiam adstipulatus est Sanctus Beda, libro de sex ætatibus mundi, luculenter apparet Septuaginta Interpretum editionem in annorum calculo ab origine mundi ad natiuitatem Abrahæ superfluam, redundantem, ac magnoperè deprauatam haberi, Ecclesia nobis eam sectandam & retinendam supputationem exhibet, quam habet syncera & incorrupta contextus Hebraici veritas, vt vberius in antithesi 5. dicemus.

Hier. epist. 108.

Nec hoc 70. Interpretibus, vt rectè ait S. Hier. adscribendum est, sed scriptoribus, dum de inemendatis scriptitant inemendatè.

Atqui

Atque hinc perſpicuè innoteſcit, quam incerta ſit Calculatoris noſtri ſupputatio, quam etiam debile, cui ſuæ probationis molem impoſiturus eſt, fundamentum. Cum enim ex ſcriptura ſacra numerum certum non habemus, & humanæ hiſtoriæ, ex quibus hæc computatio magna ex parte pendet, multum inter ſe diſcordent, nihil firmum & indubitatum affirmari poteſt. Veriſſimè Sapiens: *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit?* His verbis dupliciter ſignificatur, numerum annorum ab exordio mundi, vſque ad hodiernum diem compertum nobis, atque cognitum eſſe non poſſe: tum quod interrogatio illa, *quis*, ſæpenumerò in ſacris litteris, vim habet negandi, idemque pollet atque nullus. Exempla paſſim ſunt obuia, vt illud: *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem?* Item: *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* & ſimilia. Tum etiam quod trium rerum, quæ hic ponuntur, par ducitur ratio: at priores duæ, hoc eſt arena maris, & guttæ pluuiæ quanto numero contineantur, non poteſt vnquam hominum ſciri: ergò nec tertia res dies nimirum ſeculi, poteſt à nobis eſſe cognita. Huic ſententiæ Lyranus accedit, qui hunc locum explanans, dicit annos mundi haberi cognitos ratione quadam probabili, non tamẽ certitudine infallibili. Eccl. 1.

His ita conſtitutis quæ firmitas & certitudo in eo haberi poteſt, in quo oẽs ita diſtãt & inter ſe diſcrepant, vt vix conueniãt? Calcul. noſtro id,

id, ita auguror, quod plerisq; vsu venire solet, accidit, qui cum opinionem aliquam stabilire contendunt, & desunt quibus eam circumfulciant, argumenta, inopes animi, varia agitant consilia, nihil non pertentant. Cernebat diuersas Calculantium sententias, sed suo instituto minimè quadrantes, quid faceret? talem iniuit calculationem quæ suo vanissimo commento, posset adaptari appositissimè. Quã tamen damnãt. Rabbini, Græci non admittunt, respuunt Latini.

THESIS XV.

Calculat. *Hisce iam, quinque annorum millibus constitutis, adhuc duo supersunt annorum millia. At in vltimo millenario septimo nimirum, fiet omnium rerum consummatio.*

Lact. lib. 7 diu inst. cap. 14. & 24. Iust. quæst 71. ad Gentes. Iren. lib. 5. contra hær c. 28. Hilar. c. 17 in Matt Hiero. Ep. 139 ad Cyp. Gaudent. Brixiensis tract. 10 qui est 8 in Exod.

Resp. Video quo tendat Calculator, decantatissima est illa chiliastarum, seu millenariorum opinio, qui asserebant completis, & euolutis sex annorum millibus totius vniuersi futurum excidium. Huius opinionis fuit Lactantius, qui tamen post sex mille annos expletos, dicebat futuros esse mille alios fœlicitatis sanctorum in terra. Et eiusdem sententiæ est Iustinus Martyr, Irenæus, Hilarius, Hieronymus exponens verba illa Psalmi: *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præteryt* Et insinuat Micheæ 4. in principio, vbi tempus fidei gentium, id est, euangelicæ præ-

prædicationis, & conuerſionis mundi ſentit tantum duraturum quingentis annis, & hanc ille *nouiſſimam horam*, de qua loquitur Ioannes 1. cap. 2.

Refert etiam Lactantius apud Ethnicos fuiſſe hanc peruulgatam opinionem, & Sybillas multa de ea prædixiſſe.

Coniectura, quà omnes citati Patres vtuntur, eſt: quia præpotens ille rerũ opifex Deus vniuerſam hanc mundi machinam, ſex diebus cũ toto ſuo apparatu, perfecit cõſummauitq́; : aiunt inquiunt, pro qualibet die, anni ſunt mille computandi, iuxta illud: *mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna quæ præterijt*. Ergo durabit mundus ſex annorum millibus: poſtea vero ſequetur requies, die ſabbati: Quippe ſacer eſt numerus ſenarius, perfectione celebris, energia latenti fæcundus. Et quia ſenarius numerus conſurgit ex ſuis partibus, aliquotis ſumptis, quę ſunt vnum, duo & tria, perfectio diuinorum operum huius numeri perfectioni reſpondet: nam primo die formatur creatura ſpiritualis; ſecundo creatura corporalis ſuperior: tertio creatura corporalis inferior: tres autẽ alij dies ornatui deputantur. Ad hunc millenariorum ſententiam accedit Thalmudiſtarum vaticinium, de quo paulò ante diſputatum à nobis eſt, nam durationi mundi etiam ſex annorum millia tribuunt.

Noſtra etiam memoria Theodorus Grammaticus Kuræmondanus in ſuo myſtico aquilone, aſſerit ſe ex veteris legis arcanis, Prophetarum

Quot diebus factus eſt mundus tot millenis annis cõſummabitur.

Numerus ſenarius ſacer.

D Tho. 1 parte quæſt. 74 art. 1.

In præfat.

Coiecturę quibus probatur mundum duraturũ 6000. annorum.

tarum oraculis, ac rerum euentu desumptis, in hanc millenariorum sententiam pertractum esse Argumenta quibus innititur hæc sunt: *Humanum*, ait, *genus enormibus sceleribus postquã se deuouisset, dixit Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntq́; dies illius centum viginti annorum, Mysticorum scilicet, seu magnorum Mosaicorum, qui spaciũ 50. annorum ciuilium nostrorum continent: quo vicenis centenis vicibus sumpto, exactißimo calculo sex annorum millia pœnitentiæ generali aßignata, exurgant.*

Gen. 5.

Idem Moysis legislatoris ætas innuit, quæ præterquam quod centum viginti annorum fuerit, mysticè sex annorum millia ætatis mundi arguens, etiam duo millia inanitatis, duo millia legis, & duo millia annorum Christi, magno mysterio, triplici vitæ suæ varietate adumbrauit. Quadraginta annis in aula Pharaonis agens, tempus inanitatis, quod Regem præcesßit, præfigurauit: cum Ietrone quadringinta annis versans, exilio suo, exilium iudaici populi, ab exitu AEgypti ad Christum vsque significauit: quadringinta verò posterioribus annis, quibus populũ rexit, tempus à Christi aduentu vsq; ad mundi consummationẽ manifestissimo typo declarauit.

Eandem sententiam caput 12. Leuitici cõfirmat: *Mulier enim si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ; & die octauo circuncidetur infantulus; ipsa verò triginta tribus diebus manebit in*

sanguine purificationis. Quod si secundum hanc scripturã, septẽ dies immunditiei addamus triginta tribus diebus purificationis: quadraginta dies masculi, tẽporis mystici corporis Christi, Ecclesiæ sc. duo annorũ milliũ exurgunt.
Sin autem fæminã pepererit, munda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritũ fluxus mẽstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sãguine purificationis suæ. Quod si duas hebdomadas sexaginta sex dieb⁹ coniungamus, 80 dierũ mysticorũ efficiemus duplicem matris Euæ prolificationis, & mariti sorte condemnatæ numerũ, scilicet inanitatis & legis, quatuor annorũ milliũ, cui si mysticos illos numeros quadraginta, masculi sc. duorũ annorũ milliũ addamus, annos sex mille durationis mundi, exactissimo calculo conficimus. Hisce ac pluribus alijs argumentis in generalẽ temporũ mundi sex annorũ milliũ, perdurationẽ, vt assentiretur, fatetur se esse protractũ. At vim quam habere videntur hæc argumẽta, labefactat axioma theologicũ, de quo inferius loco oportuniore; nimirũ Theologia mystica non est argumẽtatiua. Hęc argumenta verò ex mero sensu mystico esse petita cuiq; exploratissimũ est. Sanè anni, aut dies, de quibus S. scriptura agit, naturales sunt, vt dictum est thesi præcedenti, non mystici, non cõmentitij, non quinquaginta, nõ centũ, aut mille annorũ spatium continent, alias omnis annorũ, vel dierũ suspecta & dubia redderetur supputatio.
Eusebius & Colũbinus in chronicis suis, existimãt Chiliastas in eã sẽtentiã incidisse, quod

Deus per numerum septenarium omnia dispoſuerit: nimirum ſeptem planetas, ſeptem dies, ſeptem ſacramenta, quibus eccleſiam ornauit, ſeptem ſignacula quorum vnicuique ducentos viginti annos aſſignauit. Mille autem & centum efficiunt quinque ſigilla, alia duo quadringentos & quadraginta. Atque ſic ſecundum illos mundus periturus erat anno Domini 1540.

Licet autem hæc opinio incerta ſit, tamen hoc tempore iuxta verum Hebræorum computum eam falſam eſſe demonſtrari non poteſt, vt Bellarminus, Suarez, Lucas Pinellus & alij tradiderunt. Etenim mundus ante Chriſti natiuitatem ſtetit, plus minus quatuor annorum millibus, iamque ab illo tempore mille ſexcenti & ſedecim anni effluxerunt: reſtant igitur ad complenda ſex iſta annorum millia anni trecenti octoginta quatuor, quibus mundus adhuc iuxta dictorum auctorum ſententiam eſt duraturus. In his autem 384. annis omnia illa ſigna compleri poſſunt, quæ iudicium extremum ac mundi conſummationem ſunt præceſſura, nec non quidquid in ſacris literis prædictum fuiſſe reperitur: nam fieri poteſt vt pereat mundus finitis ſex iſtis annorum millibus.

Bell lib. 3. de Ro. Pont. c. 3. Suarez. to. 2. q. 59. ar. 6. diſp. 53. ſect. 4. Pinel. li. 2. de altera vita ca. 1.

Et hæc quidem Hebræorum circa mundi creationem ſententia eſt à Theologis recepta & approbata: at ſecundum computum ſeptuaginta Interpretum hæc opinio falſa eſſe conuincitur, vt infernis docebimus, antitheſi nimi-

nirum ſeptima, in qua etiam horum millenariorum ſententiam ſolerti induſtriâ diſcutiemus.

Aliud dogma introduxerunt millenarij cuius ſeminarium fuit locus ex 20. cap. Apoc. S. Ioannis perperam intellectus; vbi de iuſtis loquens ait: *Et vidi animas decollatorum, &c.* Et poſt addit: *Et regnauerunt cum Ieſu mille annis, ubi qui eorum non vixerunt donec finiantur mille anni.* De his mille annis excogitauit commentum Papias Hieroſolymitanus Epiſcopus, tempori Apoſtolorum proximus, & Ioannis ſenioris auditor, cuius ſententia fuit, Chriſtum iterum in terris ſecundum carnem regnaturũ cum ſanctis mille annis; prædicta enim Ioannis verba interpretatus eſt ſecundum litteræ corticem, & non ſecundum ſenſum myſticũ. Exiſtimauit completis ſex annorum millibus ſuſcitatum iri ex mortuis omnes ſanctos, Chriſtum; deſcenſurum in terris, & ex his regnaturum cum ſanctis mille annos, ſanctos præterea eo tempore cum ſummâ caſtimonia & integritate ducturos vxores, & ex his filios alumnos ſanctitatis procreaturos, nihil eis quod ad ſummam in terris fælicitatẽ pertineat, defuturum. Et hanc eſſe quam Ioa. in Apoc. appellat primam reſurrectionem. Exactis porrò his mille annis, ſolutum iri Sathan, & grauiſſimã omnium, quæ fuere vnquam per Antichriſtum aduerſus electos Dei, perſecutionem cõmoturum. Poſtea cunctis mortalibus ad vitam reuocatis futurum generale iudicium, in

Opinio Papiæ de mille annis B. Ioannis.

citer ſtabilire deſudârunt, vt à recto tramite veritatis tuendæ deflexerint, quorū ſententiā iam in hæreſim prorumpentē Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, tū ſcriptis duobus libris, tū viua vocis oratione cōpreſſit, & penitus cōfutauit. Cerinthus igitur carnales voluptates in illo regno futuras ponebat & vitia portētoſa cuiuſlibet libidinis; imò ſentiebat regnū Dei poſt mille iſtos annos in terra, futurum in cælis in voluptatibus carnis, nimirum in gula & luxuria. Qua in re latiſsimè abeſt à ſenſu Papiæ, & eius ſequacium; hi ſiquidem in illo ſeptimo annorum millenario omnium bonorum ſpiritualium affluentiam futuram denūtiabant; Aug. de hoc errore ſic loquitur: *Quæ opinio eſſet vtcumque tolerabilis, ſi aliquæ deliciæ ſpirituales in illo ſabbatho (.i. in illo ſeptimo milliario annorum) affuturæ ſanctis per Domini præſentiam crederentur; nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando, ſed cum eos qui tunc reſurrexerint, dicant immoderatiſsimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus ſit tantum ac potus, vt non ſolùm nullam modeſtiam teneant, ſed modū quoque ipſius credulitatis excedant, nullo modo iſta poſſunt, niſi à carnalibus credi. Hi autem qui ſpirituales ſunt iſta credentes* χιλιαστὰς *appellant, græco vocabulo, quod verbum è verbo exprimentes nos poſſumus milliarios explicare.* hactenus Aug.

Opinio Cerynthi de mille annis B. Ioannis.

Lib. 20. de ciuit. cap. 7.

Chiliaſtæ, milliarij.

Nec tamen catalogo Hæreticorum ſunt hi PP. adſcribendi, quia, vt ait Ribera, qui de

Chiliaſtæ non ſunt hæreſeos arguendi.

de his exquisitè tractauit, hæc sententia in nullo generali Concilio, quod sciatur, damnata reperitur, nec tam facilè quam quidam putant, scripturæ testimonijs redargui potest. Deinde meliora docenti haud dubiè parati fuissent obtemperare.

Feu-ardentius in notis ad li. 5. Ire. c. 32.
Baron. in notis ad Ro. Mart. & in annal. sæpè.

Alij verò dixerunt eam millenariorum sententiam diu ab Ecclesia dissimulatam, & toleratam fuisse propter tantorum Patrum auctoritatem: at postquam Apollinaris Laodicenus Hæresiarcha eandem mordicus arreptam, pertinacissimè etiam libris editis propugnare contendit, fuisse à Sancto Damaso Papa, Romæ in Concilio, vnà cum cæteris Apollinaris hæresibus, hoc etiam eius de millenario dogma proscriptum, ac penitus anathematizatum. Vt iam deinceps pro manifesta & euidenti hæresi sit ab omnibus habitum ac reiectum. Nam Romæ à Sancto Damaso damnatum, & anathematizatum publicè in Concilio Apollinarem cum omniũ hæresum suarum capitibus fuisse, S. Gregorius Nazianzen. Theodoretus & Sozomenus affirmant. Sed demus Apollinarem cum suo de millenario dogmate à S. Damaso damnatum, non propterea cogimur asserere opinionem PP. de eodem millenario tunc fuisse quoq; proscriptã, cum longè diuersam fuisse ab Apollinaris & Cerinthi dogmate satis ostenderimus.

Chiliastarũ dogma à Damaso condem natum.

Greg. ep. 2. ad Hell.
Theod. l. 5. hist. c. 10. & 11.
Sozo. li. 6. c. 25.

Quid de hac sentẽtia dicendum.

In his, quæ nos dicamus pauca habemus. Primum sententiam de millenario, quam primum inter Patres spargi cœpta est, mox à reliquo

quo cœtu Doctorum explosam, statim illi contra itum, & assertores notatos, designatos, ac numeratos fuisse tanquam singularis dogmatis, & à communi aliorum consensu penitus alieni patronos. Deinde præter paucissimos dictos, neminem ex Orthodoxis ad hanc vsq; diem tale quippiã de regno Christi mille annorum imaginatum fuisse, vt iam per mille, & ducentos amplius annos ea de millenario opinio penitus exoleuerit, exaruerit, ac prorsus euanuerit, vniuerso Christiano orbe contrariũ omninò credente. S. Dionysius Alexandrin. sectam & defectionem à fide vocauit. Eusebius peregrinam & nouam doctrinam, commẽtitiam fabulam, atque errorem. S. Hiero. fabulam, errorem Iudaicum. Eisdem nominibus appellant innumeri alij recentiores, & pleriq; eorum hæresim iam manifestam nuncupant, nec dubitant si res ad iudicium Ecclesiæ deferatur, quin pro perspicua hæresi damnetur. Doctorũ de hac Chiliastarum opinione sẽtentiæ.

At nos venerandæ tot PP. sanctitati, antiquitati, mirificæq; illorum eruditioni, vt par est, caput submittentes, censuram integram opinationis, sacrosanct. Ro. Ecclesiæ relinquamus: neque enim nobis tantum tribuendum ducimus, vt sacros Christianorum vertices attingere fas putemus. Possemus hic loca quædã diuinarum scripturarum producere, quæ illã millenarij sentẽtiam nimis apertè redarguũt, sed ne actum facere videamur, Lectorem ad eos, qui fusè hoc tractant, amandabimus. Hic solum dicemus sensum illum, quem ex verbis

D. Ioannis eliciebant SS. isti PP. fuisse extortum: per illos namque mille annos, vel gloriæ perpetuitatem, (solet quippe millenarius numerus in S. scripturis pro vniuersitate accipi, vt cum in Psal. dicitur: *Memor fuit verbi, quod mãdauit in mille generationes,*) vel certè omnes annos, qui futuri sunt vsq; ad iudicium, & non commentum illud intelligunt DD. Ad illud siquidem tempus sancti habebunt præcisè vitã animæ, & *resurrectionem primam.* & illo finito, *resurrectionem* habebunt *secundam*, id est, vitã corporum simul & animarum.

Psal. 104.

Cum ergò B. Ioannes de sanctis iam defunctis dicit: *quod vixerunt & regnauerunt cũ Christo mille annis*, sic accipiendum est, vt intelligatur eos vixisse, & regnasse cum Christo omnibus annis futuris vsq; ad diem iudicij, quibus annis etsi mortui sint corpore, viuunt tamen anima, & cum Christo regnant.

De peccatoribus loquens Apost. Ioan. dixit: *Cæteri verò mortuorum non vixerunt, donec consumentur mille anni:* quia peccatores defuncti toto hoc tempore vsque ad diem iudicij, nullã habent vitam; nam corpora eorum mortua iacent, & animæ eorum etiam peccato mortuæ sunt. Transactis autem his mille annis, id est, toto illo tempore vsq; ad diem iudicij, aliquã vitam habebunt, quia etsi animæ eorum per peccatum mortuæ sint, eorum tamen corpora per resurrectionem, vitam, quamuis miseram, recuperabunt.

Contra hæres. ver. millenarij.

Vel fortè ibi, vt exponit Alphonsus à Castro,

ſtro, ponitur millenarius numerus pro vniuerſitate temporis futuri, etiam poſt iudicij diem, ita vt ſit ſenſus: *Sancti vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis*, id eſt, ſemper, quia etſi non ſemper vixerunt corpore, poſt mortem tamen corporis ſemper vixerunt, & ſemper viuent in anima, *Cæteri verò mortuorū*, id eſt, peccatores, *non vixerunt donec conſumentur mille anni*, id eſt, nunquam vixerunt: quia veram vitam animę & corporis amiſerunt. nec illa dictio *donec*, dicit alicuius temporis finem, ſic in Pſal. dicitur: *Sede à dextris meis, donec, &c.* nunquam enim erit tempus, quo filius Dei non ſederit ad dexteram Patris.

Quod per annos mille totum tempus illud, quod à morte Chriſti eiuſque aſcenſione ad finem vſque mundi decurret, intelligatur, omnes ferè eccleſiaſtici auctores, præter Chiliaſtas, mirifico conſenſu aſſeuerant, ſeorſim S. Aug. de ciu. l. 20. c. 7. S. Greg. l. 4. in Iob, c. 13. & alibi. S. Victorinus, Andreas, Aretas, S. Beda, S. Anſelmus, Rupertus, & alij Apocaly. explanatores. Sed hæc miſſa faciamus.

Quod ad Calculatorem attinet, licet non vnum idemq́ue cum Cerintho, aut cum Papia concinat; nec enim millenarium illum agnoſcit, in hoc tamen cum illis conuenit, quod cõpleto ſexto annorum millenario, vniuerſi orbis vaſtationem futuram exiſtimet, figuris, ſignis ſiue coniecturis, quibus ad hoc probandum vtitur, reſpondeamus, eaſq́ue diluamus.

THE-

THESIS XVI.

Calculat. *Probatur, quia septima die Dominus Deus ab operibus requieuit, quæ dies septima vocatur requies, seu sabbatum: de quo Christus: Orate ne fuga vestra fiat in hyeme, vel Sabbato: Sic autem per sabbatum septimum, magnũ seculum intelligitur.*

Matt. 24.

Resp. Sensum ex hac coniecturâ & consectarium eiusmodi extorquet quod SS. PP. expositioni dissonũ est. Dum enim de requie æterni Opificis loquuntur, asserunt septimo die ab opere vacasse, quod tunc nouam creaturam producere cessârit. Solet quippe scriptura requietis nomine cessationem operis, siue sermonis indicare. De sanctis animalibus in Apoc. dicitur. *Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Pro eo vt diceret non cessabant hæc semper decantare; maxima nimirum, & vnica sanctis est requies in cœlo, laudem summæ Trinitatis assiduè proclamare.

Dicitur Deus requieuisse, quia nouã creaturã cessauit producere.

Cap. 4.

Requieuit die septimo ab vniuerso opere suo quod patrârat. vt hinc discas, quietem Deo esse connaturalem; nec enim opus habebat operibus, in quibus requiesceret, quî hoc? quippe cuius quies in seipso, sine initio, ac termino semper vera sit, & cõsummata; eoq; bono beatus sit, quod ipse sibi est, vt verè cecinerit ille:

Requieuit Deus quis quies illi est connaturalibus.

O quæ

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœliq; sator qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri. — *Metro 9. lib 3. de conf. Phi.*

Quin potius sua immēsa bonitate opera produxit, puta creaturas rationales, q̃ in se requiescerēt, quibus dū requiē prestat, semper in se ipso perfectissimè quiescit. Requieuisse igitur est creaturę rationali in se requiem prestitisse, vt illuc desiderio feramur, quò requiescamus, hoc est nihil amplius requiramus. Huic expositioni accedit Aristobulus, teste Eusebio, qui prodidit propterea dictum esse septimo die quieuisse Deum, quod conditis à se rebus quietem indidit, id est, stabilitatem, permanentiā, perpetuitatem, ordinemque ratum, fixum & immutabilem. — Requieuit Dominus quia requiē creaturæ rationali præstitit. — *Eusib l. 13 de prep. euang. ca. 16.*

Requiescere quoque, ac etiam interdum sedere dicitur Dominus Deus, non corporaliter, more humano, sed quia potentia super omnem creaturam residet ac eminet, hinc Psalmographus: *Regnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam*; sanè in illis Deus requiescit, & sedet, qui scientiæ ac dilectionis splendore coruscant; scriptum est enim: *sedes sapientiæ anima iusti*. Dei patris sapientia Christus est, qui sanctorum animas inhabitat, ac easdem sibi assumit in domicilium, in templum, immò in sponsas, ac filias. — Requiescit Deus, quia super omnem resides creaturā. — *Psal. 46.* — In quibus Deus requiescat.

Porrò quamuis à formandis creaturæ generibus requieuit Dominus; (nec enim postea à Deo aliquid productum est, cuius simile

in

in specie prius non creârit, vel in suis causis, quod addo propter animalia imperfecta, quæ ex putrefactione generantur) *vsque modo tamen operatur :* nimirum quæ instituta sunt administrando , ac conseruando, quippè creatoris virtus omni creaturæ causa subsistendi est, hinc signatè dixit Moses cessasse illum ab omni opere , quod patrauerat, hoc est à fabricâ & molitione mundi, quam sex diebus consummauerat.

Ioan 5.

Quomodo dicatur Deus operari.

Sed & altius intelligitur requieuisse ab vniuerso opere suo, quia scilicet præfigurabatur magnus ille dies sabbati, in quo semel generis humani reparator in sepulchro erat requieturus , completis in die sexto omnibus operibus suis, quibus mundum, quem sex diebus produxerat, iam perditum restauraret.

Requies Dei, quietē Christi in sepulchro signat; ac etiam quietem æternam.

Demus etiam per septimam diem , quâ Dominus requieuit ab omnibus operibus suis, & quam sanctificauit, septimam ætatem denotari perpetuæ quietis in alia vita futuræ, in quâ requiescet Deus cum sanctis suis in æternum, post opera bona, quæ operatur in eis per sex huius sæculi ætates; num propterea septima ætas, septimo annorum millenario circumscribetur? sanè quanto sit tempore duratura, & quando octaua sit initium sumptura, prorsus ignoratur. Octauam hic voco ætatem, in qua mortui omnes ad vitam excitabuntur, octauo etenim die Christus rediuiuus sese hominum conspectui obiecit. Et adumbratur in octo animabus , quæ in arca saluæ

Aetas octaua quæ dicatur.

illuæ factæ ſunt: nec enim poteſt quis ad ſalutis portum pertingere, qui reſurrectionis fidem conuincitur non habere.

B. Auguſtinus de hoc ſeptimo annorum millenario hunc in modum loquitur: *Qui*, inquit, *aduentus Domini ad iudicium, computatis annis ab Adam post ſeptem annorum millia futurus creditur, vt ſeptem annorum millia, tanquam ſeptem dies tranſeant: deinde illud tempus tanquam dies Octauus aduentat.* Hæc Aug. Equidem octauus dies in ſcriptura ſymbolum eſt reſurrectionis corporum, ac perennis beatorum gloriæ, vt S. Beda his, à Sancto Ambroſio mutuatis verbis, affirmat: *Octauus*, ait, *dies in ſacris litteris reſurrectionis gloriæ conuenit, quia Dominus octauo die, hoc eſt, post ſeptimam ſabbati reſurrexit; & nos ipſi post huius ſeculi ætates, quaſi in octauo die reſurgemus*. Cæterum etſi res ita ſe habeat, nihilo ſecius, quando ſexta ætas in qua nunc ſumus, ſit ſuam habitura periodum, & ſeptima ſuum occaſum, nemini peruagatum eſt.

Aug. in Pſal. 6.

Amb. lib. 5. in Lucã c. 13. & lib. 7. c. 2.

Aetas octaua reſurrectioni conuenit.

Addit Calculator. *Dies ſeptima vocatur requies, ſeu ſabbatum, de quo Chriſtus: Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme, vel ſabbato, his autem per ſabbatum magnum ſeculum intelligitur.* Matt. 24.

Reſp. Non vna omnium eſt huius loci expoſitio: quidam de temporibus Antichriſti: alij de fugâ credentium ante vrbis Ieroſolymitanæ euerſionem interpretantur; dixerat enim paulò antè Chriſtus. *Qui in agro eſt, non reuertatur in domum tollere tunicam, & qui in tecto eſt,*

cto est, non descendat in domum tollere aliquid de eâ. Hæc siquidem sunt celeritatis fugæ impedimenta: hinc & adiecit aliud de prægnantibus, & nutrientibus scilicet; quia illæ impedirentur fugâ sibi consulere, propter filiorum onera, quibus præmerentur. Vt res se habeat, siue de Antichristi temporibus, siue de credentium fugâ ex Iudæâ intelligas, insulsè Calculator, per sabbatum, magnum seculum vult esse intelligendum. Quis enim sanæ mentis homo non intelligat, dum ad hunc sensum trahitur littera, extorsionem esse manifestisimam? rectius B. Hieronym. in hunc locum. *Ne fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. Quia in altero,* inquit, *duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere. & in montibus desertisq́ latitare. In altero autem trangressio legis est, si fugere voluerint; aut mors imminens, si remanserint.*

Sabbatum non denotat magnũ seculum.

Ex dictis fit euidentisimum, absurdam esse hanc ratiocinationem: Deus ab operibus suis septimo die requieuit: Igitur in septimo annorum millenario, omnium rerum fiet interitus, & euersio. Sunt etenim huius requietis causæ, longè, vt ostendimus, certiores, ac firmiores.

Initio sua Chronol.

Hac coniectura vtebatur olim Rabbi Isaac vt superius dictum est, & vt videre est apud Genebrardum, ad probandum mundum sex annorum millibus esse duraturum: Sex dicebat Deus mundum diebus perfecit, septimo quieuit, *mille autem anni apud Deum, tanquam dies hesterna quæ præteriijt.* At ridicula sunt hæ coniec-

coniecturæ, ac omni fundamento vt ostensuri sumus destitutæ: nam quam firmus hic est discursus, mũdus creatus fuit sex dierũ spatio, ergo sex annorũ millib. duraturus est; quia Dauid ante oculos Dei mille annos dicit esse instar vnius diei? Illud à Dauide Propheta dictũ fuit vt Dei ter Opt. Max. æternitatẽ, ac stabilitatẽ exprimeret. Deinde per sex dies sex possũt intelligi ætates, vt cuiuis liquidò constat. Denique; per palã euadit, mundum cessaturũ, ac periturum, quando Christus viuos, ac mortuos iudicaturus adueniet, at tempus huiusce aduentus incompertum prorsus est: igitur, nec potest præcognosci quando huius mundi finis sit futurus. His etiam addi potest non prius mũdum finiturum, quam completus fuerit electorum numerus, cæterum illud tempus soli Deo cognitum esse quis addubitauerit? Non est igitur quod dicat Calculator sex dumtaxat millibus annorum mundum esse duraturum. Antithesi septima.

THESIS XVII.

Calcul. *Alijs etiam figuris clarè ostenditur seculi finem futurum in septimo annorum millenario: nam arca Noe requieuit mense septimo.*

Enochus homo septimus fuit translatus.

Angelus prædicit Esdræ seculum fore septem dierum.

Dixit Dominus ad Iosue: Circuite Iericho semel per diem, sic facietis sex diebus;

septima autem die muri corruerunt funditus ciuitatis. Et hoc contigit dum populus Israeliticus desertum egressus, iam terram promissionis occupare inciperet.

Exod. 24. *Moyses nube inuolutus fuit sex diebus, septimo vocatus est à Deo.*

Resp. Figura illa de arca Noe nullo negotio reijcitur: nec enim arca in omnibus suis circũstantijs sanctã repræsentat ecclesiam: sed in eo potissimũ Ecclesiæ typus est, quod sicut extra arcam *consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram:* ita extra ecclesiã nemini salutem contingere omnibus sanè sentientibus est cõpertissimum; equidem qui ecclesiæ ex contẽptu, quæ Christi corpus mysticũ est, obaudire non dignatur; etiã ipsius ecclesiæ caput fuisse deq; habeat necesse est. Hoc astruit veritas ipsa: *Qui vos audit me audit: Qui vos spernit me spernit*. In id quod asserimus propendet princeps Apostolorum Petrus. *Qui,* inquit, *increduli fuerãt aliquando, quando expectabant Dei patiẽtiam in diebus Noe cum fabricaretur arca, in quã pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquã. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma.* Ostendere quippè vult hoc loco Diuus Petrus, quod sicut tempore Noe ij, qui increduli permanserunt, nec pœnitentiam egerunt, neque se in arcam receperunt, aut spiritui per Noe prædicanti non crediderunt, aquis absorpti perierunt; ita qui nunc venienti ad

Gen. 1. — Extra ecclesiã nulli salus contingit. — Eph. 1. — Luc. 10. — 1. Petr. 3.

...ianos in carnē Christo non obtēperant, haud quaquā ad salutis portum enauigare possunt.

Sed quis nisi mentis lumine obcæcatus, non aduertat sensum quem elicit Calculator esse prorsus extortum? Equidem, vt vnum è multis in medium producam, D. Hieronymus in suo aduersus Luciferianos dialogo, de conuenientia arcæ cum Ecclesia doctè pertractans, ab hac Calculatoris sententiâ longissimè discedet. At B. Hieronym. loquentem audiamus. *Arca*, inquit, *Noe ecclesiæ typus fuit*. Et addit: *Vt in illa omnium animalium genera; ita* 1.
in hac vniuersarum & gentium & morum hominum sunt. Vt ibi pardus, & hœdi, lupus & agni, ita & 2.
hic iusti & peccatores, id est vasa aurea & argētea cum ligneis & fictilibus commorantur. Habuit 3.
arca nidos suos; habet ecclesia plurimas mansiones. Octo animæ hominum in arca Noe seruatæ 4.
sunt: & nobis Ecclesiastes iubet dare partem septem, dare partes octo, id est credere vtrique testamento. Ideò quidam psalmi pro octauâ inscribuntur: & per octonos versus qui singulis litteris subiecti sunt in 118. *Psalmo iustus eruditur.* Et paucis interpositis. *Emittitur*, inquit, 5.
de arca coruus, & non redijt, & postea pacem terræ columba nunciat: Ita & in baptismate ecclesiæ, teterrimo alite expulso, id est Diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus Sancti nunciat. 6.
A triginta cubitis incipiens, & vsque ad vnum cubitum paulatim decrescens arca construitur. Similiter & ecclesia multis gradibus consistēs, ad extremum Diaconus, Presbyteris, Episcopisque finitur. Periclita-

Conuenientia arcæ cum Ecclesia.

Cap. 11.

est arca in diluuio: periclitatur Ecclesia in mundo.
8. *Egressus Noe vineam plantauit & bibens de ea inebriatus est; natus quoque in carne Christus ecclesiã plantauit, & passus est. Nudatum patrem irrisit*
9. *maior filius, & minor texit: etenim crucifixum irriserunt iudæi, & honorauerunt gentiles.* Hæc ibi Hieron. qui cum exactè arcę sacramenta cum ecclesia componat, & allegorico etiam sensui adhæreat, nullam fabulæ huius, quam concinnat Calculator, mentionem facit, nec mirum: Ecquis enim non videat, quam futilis sit hæc connexio. Arca septimo mense requieuit: *ergo* finis mundi in septimo annorum millenario futurus est? quasi verò mensis pro mille annorum excursu sit computandus, imò nec pro anno sumũdus, vt paulò post docebimus. Per hunc igitur septenarium numerum vt SS.PP. communiter exponunt, requies tranquilla notatur, quæ nunc in spe promittitur, sed tandem in re pijs, & ijs qui contra violentos tribulationum, ac persecutionum fluctus tanquam petra firmi sunt ac solidi exhibebitur, ijs inquam qui tribulationibus non vincuntur, sed probantur: nam vbi certamina, ibi & brauia, vbi pugna ibi & corona.

Mensis pro mille annis non accipitur nec etiam pro anno.

Cur septimo mense arca quieuerit.

Secunda figura cõfutatur

Geneb in princ. sua Chronol.

Aliam figuram, seu potius coniecturam de translatione Henoch, vt vanissimam facile reiecerimus. Hac vtebatur Rabbi Isaac ad ostendendum mundum sex millibus annorum duraturum; (vt supra meminimus thesi 13.) nam sex primi parentes dicebat, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared mortui sunt; at septimus

mus Henoch viuus in cælum tráſlatus eſt. Igitur ſex annorum millenarijs exactis, quibus labor & mors viguerit, in ſeptimo quietis erit initium, & vitæ immortalis. Sic homines iſti lubricis coniecturis volunt futura, quæ ex Dei nutu dependent prænunciare. Rationem cur Henoch tranſlatus ſit, exprimit ſcriptura. *Henoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.* Tranſlatus eſt in paradiſum, non in cæleſtem, qui tunc non patebat, ſed terreſtrem, in quo poſitus fuit Adam, vt operaretur, & cuſtodiret eum, vt docent SS. PP. Eccl. 44.

At in quem finem tranſlatus? *Vt det gentibus pœnitentiam:* quid verò ſit dare pænitentiã plane ac dilucidè inſinuat ſcriptura, nempè: *præire eſt ante faciem Domini, & parare vias eius.* Vt de Sancto Ioanne Baptiſta ſcriptum legimus. Eſt inquam, mortales arguere, ad verum pœnitentiam excitare, inſtruere, monere. Henochi ſiquidem munus erit, gentes, quæ necdum militiæ Chriſti nomen dederũt, ad Chriſti admirabile lumen adducere. De hoc Tertul. lib. aduer. Iudæos. *Henoch, inquit, hominum non circumciſum, neque ſabbatizantem de hoc mundo Deus tranſtulit, qui necdum Deum guſtauit, vt æternitatis candidatus, iam tum oſtenderet, nos quoque ſine legis onere Moyſi, Deo placere.* Erit etiã Henoch futuri iudicij præco & nuncius: ſic aſſerit B. Iudas Apoſtolus in ſua Canonica. Igitur nunc prophetando, nunc terrendo, nunc promittendo, nunc ſuauiter

Quid ſit dare pænitentiã. Luc. 1.

uiter alliciendo, spem, metum, amorem, cordibus humanis ingenerabit. Iam causam translationis Henochi intelligimus & inferius vberius thesi 29. At sic Calculator: *Henoch hom. o septimus ab Adamo fuit translatus: Ergo finis mundi erit in septimo annorum millenario.* Non sequitur, quia tantum est argumentum ex sensu mystico, & proinde imbecillum: Deinde hæc figura ad finem, & consummationē mundi, non importat respectum. Adde quod diei iudicij certa scientia soli Deo reseruetur, nec vnquam scriptura illius nedum diem, sed nec mensem, annum vel seculum definiat, vt postea docebimus euidentissimè. Ad figurā illā ex prophetia Esdræ productam respōdemus, librū vnde sumpta est, apocryphum esse: At libri apocryphi infirmum ad ecclesiastica dogmata stabilienda subministrant argumentum, vt alias meminimus. Quam etiam ex Iosue adfert coniecturam paulò post exsufflabimus.

Figura de Esdra reijcitur.

Thesi. 9.

Quod Moyses tectus fuerit nube sex diebus, *& septimo sit vocatus à Deo*, non prænotatur inde, futuram mundi ruinam in septimo annorum millenario: sed vt doctè locum hunc Beda interpretatur. *Septimo die Moysen vocauit Deus ad altiora; quia post operum perfectionem, lex promittit æternam requiem. Et qui in altitudine rectæ rationis Domino assistimus, ad eius visionem & colloquium ascendamus, secundū illud: Eternam benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Syon. In hac etiam vitâ post actiuæ vitæ perfectionem, ad diuin*

Figura ex 24. Exodi sumpta diluitur

Cur Moyses sexti [septimo] mo die sit à Deo vocatus.

Psal. 83.

omnia speculationis gratiam quidam ascendunt: nimirum talem qualis & quanta dari potest mortalibus. Vnde de Moyse dictum est, quod *locutus sit Domino facie ad faciem : sicut homo cum amico suo*; de illo igitur specialiter intelligitur, quod sex diebus in monte, nube & gloria protectus; septimo ad altiora conscendit ad colloquium Dei vocatus; qui per opera, quæ à Deo acceperat, magis illustrari, & ab omnibus malis meruit obumbrari, vt ad sublimiora diuinæ visionis, & collocutionis dona eueheretur. Exod.33.

Sed hanc alia ratione euertamus coniecturam. Fatemur quidem in scripturâ inueniri, & rectè dici hebdomadas annorum, non tamen dies pro annis, vel menses annorum. Hebdomadas annorum legimus Leuit.25. *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, &c.* Et rectè quia hebdoma denominatur à numero sextenario, ἑβδομας siquidem græ è, latinè sonat septimana: sicut ergò septé dies dicuntur septimana dierum, ita septem anni hebdomada annorum. Hebdomas annorũ in scrip. reperitur.

At mensem annorũ, aut diem pro anno nusquam legimus; nec recte diceretur: nã mensis nõ denominatur à numero aliquo, sed à cursu lunæ, qui triginta dieb. absoluitur. Atq; hinc refellitur cõiectura illa nostri Calculat. in quâ mensẽ vult pro annorũ millenario accipiẽdũ. Mensis annorum non legitur.

Similiter dies nõ numerum, vt doctè adnotat Bellarminus lib.3. de Ro. Pontifice cap.8. sed tempus lucis significat. Genes. 1. *Vocauit* Dies pro anno non sumitur.

Deus lucem diem, & tenebras noctem: neç obstat
Cap. 4. illud Ezechielis: *Diem pro anno dedi tibi*; nam ad litteram non vult Propheta dicere pro diebus annos designari: Alioquin oporteret Ezechielem dormiuisse super latus suum sinistrum annos 390. quod est impossibile, cum constet eum in viuis non tam diu fuisse. Et S. Hiero. in cap. I. Ozeæ, negat hoc rerum naturam pati, vt quisquã hominum per 390. dies in vno semper latere dormiat, ac proinde hoc non reipsa, sed prophetica visione contigisse censendum est. Iusserat Dominus dormiret super latus sinistrum annos 390. Et super dextrum 40. dies.

Et addidit. *Diem pro anno dedi tibi*; Dies itaque ibi sumuntur verè pro diebus, sed dati dicuntur pro annis; quia 390. dies quibus Ezechiel iussus est dormire super latus suum sinistrum, significabant ac præfigurabãt illos 390 annos, quibus Israelitæ in peccatis & captiuitate velut consopiti iacere debebant: tot enim annos esse à Phacee filio Romeliæ ad extremũ Assueri, S. Hieronymus membratim per tempora demonstrat. Quare hoc vnico responso omnes calculatoris coniecturæ, in quibus diẽ pro mille annis vsurpandum existimat refelluntur.

THESIS XVIII.

Deut. 16. Calcul. *Septem hebdomadæ datæ sunt populo Israelitico ad metendum, quæ magna septem secula signant.*

Septem

Septem etiam erant anni, & eorum vltimus erat annus remissionis. Deut. 15.

Septem denique tubæ & septem sigilla in Apocalypsi hoc ipsum repræsentant. Apoc. 6. Apoc. 8.

Resp. Hæc figura ex Deut. cap. 16. minimè Calculatoris seruit instituto. Dicitur ibi: *septē hebdomadas numerabis tibi ab eo die, quâ falcem in segetem miseris, & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini tui, &c.* Quod de pentecostes solemnitate intelligendum esse, quæ celebrabatur quinquagesimo die à solemnitate paschæ, consentiunt, & conspirant omnes DD. amicè, & hoc est quod dicitur: *septem hebdomadas numerabis tibi*, quæ faciunt & complent numerum 49. dierum. Additur *à primâ die, qua falcem in segetem miseris*, id est à die paschæ, non quod tunc messis inciperet; sed quia tunc secabantur spicæ, quæ maiorem ostentabant maturitatem. Porro his septem hebdomadibus finitis & completis, celebrabatur festum Pentecostes, & erat quinquagesima dies à festo paschæ, vt dictum est. Quamobrem hæc figura non septem magna secula (vt somniat Calculator) sed solemnem illum diem, in quo diui nus spiritus in linguarum specie super Apostolos insedit, exprimit. Celebrabatur autem dies ille quinquagesimus, in recordationem legis acceptæ à Deo, quinquagesimo die ab egressu ex AEgypto; atque ideo eodem die oportuit des-

Cūpletis septēHebdomadibus à festo paschæ erat pentecoste.

Pentecoste Vet. legis typus fuit nostræ.

Ratio institutionis pentecostes.

descenderet spiritus sanctus in Apostolos, qui nouam legem, priori illa significatam, per vniuersum orbem terræ erant diffusuri. Tunc segetes metere incipiebant, & cum missus est spiritus sanctus, iam tempus erat, vt Apostoli qui prius iussi fuerant *leuare oculos suos, & respicere regiones iam albas ad messem, falces mitterent*, vt ait Chryso. *& frumenta in horreum Dominicum inferrent*. Porrò quinquagenarius numerus, perfectæ pænitentiæ est, (teste Diuo Hieronymo) & hoc Psalmus 50. ostendit, qui præcipuus inter eos est, qui pœnitentiæ congruunt sicut & annus quinquagesimus Iubilæi, quo omnia debita remittebantur, vt habetur Leuitici vigesimo quinto.

Ioan.4.

In cap.2. Act.

Numerus quinquagenarius est perfectæ pæni tentiæ.

Initio l. 2. in Isaiã.

Sed quis non Calculatorem ineptire dicat? quis vnquam hebdomadam, cum dicatur dumtaxat de diebus, vel annis, aut rebus alijs, quæ numero septenario concluduntur, pro annorum millenario vsurpandam afferat? sic se tortuositate implicat, & dum veritatem euertere laborat, noua semper mendacia regurgitat.

Hebdomas non sumitur pro anno rum millenario.

Etiam perperam septem magna sæcula per septem annos, quorum vltimus erat remissionis, intelligit: nam fit septenarij numeri passim mentio in scripturis, eo quod annus septimus apud Hebræos fuerit sacer Leuitici vigesimoquinto. *Sex annis feres agrum tuum, &c.* Et sequitur: *Septimo autem anno sabba-*

Figùra de anno remissionis exploditur.

Ann' septimus an n' requie tionis Domini.

[illegible]atum erit terræ requietionis Domini, agrum [illegible]feres, & vineam non putabis. Deinde an[illegible] septimo serui hebræi manumittebantur, Exod. 21. *Si emeris seruum hebræum, sex annis [illegible] tibi, in septimo egredietur liber gratis.* Præterea omnia debita anno septimo remittebantur, Deuteron. 15. *Septimo anno facies [illegible]sionem, &c.* Quod ad sacra attinet, in se[illegible] anno liber Deuteronomij legi iubeba[illegible] Deuteronomij trigesimo primo. At quid [illegible] septimus iste annus, qui libertatis & re[illegible]sionis est, & *sabbatum terræ* dicitur, desig[illegible], nisi requiem illam beatam, quâ in cœlo [illegible] Christo perfruemur, in qua vera libertas [illegible] & remissio, & quies iucundissima? sex an[illegible] serere agrum nostrum, & plantare vi[illegible], & colligere fructus qui ex ea nascun[illegible] possumus, dum siquidem in hac vita, & [illegible]ura hac visibili sumus, (quam sex die[illegible] numerus rectè sig[illegible]cat: quia sex die[illegible] constituta sunt, quæ videntur omnia;) [illegible] colendus est cordis nostri, orationi[illegible], meditationibus, doctrinâ: Anima [illegible] ad instar vineæ putanda est, quod fit [illegible] vitiorum vepres præscindimus, eijci[illegible] ac euellimus. Eodem anno seruus Hebræus gratis liber egreditur; seruus Hebræus quid quæso est nisi corpus iusti, quod fidelem animæ nauat operam, & transire etiam [illegible] in gloriam filiorum Dei? (Hebræus [illegible]que a transeundo dicitur) quod fiet, dum

Anno septimo serui Hebræi manumittebantur.

Annus septimus erat remissionis

Anno septimo liber Deuter. legebatur.

Anagogice septimus annus requiem signat æternam.

Quomodo ager cordis sit colendus.

Quid seruus Hebræus.

Hebræus vnde dicatur.

dum mortui omnes ad vitam excitabuntur, & boni parta victoria mercede donabũtur æterna: mali verò inertes & ignaui flammis multabuntur sempiternis.

Eodem etiam anno debita remittuntur: quia consors beatitudinis esse non potest, qui debiti alicuius fuerit particeps. Liber Deuteronom. eodem anno legitur; quia, qui in hac vita ad supernæ vitæ amorem, laxato mentis sinu dilatantur, ac in lege Dei, die ac nocte meditãtur, gaudio indicibili, ac sempiterno complebuntur. Cæterum, vt annus septimus, sic & mensis, & dies septimus sacri fuere Hebræis: mensis septimus sacer fuit, quia in eo quatuor Hebræi solemnitates habuêre. Prima fuit Tubarum Leuit. 22. *Mense septimo, prima dies mensis erit vobis, sabbatum memoriale clangentibus tubis, &c.* Secunda expiationis decimo die mensis decimi: Leuit. 13. Tertia tabernaculorum seu scenopegiæ, à quinto decimo die mensis septimi septem diebus.

Mensis & dies septimus apud Hebræos perfectione celebris.

Quarta & vltima festum cœtus atque collectæ, quod celebre erat octauo die mensis eiusdem. Leuit. 24.

De septimo die planum est, erat enim dies septimus sabbatum, de quo sic in Leuit: *Sex diebus facietis opus; dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus, omne opus non facietis in eo:* Nam vt habetur in Genesi: *Et benedixit diei septimo & sanctificauit illum.* Quæ benedictio potest referri ad diem septimum, vel ad res in die septimo existentes, si ad secundum sensus

Cap. 23.

Cap. 2.

Quomodo dicitur Deus benedixisse diei septimo.

fusus est: benedixit, id est, multiplicauit, non creando, vel producendo; sed perficiendo, vel conseruando in generationibus, & actionibus suis. Si ad priorem sensus est; quod in die septima incepit tradere rebus vniuersaliter benedictionem suam, hoc est multiplicationem: & sanctificauit, id est cultui suo applicuit & dedicauit. Alia causa insinuatur Deut. 5. *Memento quod & ipse seruieris in AEgypto.* Et subditur. *Idcirco praecepit tibi, vt seruares diem sabbathi*: cum enim Filij Israel in AEgypto durâ premerentur seruitute, non dabatur tempus, quo cultui vacarent diuino, & ab opere feriarentur: voluit ergo Dominus Deus in memoriam ereptionis ab illa tyrannide sabbatum sacrum haberent. Alia quoque causa signatur. Exod. 31. Namque exprimitur Iudaicum populum adeò electum, & specialiter diuino cultui applicatum, vnde voluit quieto hoc cultu profiterentur se populum esse à Deo sanctificatum. Hinc ad mores referendo intelligimus, per sabbatum populum Deo dicatum, à peccato mortalibus immunem esse debere; est siqui dem seruile opus, sese vitiorum sordibus adstringere. Adhæc quia septem diebus voluitur tempus hoc vniuersum, per laborem sex dierum, quibus Deus omnia creauit, labor huius vitæ intelligitur: in sabbato autem, quod sex diebus succedit, sensu anagogico requies æterna, vt diximus, beatorum significatur.

Quomodo dicitur Deus sanctificasse sabbatū.

Triplex causa institutionis sabbati.

Sabbato denotatur sanctitas qua debet præful gere Christiani.

Opus seruile est peccare.

Octonarius numerus euangelicæ perfectioni conuenit.

Verumenimuero, vt septenarius numerus legi, sic octonarius euangelicæ perfectioni con-

congruit. Iudæi septimum diem, Christiani octauum diuinis laudibus consecramus: numerus ergò octonarius resurrectioni conuenit. Hinc Abraham octauo die filium suum Isaac circumcidit, quo omnis corruptionis ablatio prænotabatur, per Christum facienda; at perfectè complebitur in octaua mundi ætate, quæ est resurgentium ætas. Fuit namque prima ætas ab Adam vsque ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abraham. Tertia ab hoc vsque ad Dauid. Quarta ab hoc vsque ad transmigrationem Babylonis. Quinta inde vsque ad Christum. Sexta vsque ad finem mundi. Septima est ætas dormientium. Octaua est ætas resurgentium. Hinc anno octauo, & octauo mense consummatum est templum in omni opere suo, & in omnibus vtensilibus suis, quia cum vniuersus numerus electorum expletus fuerit, illique virtutum ornamentis cõcinnati fuerint, in die iudicii vniuersa ecclesia electorum, in cœlum transferetur, æternâ Dei sui visione perfruenda. Hinc etiam Saluator noster octauo die, id est, post septimam Sabbati, resumpto corpore rediuiuus apparuit, ac eam ob causam Dominica prima Sabbati, ac vna Sabbati est appellata; quo instruimur, quod & nos post sex huius seculi ætates, & septimam sabbati, id est, quietem animarum, quę interim in alia vita geritur, quasi octauo tempore resurgemus, omnibus carnalis concupiscentiæ corruptionibus & vitijs expoliati, corporaque nostra stola donabuntur immortalitatis.

Gen. 17.

Sex mũdi ætates.

Templũ Ierosolymitanum anno octauo & mense octauo cõpletũ est, & perfectum.

Hanc

Hanc vocat resurrectionem secundam B. Apost. c. 20. in sua apoc. vt à prima discernatur, quae ad gratiam & gloriam pertinet animaru: licet enim iustorum corpora mortua sint, animae tamen eorum viuunt per gratiam & gloriam, in qua nunc fœlices exultant.

Ex his satis patet quam insulsa sit Calculatoris opinio, non enim septem illi anni, de quibus in Deut. magna septem sęcula pręnunciant, sed sex deputandos labori, septimum verò quieti consecrandum edocent. Errat quoque toto cœlo & terrâ, dum arbitratur septem sigilla, de quibus in Apoc. quae librum obsignant, & ne legatur praepediunt, typum gerere septem magnorum, quae vocat seculorum. Liber enim ille quem complures diuinam scripturam interpretantur, sigillatus dicitur sigillis septem; quia septiformis spiritus intelligentia reconditur; vt hinc discas, quod vani sint, qui sine diuini spiritus collustratione illum posse aperire sibi persuadent, talesque meritò exsibilat praeclarum Ecclesiae lumen Diuus Hieronymus: quam inquit *hodie se putant scire litteras, tenent librum signatum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Sunt & qui per librum hunc Iesum Christum, & per septem signacula quibus occluditur, septem nostrae reparationis mysteria, scilicet incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, diuini spiritus missionis, ac ad extre-

Figura de 7 sigillis cōfutatur. *Apoc. 6.*

Variae de libro sigillato opiniones.

In prologo bibl. c. 5.

extremum eiusdem Christi iudicium aduentus, existimant significari.

Alij augustissimum Eucharistiæ sacramentum, nonnulli ecclesiam, & licet piæ sint hæ & similes expositiones, perlubens tamen illi quam in hunc locum habet Ribera, subscribo, quod maximè litterę videatur conformis: Dicit ergo septem sigilla, septem temporum articulos esse, aut septem tempora à Deo pręstituta, in quorum quoque id faciendum est, quod in illo Ioannes vaticinatur, & in quibus persecutiones sanctorum ante Antichristi aduentum futuræ, & quasi in lucem proditurę sunt. Et quoniam oportet hæc fieri, antequam veniat filius ille perditionis, cuius tyrannis & violentia, & persecutio in libro scriptæ sunt, hæc tempora, impediunt, ne liber legatur, id est, ne videantur, quę in illo scripta sunt, atque hinc iure optimo signacula seu sigilla vocantur. *Liber autē nihil est aliud, inquit, quam diuinæ prouidentiæ consilium, & præfinitio quâ apud se statuit, aut permittere decreuit, quæ tempore Antichristi futura sunt.* Hæc ille.

Septem sigilla, septem sunt temporū articuli.

Vt vt sit nullâ ratione, per hæc septem sigilla possunt figurari septem magna secula, & omni euidentia euidentius est, Calculatores prorsùs hac figura abuti, quæ siquidem conuentio septem sigillorum cum septem magnis seculis? Sanè hoc principali solicitudine conseruandum est, vt sacris voluminibus exponendis, illos sensus adhibere curemus, qui non ab ipsorum locorum veritate resiliant, qui possint

...nus autoris animum intentione ſobriâ pe-
...antes, ſalubriter proferant, & qui fidei re-
...lis cooptati, conſona ſemper veritati reſpõ-
...eant. Licet ergò hæc ſeptem ſigilla probabili-
... ſeptem articulos, aut partes tẽporis deno-
... nihilominus quanto tempore decurrant,
... hominum ſcire ſe poſſe aſſerat?

Quàm etiam ineptè ſeptem illas tubas, de quibus Apoc. 8. ſic ſcribitur. *Et vidi ſeptem An-gelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt eis ſe-ptem tubæ*; ſua magna ſecula præſignare putet, ...inc planum fit, quod per has prædicato-... vniuerſitas, ſeptemplici Spiritus ſancti ...o inſignitorum, omnium ferè DD. con-... intelligatur. Ad eum modum quo B. ...or de 7 filijs Iob loquitur, in illud: *Nati ... ei ſeptem filij. In ſeptem filijs*, inquit, *ordo præ-...orum, in hominibus verò filiabus multitudo ...rum exprimitur.* Septem enim tubæ ſum-... prædicandi poteſtatem & curam ipſis ...dicatoribus creditam præſeferunt. Et me-... ſeptem, quod illorum ſit ſeptem capitalia ...euellere, ac in eorũ locum ſeptẽ virtutes ...re, iuxta illud: *Vt euellas, & deſtruas, & di-...as, & diſſipes, ædifices, & plantes.* Virtutes ...multæ, tres ſunt Theologicæ, & cardina-... quatuor Hæ ſunt ſeptem tubæ, quibus clã-...ibus corruerunt muri Ierichontini, om-... nimirum mundi munitio.

Tubæ 7. non præſignant 7. magna ſecula.

i *Moral. cap.* 12.

Septẽ tubæ prædicatorũ ordinem ſignant.

Iere. 1.

Sed cur ſeptem? quia cum omne tempus ...tem diebus comprehendatur, rectè ſepte-...rio numero vniuerſitas deſignatur. Ac ger-

Vsus tubarum apud Iudæos.

m nam esse hanc loci illius apocalipseos expositionem, ex vsu tubarum, quibus Iudæi vtebantur, fiet euidentius. Mos hebræorum erat vt cum populus erat conuocandus, , et que res magni momenti proclamanda, tuba ex eminenti loco personaret. Hosiæ 8. *In gutture tuo sit tuba*. Isa. 58. *Quasi tuba exalta vocem tuam*, In solemnitatibus etiam tuba vtebantur, vt omnes in templum conuenirent.

Psal. 80.

Buccinate in neomenia tuba. Tubâ milites ad pugnam excitabantur. Hinc Ambrosius, *Tuba ad pugnandum milites prouocare solet, similiter & nos sermo Dei ad pugnandum contra Diabolum atque vincendum incitare non desinit*. Quod etiam per tubam prædicandi potestas significetur, passim edocent scripturę. Numer. 20. *Filij Aaron sacerdotis clangent tubis*. Item *canite tuba in Syon*. Et varijs in locis scripturæ idem concinitur: nec poteſt noster Calculator per aliam scripturam sensum hunc quem intendit elicere: videlicet per tubam magnum adsignificari seculum. Quæ cum ita se habeant, manifestissimum est coniecturas has futiles, ac nullius planè roboris esse: neque enim scopum ipsius attingunt, & DD. expositioni sensus, quem ex ijs extorquet, prorsus reclamat. Præterea illæ siue vniuersaliter, siue specialiter accipiantur, nec portendunt, nec tanquam figuræ in septimo annorum millenario futurum mundi exterminium enuntiant: nam nullum ad finem mundi importan respectum, cum tamen res per figuram expressa,

Omnes istæ Calculatoris cōiecturæ retundūtur.

[...]a, ipsius figuræ causa sit & terminus. Et [...] hæ figuræ, signa sint voluntaria, non ex [vo]luntate hominum, sed Dei, euidens est [ne]minem posse eorum significationem pene[tra]re nisi patefacta fuerit Dei voluntas hæc [sig]na instituentis; constat autem Deū hæc nō [ord]inasse ad premonstrandum tempus futu[ræ co]nsummationis, cum dicat nobis non ex[pedir]e illud scire: non igitur hæc signa ordi[nan]tur ad consummationem seculi, cum [de]beat esse occulta eius dies, signa verò ordi[nan]tur ad manifestationem rei cuius sunt sig[na]. Sed vt semel dicam, ex omnibus istis con[iect]uris firmius non potest erui argumentum, [qua]m ex sensu mystico, quod quam sit infir[mu]m, dicetur posterius.

THESIS XIX.

Calcul. *Futurum in septimo millenario rerum omnium exterminiū, hisce quoque Prophetijs confirmatur. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctā tua, vt consummetur præuaricatio, & finē accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & compleatur visio, & Prophetia, & vngatur sanctus sanctorum,* Daniel.9.

&c. His Danielem verbis compellab[it] Gabriel. Per septuaginta istas hebdom[a]das, septuaginta parua secula, seu qu[od] in idem recidit, septem magna secu[la] sunt intelligenda: igitur in hoc septim[o] annorum millenario abbreuiabunt[ur] dies. Hæc Calculator.

Respondeo. In tribus hic aberrat, quæ, & ip[si] scripturæ, & D D. auctoritati aduersantur. Primum, quod existimet has hebdomad[as] necdum completas esse, sed in secundo Chri[sti] aduentu ad iudicium complendas. Secundu[m] est, quod hebdomadam pro paruo seculo a[c]cipiat. Tertium quod arbitretur has hebd[o]madas esse abbreuiandas. Hęc tria paucis exp[e]diemus, & veritati dissona comprobabimu[s].

Hæ Danielis Hebdomadæ iam sunt completę.

Imprimis quomodocumq; computētur a[nni] certum est & euidens, tempus illud dudu[m] præterijsse, & omnia illa esse completa: na[m] quamuis posteriores Iudæi negent hic prophetam loqui de Messiâ, reuincuntur tam[en] ex ipso textu iam allegato, qui sic habet: *V[t] consummetur præuaricatio, & finem accipiat pecca[tum].* Hæc non pertinent ad promissiones tē[m]porales, & minus in purum quadrant homin[em]; Christo autē mirificè congruunt: ipse siquid[em] est *sanctus sanctorū*, de quo Baronius: *Regno,* i[n]quit, *ac sacerdotio Iudæorum collapso, & fundit[us] euerso, quid aliud restabat, nisi vt sanctus sanct[o]rum vngeretur?* Hic est qui vnctus est *oleo lætit[iæ]* p[ræ]

In apparatu ad Annal. eccles.

Psal. 44.

...ortibus suis, qui factus est omnibus in se cre... iustitia, sanctificatio & redemptio. Quin 1. Cor. 1.
...illud: *Vt impleatur seu signetur visio & prophe-*
... completam iam esse constat: nam, vt rectè
...nt Chrys. & Tertullianus: Ante Christum Chrys.
...tes erant prophetiæ, quę omnes ipsum oratione
...bant Christum; post Christum verò 2. contra
...quæ impletæ sunt, & nouæ cessarunt. Iudæos
...enim propheta & lex vsque ad Ioannem Tert. lib. 2
...auerunt. His consonat regula illa D. cap. 8.
... *Omnia,* inquit, *quæ scripta sunt in sacris* Prophetię post Christum cessarunt.
..., ad Christum referuntur. Denique quæ
...e Christi & desolatione Iudæorum i- Matth. 11.
... additur, omnia Christo Domino pul- In Psal. 71
...nè adaptantur, nec alteri possunt accō- Regula Augustini
...ri. De desolatione quidem Iudæorum
... loquitur Daniel: *Ciuitatem,* inquit, *&*
...um dissipabit populus cum Duce venturo,
...eius vastitas, & post finem belli statuta de-
... Populus namque Iudaicus, vt Baronius Anno
...it, alij licet Romanum intelligant, in se- Christi 72
... arma conuertens, cæde & incendio per-
... ciuitatem; quam Titus dux exercitus, so-
...us adæquauit, ita vt fieret planè vasti-
... desolatio.

...quid de his septimanis sentiat D. Aug. Epist. 80.
...us. *Tota quæstio est,* inquit, *vtrum Dani-* ad Hes.
...omades primo aduentu Domini impletæ
...nem seculi prophetauerint, an ad vtrumque
...: neque enim qui etiam hoc saperent de-
..., dicentes tempore primi aduentus Christi
...pletas, & inde ad finem seculi totidem rur-

sus esse complendas. Equidem video, quod si primus eas non compleuit aduentus, necesse est vt eas compleat secundus, quia prophetia illa nō potest esse falsa quæ si tempore primi aduentus completa est non cogit intelligi, quod etiam de fine seculi implebitur. Et post pauca: *Relinquitur itaq;, vt qui vult cogere istam prophetiam credi seculi fine complendam, contendat quantū potest, & ostēdat si potest, primo aduentu Domini non fuisse completam, contra tot expositores diuinorum eloquiorum, qui hoc non solum computatione temporū, verum etiā rebus ipsis completā esse demonstrāt, maximè quod ibi scriptum est: Et vngetur sanctus sanctorum; vel propter quod in eadē prophetia hebræi codices expreßius habent: Occidetur Christus, & non erit eius, id est, non erit eius ciuitatis: quoniam sic alienatus est à iudæis, qui eum propterea saluatorem redemptoremq; suū noluisse crediderunt, quia occidere potuerunt: neq; enim in fine seculi vngendus, aut occidendus est Christus, vt ista prophetia Danielis tunc expectetur implenda, quæ nondum creditur impleta.* Plura in hanc sententiam ibidem congerit Augu. quibus clarè colligitur, quod in eorum sententiam propendeat, qui has septimanas iam esse completas asseuerant. Ibidem attestatur, quod Sanctus Hieronymus presbyterum quendam reprehenderit, cō quod ausus est Danielis hebdomadas de aduentu Christi futuro, non de præterito exponere, nec sane immeritò: namque Gabriel prædixit euentura ex hisce septuaginta hebdomadis; videlicet cessatura Iudæorum sacrificia, desolandam vrbe-

[illegible]m & templum, sine vlla refectionis & reparationis eorum spe, denique ipsos Iudæos captiuosam miseramque seruitutem perpetuò seruituros. Hæc, inquam, euenerunt & completa sunt ex eo tempore, quo Iudæi à Tito Romano Imperatore debellati, & Ierosolyma capta, incensa, dirutaque fuit.

Secundum in quo hallucinatur Calculator, diluamus. Per septuaginta hebdomadas, septuaginta parua secula vult esse intelligenda. At insulsè prorsus; nec enim in scripturâ hebdomas eiusmodi inuenitur, quæ centum contineat annos, nec ipsi Iudæi talem vnquam finxerunt. Doctè Lyranus: *Aliqui*, ait, *dixerunt, quod hic septena, vel hebdomada sit iubileorum, quarum qualibet continet quinquaginta annos. Alij quod hic accipiatur hebdomada centenariorum, quarum qualibet continet centum annos. [illegible] vtrumque istorum falsum est. Primò, quia [illegible] non esset ablatum sacrificium, & hostia de [Ieru]salem, nec ciuitas Ierusalem destructa per [illegible] populi Romani: nec enim illæ hebdomadæ [adh]uc essent impletæ, contrarium autem manifestè [app]aret verum, cum ante istas multis temporibus [ciui]tas Ierusalem destructa sit per Romanos, & [per] consequens sacrificium ablatum, hostia & oblatio: nec enim licitum est Iudæis talia alibi offerre. Secundò, quia nunquam inuenitur in scriptura hebdomada Iubileorũ vel centenariorum, sed hebdomada dierum, vt Leuitici 23. vbi agitur de [fes]to Pentecostes: Et hebdomada annorum* Leui-

Per 70. hebdomadas nõ intelliguntur 70. parua secula.

In cap. 9. Daniel.

Nõ inuenitur in scriptura hebdoma Iubilæorum vel centenariorũ.

...Christus veniret, quam cõstitutum fu- cus inuolutus est & ...it, sic enim quidam teste August. & Hiero- multis ...mo in 24. cap. Matth. dixerunt, applican- obstructus difficultatibus. ...illud *Propter miseriam inopum & gemitum* ...*nunc exurgam dicit Dominus*, pro suæ Quomodo dicantur istæ hebdomadæ abbreuiandæ ...nis confirmatione, sed id insçienter & ...: Nam hæc mutatio decreti & volunta- ...æ nullam ex scripturâ, traditione vel ...m sentétiâ fidem habet, nec solet diuina *Epistola 80. ad Hesy.* ..., statum cæli, ordinem ac motum im *Psal. 11.* ...re. Dicuntur ergo hebdomades abbreui- ... quia post vrbis Ierusalem reparationem, ... ad Messiam paucæ hebdomades futuræ ...t, vt idẽ sit abbreuiare hebdomades, quod ...as constituere: vel abbreuiatæ sunt, id est, à Deo definitę & determinatę. Vates enim hic ...nus vna cum peccato necis Christi, præ- ... etiam istius peccati supplicium, quod ... destructio Ierusalem, cum templo, & v- ...que rei assignat tempus, septuaginta septi- ...arum: nobis autem constat & euidens est ... supplicium euenisse circa finem prædicta- ... septimanarum, quæ vt iam diximus, *70. septimanæ cõplent annos 490.* ...ringentos nonaginta annos complent; ... enim exercitus Romanus ciuitatem & ...um euertit, anno scilicet secũdum quos- ..., post Christum quadragesimo, vel secun- ... alios quadragesimo secundo, aut secun- ... Baronium trigesimo octauo.

...m desinat Iudaisare Calculator, non di- ... prophetiam necdum esse completam; ... Hebræorum Rabbini videntes se hac

prophetia plurimum arctari (hinc enim manifestissimè Messię probatur aduentus) aliud genus hebdomadum commenti sunt, aliamque rationem annorum iniuerunt.

. THESIS XX.

Hester 11. Calcul. *Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis nisan, vidit somnium Mardochæus, filius Iairi,* Et paulò post: *Et hoc eius somnium fuit. Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & conturbatio super terram: Et ecce duo dracones magni, paratiq; cōtra se in prælium; ad quarum clamorem cuncta concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem Iustorum: fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terram. Conturbataq; est gens Iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortē. Clamaueruntq; ad Deum: & illis clamantibus fons paruus creuit in fluuium magnum, & in aquas plurimas redundauit.*

Resp. Per Draconem istum Calc. vult Antichristum cum suis præcursoribus significari, & quia hoc somnium contigit anno secundo Regis Artaxerxis, mundi *consummatio fiet,* ait, *anno secundo, id est, secundo anno tum millenario Regis ter Opt. Max. Christi scilicet.* Sed quam infirmum sit hoc commētum, quo suas vult nu-

... btrudere, indigitabimus luculenter. Impu... is in cap. 7. Hester, in additione ad postillam sic habes: *quod in hoc libro cõtinetur post decimum caput, non est de libris canonicis, nec recipitur ab Hebræis.** Sed esto sit de libris canonicis, quis adeo ... cutit, qui connexioné, quã facit, nõ ridiculã imò penitus extortã videat? *Anno*, inquit, *secundo Artaxerxis maximi, apparuerunt voces, dracones duo, &c. Ergo secundo annorum millenario à Christo nato conteret omnia Deus & cõsummabit.* at quis Calculatori suggessit annum hic pro annorũ millenario accipi. Expositum habetur ibidẽ hoc somniũ: non est igitur quod ... endis his deliramentis tẽpus insumamus; ... huius sõnij interpretatio sic cap. 10. proponitur: *Duo autẽ Dracones ego sum*, ait Mardochæus, *& Haman. Gentes quæ conuenerant ij sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea Israel est quæ clamauit ad Dominum.* Et bene dracones dicũtur: nã vetus Regũ hieroglyphicũ symbolum fuit draco; duo aũt isti apud ... é principé locũ tenebant, & ideò draconũ ... alum notati. Quin & Persæ ferociores, & instructiores milites, draconum nomine ... tant (teste Ruperto.) Draco erat Haman, propter diabolum, serpentem antiquum, vel ... iter habitantem in pectore Haman.

**Liber iste totus approbatur à Cõc. Trid. non sunt ergo postrema cap reijcienda.*

Expositio huius somnij.

Persæ milites strenuos & inconcussos dracones appellant. Lib. 8 de vict c. 8.

Porro Mardochæus draco non re vera, sed ... orum scilicet eiusdem Haman & complicũ eius, accusatione falsâ dicentiũ, quod gens Iudaicũ sediciosũ esset, & regno insidiosu. *Fons initio paruus*, & tandem ingentem ex se ... effutiens Hester erat. Sic. n. c. 10. ibidem

Draco Aman & Mardochæus.

Hester fons erat.

exponitur: *Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit, Hester est, quam Rex accepit vxorem, & voluit esse Reginam.* Meritò fons, cuius aquis ingēs excitatum incendium erat restinguendum: defluentibus lachrymis, numen propitiandum: abundantiâ scaturiente, amnis effundendus, quo impiæ hominum acies demergendæ, penitusq; erant obruendæ; tunc equidem *cunctæ concitatæ erāt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum.*

Summa historiæ huius. Verū vt sensus spiritualis melius colligatur, vidēdus litteralis. Narrat hęc historia, quomodo à Rege Assuero, per falsā suggestionē Haman proditoris, lata fuit sententia condemnationis, & interfectionis totius populi Iudaici in regno suo existentis: at per Reginam Hester fuit reuocata, scilicet per eius intercesionem, per virgæ aureæ extensionem, & osculū summitatis eiusdem; nec solum sententia fuit reuocata, imò ipsa reuocatio per veredarios ad hoc specialiter missos fuit promulgata.

Mysticæ historiæ huius expositio. Veritas igitur respondens huic figuræ hæc est: Per peccatum primorum parētum, per falsam suggestionem Haman proditoris perpetratam, à Rege Assuero, id est Deo, sententia damnationis totius generis humani fuit lata Genesis 2. *In quacumque die comederis ex eo morte morieris.* Hæc sententia per nuncios, scilicet prophetas erat promulgata: Iam dies erat assignata, statim enim cum moriebatur homo ad inferos descendebat. Sed per Hester Reginā id est,

id est, Virginem beatam, fuit reuocata: nempe per eius intercessionem, per virgæ aureę extésionem, & osculum summitatis eiusdem. Hanc virgam Deus pater nobis extendit, quando ex charitate maxima, quam habuit erga nos, filiū suum, cruci & passioni exposuit. Summitatem eius virgæ B. Virgo tetigit, quando filium Dei in vtero concepit; & postmodum peperit. Et per veredarios ad hoc specialiter missos, id est Apostolos, reuocatio fuit promulgata. Et suspensus est Haman, quia dictū est, *nunc Princeps huius mundi eÿcietur foras*. Hinc Ouidius. *Ne que enim lex est iustior vlla Quam necis artifices arte perire sua*. Sic Perillus suo in tauro tristem primus apud Phalaridem edidit mugitum.

Ioan.12.

Lib.1.de arte amandi.

Quin & per Mardochæum Christus potest præfigurari: draco enim draconem deuorat. Alij aliter hæc exponunt, ac varias mysticas, sed tamen congruentes interpretationes adferunt, quas, ne longius abeamus, omittimus.

A nobis igitur hæc dicuntur, vt ostendamus hanc prophetiam minimè Calculatoris instituto deseruire, & quam pulchrè litteralis sensus in textu expositus cum spirituali à nobis allato conueniat, & è contrario quam repugnet sensui à Calculatore extorto, fiat euidentius. Et quia hæc coniectura ex sensu mystico eruitur, quantum habeat roboris dicetur postea luculentius.

THE-

THESIS XXI.

Apo. 17. Calcul. *Bestia coccinea super quam mulier sedit, habebat capita septem, & cornua decem, & paulò post: Dixit Angelus septem capita septem montes sunt, supra quos mulier sedet, & septem Reges, quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit, & cum venerit, oportet illum breue tempus manere.*

Septē capita sunt secundum Calcul. 7. imperia, vel 7. terræ partes.

Resp. Calculat. expositio hæc est: *Septem capita sunt septem imperia. in quibus serui Dei summis fuerunt calamitatibus, angustijs, persecutionibus oppreßi; nimirū regnū Aegyptiorū, Israelitarū, Babyloniorū Persarū, & Medorū, Macedonū seu Græcorū, Romanorū, & omniū postremū Antichristi.* sed quanā ratione in has monarchias verba Ioannis conuenient: *Quinq; ceciderunt: vnus est: alius nondū venit?* ideò corrigit se, & addit: *Vel melius,* inquit, *si ceexposueris: per septē bestiæ capita septem terræ partes denotātur, per septē Reges septem regna, siue septem magna secula exprimuntur; Quinq; iā ceciderāt dum S. Ioan. hæc prophetabat, nempè quinq; priora magna secula, & sextū aduenerat, & septimū nondū erat, sed venturū erat, & erat abbreuiandum, & hoc est in quo iam viuimus.* Hæc Calc. Quibus vult nos iā esse in septimo annorum millenario, illūq; esse abbreuiandū.

Septē Reges, non sunt typus 7. magnorum seculorum.

In eo prorsus errore ducitur, quod per septem Reges, septem magna secula, velit esse intelligenda, præsertim cum septē isti Reges seu regna, nullū planè ordinē, vel respectū ad futurā mundi consummationē importent, nec

nullam possint, vt luce clarius patet, nisi violentissimè, atque ineptissimè detorqueri.

Præterea septenarius numerus hic, vt in scripturis frequentissimè, vniuersitatē exprimit, eò quod septem dierum circulo tempus vniuersum effluat. Ita orthodoxi PP. Si igitur hoc in loco numerus certus pro incerto & indeterminato ponitur, quando septem sua magna colliget secula Calculator? per septē ergo capita, montes siue Reges (pro eodē siquidē hæc accipiuntur: montes ob animi elationē nō inepte vocantur: capita propter supremā excellentiā: Reges, quia malorū collegiū per eos male, prauè, nequiter gubernatur) quid quæso aliud significatur, nisi Regum omnium vniuersitas, qui septem mundi ætatibus regnaturi sunt, ac Dei ecclesiam persecuturi?

Capita, montes & Reges pro eodem vsurpātur.

Et benè *super hos mulier sedere* dicitur, quia impiorum Regum suorum subsidio, niti solet malorū omniū congeries & collectio, quā per mulierem denotari in professo est. Itaque vniuersus hic malorum principatus, secundū septem status huius seculi determinatur.

Mulier hic omnium malorū est cōgregatio.

Primus status, siue Rex est vniuersitas scelestorū Principū, qui ab Adā vsq; ad Noe regnauere. Cain siquidē & eius posteri Gigātes, in pios, nimirū sobolē Seth omni crudelitatis genere debacchati sunt, fuit nāq; hoc hominū genus ferox, ac violentū, de quib. hoc posteris reliquit Iosephus. *Progeniem*, ait, *procreauerunt insolentem, & fiduciâ roboris omne ius & fas contemnentem, quorum facinora non absimilia his, quæ de Gigantibus Græci memorant, posteritati*

Vniuersitas impiorū Principū 7 statibus describitur.

Ios. antiq. lib.1.c.3.

sunt tradita. Et post pauca: *Noe veritus ne se, & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migrauit*. Hæc ille.

Secundus status eorum Principum colluuiem complectitur, qui in omni ferocitate, ac iniquitate vixerunt, à Noe vsque ad Abraham quando ædificabatur turris Babel, ac in pios desæuierunt. Et hi solum vertêtes, per linguarum confusionem, vltrò citroque dispersi sunt. Horum coryphæus Nemrod fuit, pessimus, ac truculentus tyrannus, de quo nonnulla prodit Iosephus. *Hic fuit* (ait scriptura) *magnus venator coram Domino*, hoc est, robustus, potens, prævalidus, insidiator, tyrannus, oppressor; *coram Domino*, scilicet per summam impudentiam, ac elationem aduersus Deum, apertissimo, & impudentissimo diuinitatis contêptu, nec Deum, nec homines verens.

Li.1. ant. cap.4.
Gen.10.

Tertius status eorum est, qui tyrannicè & impiè ab Abraham, vsque ad Moysen imperio præfuerunt, seque infinitis flagitijs conspurcârunt; quales fuêre beluini reges Sodomæ, Gomorrhæ, & similes.

Quartus status eos comprehendit, qui à Moyse, vsque ad Dauid, vel exilium Babylonicum rerum potiti sunt, nempè impuros & scelestos Reges Israel, Iuda & Samariæ, quorum temporibus inualuit idololatria.

In quinto statu sunt, qui à Dauide, vel ab exilio Babylonico vsque ad Christum vitam vixerunt atrocẽ, legemq; Dei præuaricati sũt, quod Machab. tẽpore factũ esse, compertũ est.

Sextus

Sextus à Christo vsque ad Antichristum. In hac nostra sexta ætate à fælici Christi conseruatoris ortu, ad infaustissimum Antichristi aduentum grauissimas omnium ecclesia Christi passa est tribulationes & ærumnas ab Imperatoribus Romanis Gentilibus, ab hæreticis, Turcis & alijs eiusdem ecclesiæ aduersarijs infestissimis.

Septimus malorum status sub Antichristo futurus est, in quo omnium crudelissimè, ac atrocissimè, vt inferius docebimus, premetur, & exagitabitur sancta Christi ecclesia *Quinque* capitis, siue montibus, siue regibus *ceciderunt:* quia quinque ex iam dictis statibus siue Regi[illegible]ante Christi aduentum, euoluti & exacti fuit: siue quod in idem coincidit, quinq; mundi ætates cum Regibus, ecclesiæ persecutoribus, qui in illis rerum dominio potiti sunt, iã præterierunt & in mundo esse desierunt. *Vnus nunc est.* Hoc est, nunc sexta ætas viget, vigent & hostes, qui contra bonos suam nũc quantum possunt, exercent tyrannidem. scilicet, cœtus Tyrannorum, Principum & Hæreticorum qui ecclesiam Dei infestant, perturbant, labefactant. Ducitur autẽ hæc ætas & vsque ad regnũ Antichristi perducetur. *Et alius nondum venit:* [illegible] Antichristus. *Et cum venerit oportet eum breue tempus manere*, id est tribus annis & dimidio regnare. Hæc videtur esse huius loci vera, & SS. PP. consentiẽs expositio. Beda, Anselm. Laudunen. Richardus à S. Victore, & alij, per septem capita septem exponunt ordines Regũ

Thesi 29.

K qui

Nomenclaturâ Regis plures sibi ordine succedentes intelligũtur.

qui in septem mundi ætatibus, ecclesiam feraliter persequuntur. Quod si cui durum videtur in vno rege, multos significari, id est, omnes illius ætatis Reges, putatque septẽ esse tantum, is primùm sciat, omnes expositores intellexisse in singulis horum septem, multos comprehendi, neminemq́; tantum septẽ homines esse dixisse præter Victorinum, cuius sententiæ meritò omnes refragantur: loquitur enim Apostolus de Regibus vniuersi orbis, qui Dei seruos diuexauerunt, non de Regibus, aut de Imperatoribus Romanis tantum.

Sed neque in Regibus Romanis, neque in aliarũm nationum Regibus signari potcrunt quinque, qui cecidissent, cum Ioannes hęc scribebat, & vnus qui tunc esset, atque alter postea venturus, & breui tempore mansurus. Postremò intelligat non esse inusitatum in scriptura, vt in vno Rege multi similes, & quasi eiusdem corporis significentur: nam Danielis 8. legimus. *Et ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque succrescens.* Et postea: *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente.* Deinde vtrumque explanans Angelus ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Medorum est atque Persarum. Quibus verbis*, vt rectè Hier. exposuit, *nõ hic, aut ille Rex designatur, sed omnes Reges Medorum atque Persarum sibi ordine succedentes, & quasi vnum corpus efficientes, qui idcircò, quasi vnus Rex censentur: nec. n. in vnum Regem conueniunt quæ in eo capite prædicuntur, sed in omnes simul:* Deinde ait:

... *Porro hircus caprarum Rex Græcorum est*. Et ... existimemus hoc de vno homine dici, con... ... in cornu magno eius, Alexandrum prę... docet, & in quatuor cornibus, quatuor e... successores. Simile quid habet Ier. 25. *Et ser... omnes gentes ista Regi Babylonis septuaginta ...*, cum tamen non vni Regi seruierint, sed Nabuchodonosor, & filio eius, & nepoti, vt constat ex cap. 27. eiusdẽ Prophetiæ. Cũ itaq; per septem hos Reges non sint intelligendi septem homines; sed in horũ singulis multi cõprehendantur, vt omnes attestãtur expositores, quâ fronte audet Calculator per hos septẽ Reges septẽ magna secula pręnunciare? Et quâ Scripturâ sensum quem extorquet confirmaverit? suo modo semper ex mystico, argumẽtatur. Porro cornua decẽ, signãt decẽ illos Reges, in quos distrahendũ, ac diuellendũ est Ro... Imperium proximè ante Antichristi aduentũ, & quamquam aliæ circumferantur interpretationes à nobilibus ingenijs excogitatæ, hæc tamen syncerior & magis natiua videtur.

THESIS XXII.

Calcul. *Ex dictis iam Prophetijs satis innotescit, quod & in vltimo annorũ millenario extrema mundi vastatio futura sit, & quod breuiari debeat: quod & Euangelista Matthæus attestatur, vbi Christus sic ait: sed propter electos breuiabuntur dies illi, loquitur autem de mundi consummatione.* *Matt.24.* *Marc.13.*

Resp. Quod breuiandi sint dies, lubens concessero: est enim ipsius sapientiæ æternæ testimonium, cui reluctari nefas est & impium. Verum nodus iste facilè soluitur: nam verba illa Christi: *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro; sed propter electos breuiabuntur dies illi*, non de orbis deflagratione, sed vrbis Ierosolymitanę subuersione complures interpretantur, & ex antecedentibus, & consequentibus hoc luculenter deducitur: huius sententiæ sunt D. Augustin. Chrysost. Theophyla. Beda & alij, quos in principio huius tractatus produximus, tractantes de difficultate responsionis Christi ad tres Apostolorum interrogationes. Quibus etiam Baronius subscribit.

Hæc sententia de excidio Ierosolymitano exponitur.

Thesi 2.

Anno Christi 72

Causam huius abbreuiationis adsignat D. August. *Non*, ait, *debemus ambigere quando euersa est Ierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcisione crediderant, siue fuerãt credituri, electi ante constitutionem mundi, propter quos breuiarentur dies illi, vt Deo donante, tolerantiam minus sentirent, ac si quæ magna essent, breuia fierent*. Vnde Theoph. in hunc locum: *Nisi breui spatio bellum Romanum fuisset peractum, non fuisset salua omnis caro, id est, nullus euasisset Iudæus: sed propter electos quos elegit, id est propter Iudæos credentes, aut in posterum credituros breuiauit dies, id est, citò bellum est terminatum: nam præsciebat Deus, quod multi post desolationem ciuitatis crederent Iudæorum, huius gratiâ eorum genus ex toto destrui non permisit*.

Epist. 80. *ad Hesychium.*

Cur breuiati sint dies Ierosolymitanæ.

At

At quomodo breuiati fuerint dies illi, plurium sententias recitat ibidem Augustin. sed illa placet, quæ dicit Dei consilio munitiones velut inexpugnabiles à Tito esse citius expugnatas: nam si tardius Romani Ierosolymis potiti essent, sic illi obsessi atque arctati miseri, absque dubio fame penitus consumpti fuissent; sed ea breuitate, seu dicamus potius paucitate dierum, id factum est, vt ex plebe immensus planè numerus, ex populo autem, vt Iosephus ait, seruata sint plusquā 40 millia, ex quorum numero aliquot saltem repertos fuisse Christianos. Horum ergo causa dies esse breuiatos à Domino, omnes facilè dicturos putamus, maximè, qui considerant ab obsidione vsque ad expugnationem ciuitatis, nec quatuor menses esse interlapsos. Quippe quæ 14. Aprilis à Tito est obsessa, & octauo mensis Augusti in eam primò sunt ingressi Romani, atque decima tandem incensum est templum. Fusius de his Baronius. Si igitur de vrbis Ierosolymytanæ ruinâ verba Christi accipiantur, non farcinatis nos explet fabulamentis Calcubitor.

Quomodo breuiati sint dies illi.

De bello Iudaico lib. 2. c. 15.

Sed concedamus, dicta sint hæc Christi verba, de ipsius vltimo ad iudicium aduentu, quid inde? nil aliud his indicat verbis Christus, quam quod sicut Deus virtutem electis suis patiendi subministrat, sic breuiabit pœnā persequendi. Hoc venustè D. Gregorius his verbis declarat: *Quia enim & superbos nos, & infirmos Dominus conspicit; dies quos singulariter* malos

Lib. 2. moral. c. 12. & 40. cap. Iob.

malos intulit, misericorditer breuiatos dicit, profectò, vt & superbos terreat de aduersitate temporis, & infirmitatem refoueat de breuitate. Et quia in nouissimis diebus, fidelibus tormenta crebriora, & acerbiora ingerenda sunt, quam prius consueuerunt ideo tribulatio illa futura est temporis breuitate moderatior. Alias *Non fieret salua omnis caro*, id est, omnis homo non fieret saluus, seu quod in idem recidit, nullus homo fieret saluus. Ex his facilè stupidi admodum erroris arguitur Calculator, quod existimet dies seculi abbreuiandos, vel cursu solis celeriore, sicut fuit longior dies orante Iesu naue, vel citius obuenturos, quàm à Domino Deo sit præstitutum, & prædefinitum. Vtrumque enim horum absurdissimum est.

Reijcitur Calculatoris opinio.

Igitur à Deo consummationis mundi tempus est ab omni æternitate constitutum, nec breuiabitur, nec prolongabitur: sed verbis illis Christus significat, dies illos paucos futuros: quippè pauco tempore durabit Antichristi persecutio tribus scilicet annis & medio, quod fiet ne electi persecutionis acerbitate cadant, & à veræ fide descifcant. Illud Calculatori nostro, & sui similibus non absurdè quadrare videtur, quod Iudith presbyteris obiecit: *Et qui estis vos qui tentetis Dominum? posuistis vos tempus miserationis Domini & in arbitrium vestrum constituistis ei?*

Definitū est à Deo consummationis tempus.

Cur persecutio Antichristiana breuiabitur.

Iudith. cap. 8.

His Calculatoris fundamentis euersis ad id quod totius instituti sui caput est, & summa venia-

[illegible]mus. Quot annis seculum nostrum sit
bre[illegible]andum, vt hinc extremi diei definitum
tempus inferat, acutè vt putat, suis calculis in
hunc modum subducit.

THESIS XXIII.

Calcul. *Septem dies, quibus Ierichontina Ciuitas fuit obsessa, septem magna secula portendunt, annorum videlicet septem millia.*

Resp. Iericho quidem, nempe mundus, casurus est, cõsummatio seculi futura, quam tubarum voces præuenient: *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* 1.Cor.15.
Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cælo. tunc liquidè 1.Thess.4.
[illegible] cũ tubis prosternet Iericho, & ipsius muros conquassabit, penitusq; subuertet: sed quãdo hæc? In septimo millenario respondet Calculator, cui adhuc tria parua secula sunt ad[illegible]nda: septem enim dies quibus Ierichontina [illegible]tas fuit obsessa, septẽ magna secula portendunt, & septẽ circuitiones signant septẽ parua [illegible]: Cæterũ num hæc expositio sit SS. Patrũ [illegible]entiæ consona, expendamus: *Nã per Patrũ [illegible]tiones*, vt doctè testatur Cassiodorus, *ve[illegible] per quandã scalam visionis Iacob, ad diuinarũ litterarũ intelligentiã est ascendendũ; nec enim fas terminos quos posuerunt Patres nostri transgredi.* Si dicat Calculator omnes illos errasse; [illegible]ánè sapit, quam oporteat sapere, nec ad [illegible]etatem sapit, & parum memor est illius quod sapiens monet. *Non te*, inquit, *prætereat* Eccl.8.

In proœm. lib diu. inst.

SS. PP. expositioni inhærẽdũ.

narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.

Horum vestigijs insistamus oportet, quos semper maiores approbauêre, & quos præter admirabilem sacrarum litterarum peritiam, vitæ quoque sanctitas mirè commendauit.

Instabit Calculator, Ecquis reprehendat si ab ipsis antiquis Patribus omissa quis attentet? si non liceret aliquid vltra maiores præsumere, vel hinc tanquam velamine quodam suam obtegerent inertiam doctissimi quique; vel hinc occasionem carperent aliorum industriam in veritatis inuestigatione deridendi, subsannandi, exsufflandi. Altitudo scripturæ abyssus est magna, nunquam nobis desunt cũ zelo veritatis limantibus, quæ cum vtilitate communi contrahamus. Verum infirma hæc sunt, paruoque negotio solui possunt.

Altitudo scripturæ abyssus magna.

Dicimus à Patribus pertractata, cum omni auiditate esse suscipienda, & ab ipsis omissa cum omni alacritate in commune proferenda, vt impleatur quod scriptum est: *Et pertransibũt plurimi, & multiplex erit scientia*; modo tamen aut euangelicæ doctrinæ non contradicant, aut à SS. Patrum opinione, vel ecclesiæ decreto non abhorreant, quibus cum hæc Calculatoris expositio cõtradicat, non est ferenda nec toleranda: si enim cuiuis liceat, quæ scriptura prædicat ad animum suum, atque intentionem referre, commota omnia labescent, labefacta ruẽt, diruta in nihilũ tandẽ redigẽtur.

Richard. à S Vict. in explic. visionis Ezech. animaliũ. Dan. 12.

Audia-

Audiamus quantum ab hac Calculatoris peregrinâ expositione, discrepet Origenes illustris antiquissimus, simul & doctissimus, *Iericho*, inquit, loquitur, *formam seculi præsentis obtinet, cuius robur, & munimenta sacerdotalibus tubis videmus esse destructa: firmitas namque & munimenta, quibus velut muris, mundus iste nitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallaciâ, arte dæmonum ministrata; augurium, atque aruspicium, magorumq; commenta, quibus omnibus, veluti muris firmissimis ambiebatur hic mundus. Insuper etiam diuersis philosophorum dogmatibus & eminentibus assertionibus, ac disputationibus, velut proceris quibusdam, & robustis turribus firmabatur.*

Homil. 7. in Iosue.

Quid portendant septē dies quibus Iericho fuit obsessa. Et quid ipsa Iericho præfiguret

Veniens verò Dominus noster Iesus Christus, cuius prior ille filius Naue designabat aduentum, mittit Sacerdotes, Apostolos suos, portantes tubas ductiles, prædicationis magnificam cœlestemque doctrinam.

Sacerdotali tuba primus in euangelio suo Matthæus increpuit: Marcus quoq; Lucas & Ioānes suis singulis tubis sacerdotalibus cecinerūt. Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis. Iacobus quoque & Iudas. Addit nihilominus adhuc & Ioannes tuba canere per epistolas suas & Apocalypsin. Et Lucas Apostolorum gesta describens. Nouissime autem ille veniens, qui dixit. Puto autem quod nos Deus nouissimos apostolos ostendit, & in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis muros Iericho, & omnes idololatriæ machinas, & philosophorum dogmata vsque ad fundamenta deiecit. Hæc Origenes. Quibus nihil verius nec

1.Cor. 4.

Ser.106. de tẽpore. doctius. In eandem sententiam pleno gressu currit inclytus ille Tubicen Aug. *Hiericho fratres, typum habuit huius mundi: sicut enim tunc canentibus tubis muri illi ceciderunt; ita & nunc oportet, vt ciuitas mundi, id est superbia, cum suis turribus, auaritia scilicet, inuidia, atque luxuria, simul cum populis, id est, omnibus concupiscentijs malis, assidua sacerdotum prædicatione destruatur, atque dispereat. Non ergò oportet, vt sacerdotes in ecclesia taceant, sed audiant Dominum dicentem:* Isa. 58. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum.* Et post pauca: *Nam sacerdotales illius tubas, quid aliud præfigurasse credimus, quam huius temporis sacerdotum prædicatores, per quas non cessant peccatoribus terribili sono austerum iudicium nunciare, tristem gehennæ interitum prædicare, & quodam comminationis strepitu aures delinquentium verberare? sicut enim tunc tubarum clangor destructis prauis cogitationibus ad animæ nuda pertransijt, & sicut sacræ vocis sonus contumacem populum destruxit, & captiuauit; ita & nunc sacerdotalis prædicatio populum peccatorem subiugat.* Sic D. Aug. sic & alij omnes notæ melioris doctores.

Iosuë typus Christi. Quam apprimè huic expositioni omnia quadrent, intensiori mentis acumine discutiamus. Habes hic Iesum naue, verũ Iesum Christũ repræsentantẽ; hic est dux qui dixit: *confidite ego vici mundũ.* Iã nobis victus est mundus & muri eius collapsi sunt, quibus homines sæculi nitebãtur: At quomodo Christus mundũ vicerit symmistes Christi Paulus, his manifestius, & lucidius

[illegible]s edocet: *Chirographum, quod erat contrariũ* Colos.2.
[illegible] tulit de medio, affigens illud cruci sua, & ex-
[illegible] Principatus & potestates, traduxit confidẽ-
[illegible] palam triumphans illos in semetipso.

Nomen ipsum Iericho, mundum, vt dixi-[illegible], præsignat, quippè Iericho luna interpre-[illegible]; vt enim luna menstruis completionibus [illegible]; ita hic mundus, ad completionem tem-[illegible] currens, quotidianis defectibus cadit. Iericho mundum signat.

Quid per arcam, quæ Sacerdotibus, velut [illegible] firmissimo est circumsepta, nisi sancta [illegible] figuratur? Hinc Moysi Dominus de [illegible]anda arca præcepit, dicens: *Facies quatuor [illegible]ulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angu-[illegible] facies[que] vectes de lignis Setim, & operies auro, [illegible]uces[que] per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt [illegible]tetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec vn-[illegible] extrahentur ab eis.* Arca ecclesiæ figura. Exod.25.

Quatuor circuli aurei, per quatuor angulos [illegible]uncti, quatuor sunt mundi partes, per quas quatuor Euangelij libris Ecclesia dilatatur. Vectibus arcam portare, est bonis Doctoribus sanctam Ecclesiam, ad rudes infidelium mentes prædicando deducere. Greg. 2. part. past. cap.11. Quatuor circuli aurei, denotant 4. mundi partes.

Et pulchrè hic per quatuor æreas tubas accipiuntur: æ[re]i enim debent esse prędicatores, [illegible], fortes, perseuerantesque. hinc vectes de [illegible]s Setim fieri iubet Dominus; Doctores [illegible] velut imputribilia ligna, quærendi [illegible]t, qui instructioni sacrorum volumi-[illegible]m semper inhærentes, sanctæ Ecclesiæ [illegible]tatem denuntiant, & quasi intromissis

cir-

circulis arcam portent.

Hi sunt tubæ illæ ductiles, quibus clangentibus corruunt muri Ierichontini. Et meritò ductiles, quia dum in suis cordibus sacra meditantur eloquia, & sacræ inhærent lectioni, inde sensus, inde sermones, inde documenta, quæ alijs insonent, educũt. Hinc Petro dictum

Luc.5. est. *Duc in altum.*

Omnia igitur intẽtioni nostræ patrocinãtur, Iosue, Iericho, arca, tubæ ductiles, quatuor, quibus circumfertur arca, circuli. Et quod potissimum est, concors SS. Doctorum sententia, qui hæc non de mundi consummatione, sed de mundi per Christum, & eius Apostolos, ac successores reformatione factâ, interpretantur, & quidem optimè ac verissimè. Ac proinde quæ de septem tubis, de septem diebus, de septem circuitionibus dicuntur, ad hunc scopum, & finem referenda sunt, & aliò non detorquenda.

Quæst. 4. in hunc locum Iosue. Sed cur definitè septem sacerdotes, septem tubæ, septem dies, & septem, die septimo, circuitiones abhibitæ? Abulensis. *Definitè, inquit, hic numerus adhibetur: quia ita Deo placuit*; sed causa hæc in rebus omnibus est generalis, videndum igitur vtrum possit conueniens aliqua causa, cur id voluerit Deus, assignari.

Sacer est numerus septenarius. *Thesi 18.*

Cur tanta numero septenario auctoritas.

Respondent nonnulli septenarium numerum sacrum esse, Deoque multis in rebus gratum: Vt autem sit sacer supra ostendimus.

In cap. 1. Apoc. Sed vnde huic numero tanta, vel sanctitas, vel gratia, & auctoritas? Primasius hanc adfert ratio-

...ionem. *Septenario,* inquit, *numero, sæpè vni-
...sitas figuratur, eo quod ex primo impari, & pari
...est, ternario, & quaternario tanquam ex diuer-
...niuersitas tota conficitur: Nam & anima cor-
...q; diuersitas ipsam vnitatem numeri huius cō-
...itur: Ad animam enim tria pertinent, ad cor-
...atuor. Dicitur namque: diligendus est Deus
...to corde, ex tota anima, & ex tota mente.
Corporis autem notas habemus quatuor qualitates,
...dam & frigidam, siccam & humidam. Propte-
...etiam canitur: septies in die laudem dixi tibi.* *Psal. 118.*
...d alibi dicit. Benedicam Dominum in omni *Psal. 33.*
...re. Et sapientia ædificauit sibi domum excidit *Prou. 9.*
...mnas septem. Hæc ille.

Malius in hunc locum, quæstionem hanc *Fol. 107.*
...soluere molitus est, septem, ait, esse rerum
...ium genera, è quibus hoc totum vniuer-
sum constet, & extra quæ, nihil omninò, aut
...t esse possit, ideoque meritò septenarij
...um apud omnes esse nomen, mysterium,
...erationem.

Totum vniuersū septem rerum generibus componitur.

Primum rerum genus, est spiritualis crea-
tura, ipsi scilicet Angeli.

Alterum corpora simplicia, cœli & elemé-
ta.

Tertium corpora mixta inanima.

Quartum corpora mixta animata, eâ tan-
tummodo animâ, quæ vitam solam dat, vt ar-
bores, plantæ.

Quintum animata illa animâ quæ cum vitâ
largitur sensum, vt sunt bruta.

Sextum animata animâ illâ, quæ cum vitâ
& sen-

& sensu intellectum præbet, vt homo.

Septimum quod & primum dici queat, est horum omnium auctor, & creator Deus, omnium principium, & finis, à quo inceperunt, & in quem desinunt omnia.

Hinc ergò in rerum ipsarum creatione, est dierum hebdomas, cuius seni dies priores, senis conditarum rerum generibus respondent, Sabbatum verò septimo rerum generi Deo conditori dicatum, & consecratum est, adeò, vt dicant Cabalistæ, qui sabbatum non custodit, eum neque de mundi creatione, neque de futurâ vitâ rectè sentire.

Hinc deinceps in sacris, sacrarumq́; ritibus & institutis ad perpetuam tanti mysterij memoriam, & significationem septenarius numerus adhibitus, & in pretio habitus.

Opmerus in opere suo chro. l. 1. anno mundi 3862.

Et quia hic septenarius numerus tribus, & quatuor constat, in his numeris diuersi singulis ætatibus, ac religionibus eminent, & suis elogijs celebres habiti sunt: vt ætate prima ex posteris Adam, ob sanctitatem quatuor: Abel, Enos, Henoch, Noe.

Secunda ætate, ex posteritate Noe, ob generosæ prolis fœcunditatē tres: Sē, Heber, Thare.

Tertia ætate ob mysteria fidei tres: Abraham, Isaac, Iacob.

Ob miracula tres: Moyses, Iosue, Gedeon.

Ob prophetiam tres: Samuel, Nathan, Gad.

Ob sacerdotij dignitatem quatuor: Melchisedech, Aaron, Eleazar, Phinees.

Quarta ætate ob pietatem tres, Dauid, Ezechias, Iosias.

Ob

Ob miracula tres: Helias, Helisæus, Iosias.

Triplici ætate, liberantes animas suas in iustitia sua tres: Noe, Iob, Daniel.

Deniq; perfectio septenarij numeri in hoc patet, quod omne opus bonum septem per spiritum virtutibus agatur, vt & fides simul, & opera consumentur. Et post sex ætates peractas, veniet æterna illa requies, quam ornatis septē virtutibus, ob charitatis opera proximis exhibita, iustus Iudex communicabit.

Ad quæst. propositam dico, numerū septenarium hic, vt sæpè alibi, accipi indefinitè: Itaque per septem Sacerdotes, intelligitur generatim omnis eorū Angelorum, vel hominū multitudo, qui ex officio, charitate, Deiq; afflatu, aut præcepto, suis apud ipsum precibus, suisq; apud proximū vocib. & monitionibus, tanquā buccinis quibusdam, vtuntur, vt mundi huius vanitas, & peruersitas in omnium animis euertatur, mœnia & impedimēta omnia, quibus sanctis Israelitarum, pacem euangelizantium, pedibus obstruitur aditus, exscindantur. Resp. ad quæst. septē Sacerdotes, vniuersitatē Angelorū & superiorū Ecclesiasticorū significant.

Sic per septē tubas eorum, accipimus omnia media, quibus tanquam instrumentis ad expositum finem vtuntur, siue supernaturalia sint, siue naturalia. At quid per septem dies? non 7. magna secula, vt contendit Calcul. sunt intelligenda, sed tota seculorum omnium, quib. lenocinantina mundi huius, florere, ac perennare videtur, pulchritudo & amœnitas, intelligitur vniuersitas, quę cum longissima videatur, breuissima est dierum septē, imò *puncti*, vt Iob ait, Septē dies vniuersitatem seculorū representāt.

instar.

instar. Vrbem igitur Iericho diebus septem ferentes arcam Israelitæ, æneis tubis clangentibus circumeunt, & muri eius per arcæ præsentiam, atque ærearum tubarum sonitum, prosternuntur; quia in hoc tempore quod septem dierum vicissitudine volutatur, dum fertur arca, id est, dum orbem terrarum circumiens mouetur ecclesia, ad prędicantium voces, quasi ad tubarum sonitum, muri Iericho, nimirum elati mundi superbia, ac infidelitatis obstacula euertuntur: donec in fine temporum mors
1.Cor.15. nouissima inimica destruatur.

Igitur nil aliud hic septem dies designant, quam totum vitæ pręsentis tempus, quod septẽ ætatibus voluitur, quo doctores & prædicatores, prædicationibus, tanquam tubis, fideles ad benè sanctéque viuendum, ac mundi amorem profligãdum, prouocant; Solet siquidem prædicatorum vniuersitas septenario numero adstringi, vt suprà ostensum est, vnde & in eodem Iosue loco dicitur. *Igitur Iosue de nocte cõsurgente, tulerunt Sacerdotes arcam Domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est.*

THESIS XXIIII.

Calcul. *Septem* (inquit) *circuitiones à sacerdotibus factæ, designãt septem parua secula, hoc est septingentos annos vltimi magni seculi, in quibus tuba, seu buccina insonare debet, vt populus Dei tiui-*

ciuitatem ingrediatur cælestem.

Ultimò igitur annorum millenario, tres circuitiones, id est, trecenti anni, seu tria parua secula sunt detrahenda & admenda: nam & ibidem habetur; sed necdum septimo circuitu peracto dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini & muri ilicò corruent.

Resp. De hoc, & eiusmodi Calculatoribus in hunc modum loquitur beatus Aug. *Quemadmodum quisque eorum astruat opinionem suam, longum est demonstrare, & non necessarium; coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de scripturæ canonicæ auctoritate profertur.* Nonne mera est hæc Calculatoris coniectura? Vbi sancti eloquij, quâ hoc suum somnium corroboret auctoritas? nullam profert, nec potuit: quia & sacris scripturis, & orthodoxorum Patrum auctoritati, hæc commentitia expositio planè dissona est. *Lib. 18. de ciuit. c. 53.*

Septem igitur circuitiones istæ à Sacerdotibus factæ, non aliam sortiuntur significationē, quam septem dies, quibus dicitur Iericho fuisse obsessa; septenarius pro infinito (vt toties repetitum est) sumitur numero: septem siquidem circuitionibus piorum, verorumque Israelitarum omnium denotantur peregrinationes, cursus, labores omnes, quibus hoc in mundo fatigantur. Et pro vniuerso accipiuntur tempore, quo verbi Dei prçcones mūdum hunc, per Iericho repræsentatum, indefesso studio oppugnant. Quid septem circuitiones prænotēt.

Thes 21. Vt igitur paulò antè per septem capita, quæ habere dicitur ab Apostolo bestia coccinea, Regum vniuersitatem, qui septem ætatibus regnando, Ecclesiam Dei sunt impugnaturi, pulchrè repræsentari diximus: sic è contrariò per septem circuitiones, septem ætates puto exprimi, quibus Dei fideles ministri, pro defensione Ecclesiæ decertabunt. Piè tamen etiã à quibusdam hæc de Christi passione exponũtur, aliter ab alijs: si de passione, per arcam ipse Iesus Christus significatur; tria quæ in arca erant, nempe virga, vrna, binæ Moysis tabulæ, in Christo diuinitatem, carnem virgineam, animam gratiæ, & veritatis plenam venustè notant. Arca occultè sexies per gyrum ciuitatis circumducitur; postmodum non occultè aut sexies, sed manifestè & septies, perstrepentibus buccinis arca circumfertur, cuius virtute muri Ierichontini collabuntur, patentque prædæ oppidani.

Albert. in præf. pass. Christi.

Allegorica expositio huius loci.

Ita Christus in horto circuitiones peregit secretas, tres à discipulis ad locum orationis, & totidem ab orationis loco ad discipulos. Quin & septem manifestas processiones vociferantibus Iudæis legitur fecisse. Ab horto ad domũ Annæ; inde ad domum Caiphę; inde ad domũ Pilati; ab illo ad domum Herodis; à domo Herodis ad domum Pilati; ab hac ad crucem; demum à cruce ad domum sepulchri; quib. completis ceciderunt muri Ierichontini, scilicet dæmones, huius mundi quondam Principes, prostrati sunt.

Septem Christi processiones.

Ali-

Aliter: Vixit in terris Iesus annos ferè 34. septem igitur quinquēnia, septem Christi circuitiones sunt. Prima è cœlo de censio. 2. natiuitas. 3. circumcisio. 4. fuga in Aegyptum. 5. ascensus in Ierusalem, cum esset annorum duodecim. 6. obedientia parentibus præstita vsque ad annum trigesimum. 7. totum tempus prædicationis, & mortis. Has & similes expositiones, quia & scripturæ, & Sanctorum Patrum auctoritate fulciuntur, lubens amplector, at Calculatoris nostri commentum, quis non irrideat? Non est igitur, quod in re tam perspicua & manifesta, sensum nobis exoticū, & ignorantissimum ingerat; nam vt per septē circuitiones à Sacerdotibus factas, septem mundi ætates non absurdè significantur, sic & per septem dies quibus fuit Iericho obsessa, eædem septem ætates signantur, vt ex dictis satis compertum, satisq; exploratum est. At quamdiu hæ durârint ætates, & præsertim præsens hæc nostra ætas, quis, cum Danieli dictum sit, *clausos esse signatosq; sermones, vsque ad præfinitū tempus*, quamdiu sit duratura, designatè præsumat prænunciare?

Alia huius loci expositio. Septem Christi quinquēnia.

Dan. 12.

THESIS XXV.

Calcul. *Secundo probatur ex illo Genesis 8. Requieuit arca mense septimo super montes Armeniæ.* Et subditur. *Et septimo & decimo die mensis arefacta est terra, hic per diem septimum, & decimū intelligēdæ sunt septemdecim parua se-*

cula regni Christi, quibus nauicula Petri fluctibus circumagetur: numerus enim septenarius, & denarius dicuntur perfecti, quia in isto numero, scilicet septimo decimo, erit perfectio, finis, exterminium rerum omnium, nimirum in septimo decimo paruo seculo à reparatione generis humani, hoc est anno, vt quiuis intelligit 1700.

Resp. Videamus num, quæ hic ad suum dogma stabiliendum producit ex Apollinis Pythij oraculis sint edita. Vtrum, inquam, certa sint, & indubitata. Locum citat ex 8. Genes. sed nihil ad rem. Habetur quidem ibi, quod arca septimo mense requieuerit super montes Armeniæ. Et subditur in eodem capite, quod septimo, & vigesimo die mensis arefacta sit terra, at non fit mentio de septimo decimo die. En quæ suæ probationis fulcimenta adsciscat. Vult probare finem mundi futurum in septimo decimo paruo sæculo huius septimi millenarij. His enim septemdecim paruis seculis Petri nauicula variis procellis est exagitanda, quibus expletis tandem ad portum æternæ fælicitatis appellet. Vt hoc persuadeat, à perfectione numeri septenarij, & denarij argumentatur, quasi verò hi numeri perfecti dicantur, quod in eis rerum omnium interitus debeat obringere: satis cur septenarius numerus perfectus dicatur paulò antè demonstrauimus

Argumẽtatur Calculator ex perfectione septenarij, & denarij numeri. *Thesi* 23.

[illegible]us: cur autem decimus etiã perfectus vocetur, disertè B.Greg. his verbis insinuat. *Denarius numerus in scriptura, ait, perfectus est, quia lex in decem præceptis concluditur, omnisq; culpa non amplius quam per decem verba cohibetur atq; enarrante veritate, operatores vineæ denario remunerantur: in denario quippe, tria iunguntur ad septem. homo autem, qui ex anima constat & corpore in septem qualitatibus continetur: nam tribus spiritaliter, & quatuor corporaliter viget. In dilectione etenim Dei tribus qualitatibus spiritaliter excitatur cum ei per legem dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Corporaliter autẽ quatuor qualitatibus continetur: quia videlicet ex materia calida & frigida, humida & sicca compositur. Homo ergò qui ex septẽ qualitatibus constat, denario remunerari dicitur: quia in illa perceptione supernæ patriæ septem nostra ad tria iunguntur diuina, vt homo contemplationem Trinitatis accipiat, & de remuneratione operis, quasi quodã denario consummatus viuat. Vel certè quod septem virtutes sunt, quibus in hac vitâ laboratur dumque [illegible] remuneratione contemplatio Trinitatis redditur vitæ laborantium denario remuneratur. Sed perfectus quisq; etiam in hac vita denarium accipit dum iisdem septem virtutibus spem, fidem, charitatemq; coniungit.* Hæc S.Greg. quibus Calcolarij[illegible]s error detegitur, qui perfectionem numeri septenarij & denarij ad sęculi cõsummationem putat esse transferendam. Sed neque ratione humana hæc consummatio præ-

Li.35. mo. in 42.cap. Iob, c.12.

Cur numerus denarius perfectus dicatur.

Matt 20.

Matt. 22.

sciri potest, aut peruestigari, vt post docebimus, ac proinde vanus est hic Calculatoris nostri de septimo decimo seculo discursus.

Porrò futurum rerum omnium excidium in septimo decimo paruo seculo, non Calculator dumtaxat, sed & alij coniecturis quibusdam permoti, sibi persuaserunt. Nicolaus Cusanus Cardinalis doctissimus, in hanc opinionem (vt etiam refert Antonius Verderius,) prouectus est. Coniecturas Cardinalis, Verderius in hanc ferè sententiam commemorat.

Lib. de diebus nouiss.

Lib. 1. diuers lect. c. 16.

Cõiecturę Nicolai Cusani de interitu mundi.

Si, inquit, quæ fecit & passus est Christus, post annum ætatis suæ vigesimum nonum, vsque ad gloriosam resurrectionem animo fuerimus complexi, & si annos illos in Iubileos extenderimus, coniecturâ quadam poterimus prænunciare, quid Ecclesiæ in nouissimis temporibus obuenturum sit, & quam de ipsius duratione opinionem concipere debeamus: nam trigesimo quarto Iubileo à resurrectione Redemptoris generis humani, poterit Ecclesia sperare, si Antichristo profligato, in gloriam resurrecturam immortalem, quod continget anno à Christo nato, millesimo septingentesimo: sicut enim trigesimo quarto Iubileo à primo Adam, vt Philo Iudæus testatur, tempore Noe, aquis absorptus est mundus: sic & secundo Adamo, Christo nimirum, iubileo tri-

Iubileo 34 secundum Phil. Iudæum à creatione mundi fuit diluuiũ

trigesimo quarto, prout coniecturâ possumus assequi, peccatum & mundus conflagratione consummabitur. Et tunc Ecclesia ex hoc nequam seculo, in viuentium gloriam, per aduentum sui sponsi ad iudicium, sublebitur, ac in perpetuas ibi æternitates permansura, assumetur. Cuius quidem aduentus hora erit incerta: nam *vt fur in nocte ita veniet. Et sicut venit diluuium & tulit omnes, ita veniet filius hominis.* 1. Thess. 5.

Cum Moyses, attestante Philone Iudæo, ante mortem sibi à Domino reuelari petijsset, quantum effluxisset temporis à creatione vniuersi, quantumque superesset, responsum est, duo iam tempora esse exacta, & duo adhuc futura, & sic Moyses plenus spiritu & sapientia è viuis excessit. Alia Cusani coniectura. Reuelatio Moysi facta.

Deus itaque Moysi quatuor tempora reuelauit, nempe duo præterita, & duo futura.

Primum tempus ab Adamo ad diluuium vsque euolutum est.

Secundum à diluuio vsque ad Moysen.

Tertium à Moyse vsque ad Christum.

Quartum à Christo vsque ad finem & consummationem seculi, decurret, habetque à resurrectione filij Dei initium. Hoc tempus à Sanctis Patribus vltima vocatur ætas, & dies nouissima.

Et quamuis variæ sint, & discrepantes annorum mundi supputationes: nam aliter Iudæi, aliter Septuaginta, aliter Io-

sephus & Philo Iudæus, hos annos supputant. verò tamẽ similius arbitratur Cusanus tot præterijsse iubileos annos à morte Moysi ad Christum vsque, quot ab Adamo vsque ad Noe effluxerunt. Et tot etiam interfluxisse à Noe vsque ad Moysen. Similiter tot excursuros à resurrectione Saluatoris vsque ad finem nouissimi temporis, videlicet triginta quatuor annos Iubileos, siue quod in idem recidit annos 1700. Hæc ferè Cusanus.

Verum si has cum nostri Calculatoris commentis coniecturas conferas, vnum idemque ferè occinere comperies, & nisi me opinio fallat, in has coniecturas inciderat, vt suum de consummatione seculi præsagium constaret. Nam etiam primæ ætati à creatione vsque ad diluuium decem & septem parua secula, hoc est triginta quatuor annos iubileos, seu mille septingentos annos adscribit: Deinde à restauratione mundi vsque ad consummationem tantum temporis affuturum adstruit. Sed quia, vt ait, *illi 1700. anni ab exordio mundi vsque ad eluuionem non fuerunt completi, nam tantum 1656. computantur, etiam non complebuntur ijdem anni, à redemptione seculi, vsque ad finẽ, sed regnare incipiet Antichristus anno 1656.* Nos interim omnes has, & similes coniecturas conuellemus, nec enim coniecturę locum habent in definiendis ijs, quæ futura sunt, & à nutu, meroque Dei dependent imperio.

THE-

THESIS XXVI.

Calcul. *Tertio idem probatur. Durauit mundus ab exordio generis humani vsque ad diluuium, decem & septem paruis seculis: ergò etiam in decimo septimo paruo seculo à restauratione mundi per Christum facta finiri debet.*

His tribus, ait Calcul. *figuris seu Prophetijs, luce meridiana clarius omnibus innotescit finem mundi futurum anno 1700. à mundi restauratione: tria etenim parua secula, siue trecenti anni ab vltimo millenario sunt detrahendi. Et quia illi 1700. anni à creatione vsque ad eluuionem non fuerunt completi: nam tantum fuerunt 1656. ita vt restarent anni 44 Hic clarè ostenditur, quod omnibus ritè & exactè computatis, vniuersalis rerum destructio secũdum figuras, & prophetias debeat incipere anno 1656 quo & mundus diluuio perijt. Et proinde Antichristus nascetur anno 26. ac regnare incipiet anno 56. huius parui seculi, nempe à partu Virgineo 1656.*

Resp. Vt hactenus Calculatoris tela, quibus veritatem petijt hebetauimus, ac fregimus; ita ne hoc veritati officiat, efficiemus, non est quod probationis suæ anchoram in primæ

instar. Vrbem igitur Iericho diebus septem ferentes arcam Israelitæ, æneis tubis clangentibus circumeunt, & muri eius per arcæ præsentiam, atque ærearum tubarum sonitum, prosternuntur; quia in hoc tempore quod septem dierum vicissitudine volutatur, dum fertur arca, id est, dum orbem terrarum circumiens mouetur ecclesia, ad prędicantium voces, quasi ad tubarum sonitum, muri Iericho, nimirum elati mundi superbia, ac infidelitatis obstacula euertuntur: donec in fine temporum mors
1.Cor.15. nouissima inimica destruatur.

Igitur nil aliud hic septem dies designant, quam totum vitæ pręsentis tempus, quod septē ætatibus voluitur, quo doctores & prædicatores, prædicationibus, tanquam tubis, fideles ad benè sanctéque viuendum, ac mundi amorem profligādum, prouocant; Solet siquidem prædicatorum vniuersitas septenario numero adstringi, vt suprà ostensum est, vnde & in eodem Iosue loco dicitur. *Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt Sacerdotes arcam Domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in Iubileo vsus est.*

THESIS XXIIII.

Calcul. *Septem* (inquit) *circuitiones à sacerdotibus factæ, designāt septem parua secula, hoc est septingentos annos vltimi magni seculi, in quibus tuba, seu buccina insonare debet, vt populus Dei tuis-*

ciuitatem ingrediatur cælestem.

Vltimò igitur annorum millenario, tres circuitiones, id est, trecenti anni, seu tria parua secula sunt detrahenda & adimenda: nam & ibidem habetur; sed necdum septimo circuitu peracto dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini & muri ilicò corruent.

Resp. De hoc, & eiusmodi Calculatoribus in hunc modum loquitur beatus Aug. *Quemadmodum quisque eorum astruat opinionem suam, longum est demonstrare, & non necessarium; coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de scripturæ canonicæ auctoritate profertur.* Nonne mera est hæc Calculatoris coniectura? Vbi sancti eloquij, quâ hoc suum somnium corroboret auctoritas? nullam profert, nec mirum: quia & sacris scripturis, & orthodoxorum Patrum auctoritati, hæc commentitia expositio planè dissona est. *Lib. 18. de ciuit. c. 53.*

Septem igitur circuitiones istæ à Sacerdotibus factæ, non aliam sortiuntur significationẽ, quam septem dies, quibus dicitur Iericho fuisse obsessa; septenarius pro infinito (vt toties repetitum est) sumitur numero: septem siquidem circuitionibus piorum, verorumque Israelitarum omnium denotantur peregrinationes, cursus, labores omnes, quibus hoc in mundo fatigantur. Et pro vniuerso accipiuntur tempore, quo verbi Dei prȩcones mũdum hunc, per Iericho repræsentatum, indefesso studio oppugnant. Quid septem circuitiones prænotẽt.

Aliter: Vixit in terris Iesus annos ferè 34. septem igitur quinquēnia, septem Christi circuitiones sunt. Prima è cœlo descensio. 2. natiuitas. 3. circumcisio. 4. fuga in Aegyptum. 5. ascensus in Ierusalem, cum esset annorum duodecim. 6. obedientia parentibus præstita vsque ad annum trigesimum. 7. totum tempus prædicationis, & mortis. Has & similes expositiones, quia & scripturæ, & Sanctorum Patrum auctoritate fulciuntur, lubens amplector, at Calculatoris nostri commentum, quis non irrideat? Non est igitur, quod in re tam perspicua & manifesta, sensum nobis exoticū, & ignorantissimum ingerat; nam vt per septē illas circuitiones à Sacerdotibus factas, septem mundi ætates non absurdè significantur, sic & per septem dies quibus fuit Iericho obsessa, eędem septem ætates signantur, vt ex dictis satis compertum, satisq; exploratum est. At quamdiu hæ durârint ætates, & præsertim præsens hæc nostra ætas, quis, cum Danieli dictum sit, *clausos esse signatosq́, sermones, vsque ad præfinitū tempus*, quamdiu sit duratura, designatè præsumat prænunciare?

Alia huius loci expositio. Septem Christi quinquēnia.

Dan. 12.

THESIS XXV.

Calcul. *Secundo probatur ex illo Genesis 8. Requieuit arca mense septimo super montes Armeniæ.* Et subditur. *Et septimo & decimo die mensis arefacta est terra, hic per diem septimum, & decimū intelligēdæ sunt septemdecim parua se-*

cula regni Christi, quibus nauicula Petri fluctibus circumagetur: numerus enim septenarius, & denarius dicuntur perfecti, quia in isto numero, scilicet septimo decimo, erit perfectio, finis, exterminium rerum omnium, nimirum in septimo decimo paruo seculo à reparatione generis humani, hoc est anno, vt quiuis intelligit 1700.

Resp. Videamus num, quæ hic ad suum dogma stabiliendum producit ex Apollinis Pythij oraculis sint edita. Vtrum, inquam, certa sint, & indubitata. Locum citat ex 8. Genes. sed nihil ad rem. Habetur quidem ibi, quod arca septimo mense requieuerit super montes Armeniæ. Et subditur in eodem capite, quod septimo, & vigesimo die mensis arefacta sit terra, at non sit mentio de septimo decimo die. En quæ suæ probationis fulcimenta adsciscat. Vult probare finem mundi futurum in septimo decimo paruo sæculo huius septimi millenarij. His enim septemdecim paruis seculis Petri nauicula variis procellis est exagitanda, quibus expletis tandem ad portum æternæ fælicitatis appellet. Vt hoc persuadeat, à perfectione numeri septenarij, & denarij argumentatur, quasi verò hi numeri perfecti dicantur, quod in eis rerum omnium interitus debeat obtingere: satis cur septenarius numerus perfectus dicatur paulò antè demonstrauimus

Argumẽtatur Calculator ex perfectione septenarij, & denarij numeri. *Thesi* 23.

[illegible]mus: cur autem decimus etiã perfectus vocetur, disertè B. Greg. his verbis insinuat. *Denarius numerus in scriptura, ait, perfectus est, quia lex in decem præceptis concluditur, omnisq; culpa non amplius quam per decem verba cohibetur. atq; [n]arrante veritate, operatores vineæ denario remunerantur: in denario quippe, tria iunguntur ad septem. homo autem, qui ex anima constat & corpore, in septem qualitatibus continetur: nam tribus [spiri]taliter, & quatuor corporaliter viget. In dilectione etenim Dei tribus qualitatibus spiritaliter [excit]atur cum ei per legem dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Corporaliter autẽ quatuor qualitatibus continetur: quia videlicet ex [ma]teria calida & frigida, humida & sicca compo[n]itur. Homo ergò qui ex septẽ qualitatibus constat, [dena]rio remunerari dicitur: quia in illa perceptio[ne] [su]pernæ patriæ septem nostra ad tria iunguntur [[illegible]]na, vt homo contemplationem Trinitatis accipiat, & de remuneratione operis, quasi quodã de[na]rio consummatus viuat. Vel certè quod septem [vir]tutes sunt, quibus in hac vitâ laboratur dumque [ea]m remuneratione contemplatio Trinitatis red[ditur] vita laborantium denario remuneratur. Sed [per]fectus quisq; etiam in hac vita denarium accipi[t] dum iisdem septem virtutibus spem, fidem, charitatemq; coniungit.* Hæc S. Greg. quibus Cal[cu]latoris error detegitur, qui perfectionem [nu]meri septenarij & denarij ad seculi cõsummationem putat esse transferendam. Sed ne[que] ratione humana hæc consummatio præ-

Li. 35. mo. in 42. cap. Iob, c. 12.

Cur numerus denarius perfectus dicatur.

Matt 20.

Matt. 22.

ſciri poteſt, aut perueſtigari, vt poſt docebimus, ac proinde vanus eſt hic Calculatoris noſtri de ſeptimo decimo ſeculo diſcurſus.

Lib. de diebus nouiſſ.

Lib. 1. diuerſ lect. c. 16.

Porrò futurum rerum omnium excidium in ſeptimo decimo paruo ſeculo, non Calculator dumtaxat, ſed & alij coniecturis quibuſdam permoti, ſibi perſuaſerunt. Nicolaus Cuſanus Cardinalis doctiſſimus, in hanc opinionem (vt etiam refert Antonius Verderius,) prouectus eſt. Coniecturas Cardinalis, Verderius in hanc ferè ſententiam commemorat.

Cõiecturę Nicolai Cuſani de interitu mundi.

Si, inquit, quæ fecit & paſſus eſt Chriſtus, poſt annum ætatis ſuæ vigeſimum nonum, vſque ad glorioſam reſurrectionem animo fuerimus complexi, & ſi annos illos in Iubileos extenderimus, coniecturâ quadam poterimus prænunciare, quid Eccleſiæ in nouiſſimis temporibus obuenturum ſit, & quam de ipſius duratione opinionem concipere debeamus: nam trigeſimo quarto Iubileo à reſurrectione Redemptoris generis humani, poterit Eccleſia ſperare, ſe Antichriſto profligato, in gloriam reſurrecturam immortalem, quod continget anno à Chriſto nato, milleſimo ſeptingenteſimo, ſicut enim trigeſimo quarto Iubileo à primo Adam, vt Philo Iudæus teſtatur, tempore Noe, aquis abſorptus eſt mundus: ſic & ſecundo Adamo, Chriſto nimirum, iubileo tri-

Iubileo 34 ſecundum Phil. Iudæum à creatione mundi fuit diluuiũ

trigesimo quarto, prout coniecturâ possumus assequi, peccatum & mundus conflagratione consummabitur. Et tunc Ecclesia ex hoc nequam seculo, in viuentium gloriam, per aduentum sui sponsi ad iudicium, subleuabitur, ac in perpetuas ibi æternitates permansura, assumetur. Cuius quidem aduentus hora erit incerta: nam *vt fur in nocte ita veniet. Et sicut venit diluuium & tulit omnes, sic veniet filius hominis.* 1.Thess. 5.

Alia Cusani coniectura.

Cum Moyses, attestante Philone Iudæo, ante mortem sibi à Domino reuelari petijsset, quantum effluxisset temporis à creatione vniuersi, quantumque superesset, responsum est, duo iam tempora esse exacta, & duo adhuc futura, & sic Moyses plenus spiritu & sapientia è viuis excessit. Reuelatio Moysi facta.

Deus itaque Moysi quatuor tempora reuelauit, nempe duo præterita, & duo futura.

Primum tempus ab Adamo ad diluuium vsque euolutum est.

Secundum à diluuio vsque ad Moysen.

Tertium à Moyse vsque ad Christum.

Quartum à Christo vsque ad finem & consummationem seculi, decurret, habetque à resurrectione filij Dei initium. Hoc tempus à Sanctis Patribus vltima vocatur ætas, & dies nouissima.

Et quamuis variæ sint, & discrepantes annorum mundi supputationes: nam aliter Iudæi, aliter Septuaginta, aliter Io-

sephus & Philo Iudæus, hos annos supputant. verò tamẽ similius arbitratur Cusanus tot præterijsse iubileos annos à morte Moysi ad Christum vsque, quot ab Adamo vsque ad Noe effluxerunt. Et tot etiam interfluxisse à Noe vsque ad Moysen. Similiter tot excursuros à resurrectione Saluatoris vsque ad finem nouissimi temporis, videlicet triginta quatuor annos Iubileos, siue quod in idem recidit annos 1700. Hæc ferè Cusanus.

Verum si has cum nostri Calculatoris commentis coniecturas conferas, vnum idemque ferè occinere comperies, & nisi me opinio fallat, in has coniecturas inciderat, vt suum de consummatione seculi præsagium conflaret. Nam etiam primæ ætati à creatione vsque ad diluuium decem & septem parua secula, hoc est triginta quatuor annos iubileos, seu mille septingentos annos adscribit: Deinde à restauratione mundi vsque ad consummationem tantum temporis affuturum adstruit. Sed quia, vt ait, *illi 1700. anni ab exordio mundi vsque ad eluuionem non fuerunt completi, nam tantum 1656. computantur, etiam non complebuntur ijdem anni, à redemptione seculi, vsque ad finẽ, sed regnare incipiet Antichristus anno 1656.* Nos interim omnes has, & similes coniecturas conuellemus, nec enim coniecturę locum habent in definiendis ijs, quæ futura sunt, & à nutu, meroque Dei dependent imperio.

THE-

THESIS XXVI.

Calcul. *Tertio idem probatur. Durauit mundus ab exordio generis humani vsque ad diluuium, decem & septem paruis seculis: ergò etiam in decimo septimo paruo seculo à restauratione mundi per Christum facta finiri debet.*

His tribus, ait Calcul. *figuris seu Prophetijs, luce meridiana clarius omnibus innotescit finem mundi futurum anno 1700. à mundi restauratione: tria etenim parua secula, siue trecenti anni ab vltimo millenario sunt detrahendi. Et quia illi 1700. anni à creatione vsque ad eluuionem non fuerunt completi: nam tantum fuerunt 1656. ita vt restarent anni 44 Hic clarè ostenditur, quod omnibus ritè & exactè computatis, vniuersalis rerum destructio secũdum figuras, & prophetias debeat incipere anno 1656 quo & mundus diluuio periȳt. Et proinde Antichristus nascetur anno 26. ac regnare incipiet anno 56. huius parui seculi, nempe à partu Virgineo 1656.*

Resp. Vt hactenus Calculatoris tela, quibus veritatem petijt hebetauimus, ac fregimus; ita ne hoc veritati officiat, efficiemus, non est quod probationis suæ anchoram in primæ

Incertum prorsus est, quod tot anni futuri sint à redemptione mundi vsque ad eius finē quot à creatione vsque ad diluuiū dicuntur effluxisse.

mundi ætatis decursu constituat; quantum etenim temporis ab origine mundi vsque ad illud tēpus, quo ita sciuiētem mundū generali eluuione perdidit Deus, defluxerit, in vnā non concurrunt sententiam Chronographi, hi secant, illi reponunt: hi assumunt, illi demunt, quî hoc fiat diximus. Demus ita esse, vt vult Calculator. A creatione mundi vsque ad diluuium anni *1656*. transacti sint (sic enim habent hebræi codices: at secundum 70. Interpretes anni *2242*. fuêre) ergone & totidem anni ab eiusdem mundi reparatione, vsque ad vniuersam consummationem intercurrent? infirma nimis hæc est opinatio.

Quomodo stare potest titubantis machina muri
Si fundamentum debile fallat opus?

Scio quosdam cum nostro Calculatore sōniasse, sextam & vltimam mundi ætatem, quæ est à Christo ad finē seculi, tantumdem duraturam, quantum stetit prima ab exordio orbis ad diluuium, hoc est annos 1656. Et ita refert Pererius libro primo in Genesim versus finem.

Cæterū non sunt friuolæ coniectura adhibendæ dū de serijs fidei nostræ mysterijs comprobādis suscipitur disputatio: nec temeritatis crimen effugere potest, qui sacrā scripturam ad vana contorquere, & conuertere præsumit. Quis non hunc Calculatorem, vt verbi Dei temeratorem, & violatorem explodat? An non meritò eum sacræ scripturæ violatorem dixerim, qui scripturam in eum trahit

sensum,

sensum, quem sancta mater ecclesia reprobat, & vnanimis doctorum cõsensus reijcit? quid? quod & ipsa veritas increata, ore suo sacratissimo, hanc Calculatoris præsagitionem, ab omni veritate alienissimam esse testatur euidentissimè? Clamat veritas: *De die autem illa nemo scit*. Dicit Calculator anno à creatione mundi 6666. mundi consummatio erit. Si, vt asserit, res futura esset, sanè nouissimum illud tempus exactè præsciretur ab homine, atque sic verba Christi parum firmita[tem] haberent, cum tamen *Fidelis sit in verbis suis.* *Psal.* 144. *Cælum*, ait, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* *Matt.* 24. At dicet Calculator. Licet dies & hora futuræ consummationis sciri nequeant, annus tamen præsciri potest. Hoc antea plenissimè confutauimus. Sic ruunt qui plus nimio suæ innituntur prudentiæ. De his verè S. Petrus, ac B. Iudas. *Dominationem contemnunt, & audaces sibi placentes maiestatem blasphemant.*

Vt dies & hora iudicij. sic & annus nos latet. *Thesi 6.*

2. Pet. 2. *Iud. in sua epist.*

Coniectura itaque illa argumentantium, extremam mundi ætatem, sicut alijs multis rebus, sic etiam duratione parem & æqualem fore primæ ætati, futilis est, & infirmo subnixa fundamento: nam persimilis potest esse de statu legis veteris coniectura, nempe nostram hanc vltimam ætatem tanto duraturam tempore, quanto durauit ad Christum vsque lex illa vetus. At obiectionem hanc diluemus inferius. Vtriusque siquidem status, legis nimirum naturæ, ac legis Mosaicæ, par prorsus *Antith. 6.*

prorſus videtur ratio; nec validius poteſt argumentum ad probandam durationem ſtatus legis euangelicæ ex vno, quam altero deſumi: niſi quod ſtatus legis naturæ expreſſius in eo typum ſtatus legis gratiæ gerat, quod ſicut in illo ſtatu propter ſcelerum, ac flagitiorum exundantiam eluuione generali hominum genus abſumptum eſt: ſic ob eandem cauſam, orbis vniuerſus ignis conflagratione, consũmandus ſit.

Hæc duo Dei ter Opt. Max. iudicia nobis, cum duorum ſit colorum iris repræſentat: quippe color cæruleus, idemque aqueus & exterior, iudicium alluuione factum deſignat. Color verò rubeus & igneus interior vniuerſalem mundi conflagrationem exprimit.

Cæterum licet hæc ita ſe habeant, licet ob enormia & infinita ſcelera, ſcandala, & peruerſorum hominum peccata ſit Deus mundum perditurus, hoc tamen nihil ijs, quæ dicimus, obſiſtit: quia ad quem vſque gradum hæc hominum peruerſitas debeat excreſcere, vt inde de ſeculi conſummatione feratur ſententia, mortalium nemini exploratum eſt. Solus Deus eſt, qui intimos conſcientiarum ſinus penetrat, & explorat, *pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum; ſolus eſt diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* Solus eſt *qui ſcrutatur Ieruſalē in lucernis.* Huc accedit quod ſicut in ſtatu legis naturæ hominibus non opinantibus, ſed inſcijs aduenit interitus; *ita erit & aduentus filij hominis.*

Ad Heb. 4

Sopho. 2.

Non

Non est igitur, quod tantus rerum futurarum disquirendarum nostrum Calculatorem labor agitet: eas mentium nostrarum non capiunt acies inualidæ, futura, & maximè in nouissimis temporibus, à nostra sunt cognitione remotissima: *Annuntiate*, clamat oraculum propheticum, *quæ futura sunt, & sciemus quia Dij estis.* *Isa.45.*

Non dicat parem futuram esse duratione nouissimam seculi ætatem primę ætati, tot annos duraturum tempus gratiæ quot durauit tempus naturæ. Quis, nisi prodigiosæ sit temeritatis, cum nec scripturarum confirmet authoritas, nec ratione peruestigari, aut sciri possit: nec denique reuelatione innotescat, hoc audeat asserere? ne eiusmodi futura scrupulosius indagemus ac curosius disquiramus hortatur nos B. Apostolus: sic enim Thessalonicensibus & nobis scribit: *De temporibus autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* q.d. ipsa quidem nouissima resurrectio futura est, sed eius dies prorsus dubia est, & incerta. Obsecrat etiam nos, vt *non citò moueamur à nostro sensu, neque terreamur, neque per epistolā, quasi instet dies Domini.* Verè instaret dies Domini & in propinquo esset, nisi næniæ istæ insulsissimæ quas tanquam vt oracula, nobis obtrudit Calculator, ab omni specie veritatis abessent quàm longissimè. *1.Thess.5.* *2.Thess.2.*

His præmissis coniecturis, quasi de victoria

ria

ria triumphans, hoc Calcul. ex tripode pleni eructat follibus oraculum.

THESIS XXVII.

Calc. *Antichristus nascetur anno 26. currentis seculi, ac regnare incipiet anno 36.*

Respond. Hoc fabulosum commentum, vt impudenti temeritate asseritur, ita firmissima ratione reijcietur. Imprimis præsupponendum est, non vnam Catholicorum ac Hæreticorum nostri temporis de aduentu Antichristi esse sententiam: Catholici siquidem constanter asserunt non prius Antichristum venturum, quam in propinquo fuerit totius orbis exterminatio, cum certissimus finis seculi nuncius sit Antichristi regnum. Vbi ergò mundo innotuerit pestifer ille, regnauerit, ac spiritu oris Dei interfectus fuerit, paulò post soluetur orbis machina. Docet Apostolus hisce verbis planissimè: *ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, &c.* Scilicet non veniet Dominus ad iudicium; est enim ibi eclypsis D. Paulo admodum familiaris. D. Ioannes etiã dicit Antichristũ venturum *in nouissima hora*, hoc est in penultima parte nouissimi tẽporis paulò ante iudicij diem, vt SS. PP. adnotãt, Augustinus, Tertullianus, Theodoretus, Gregorius & alij.

Antichristum igitur postremis mundi tẽporibus esse venturum, nẽpe cum mundus senectutis pondere pressus, & iam cariosa vetustate

Antichristus sub finẽ mundi venturus est.

2. Theß. 2. 1. Ioan 2. Aug trac. 3. in 1. epi. Ioannis. & lib. 20. de ciu. c. 19 Tert lib. de resur. carnis. Theod. in 2 Theß. 2. Greg. in ca. 18. Iob. lib. 14. c. 11

[...]te attritus, ad metam suæ durationis, velis [r]emisque, vt aiunt, properabit, cum omni antiquitate tenemus firmissimè. Ita glossa interlinearis. Gen. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngula equi.* *Equus*, vt disertè [a]it S. Greg. in hunc locum, *mundum hunc insi[nu]at, qui per elationem suam, in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema [m]undi apprehendere nititur, cerastes iste equi vn[gu]las mordere perhibetur: vngulas quippe equi mordere, est extrema mundi feriendo contingere.* Greg 31. mor. c. 18.

Quod Antichristus sub ipsam mundi cata[s]trophen sit venturus, nō obscurè Christus in[si]nuat: percūctantibus siquidē Apostolis quā[n]do futura esset mundi consummatio, respōdit [in]ter alia signa secundi sui aduētus maximam [tri]bulationem seu persecutionē esse futuram, [qu]alis non fuit ab initio mundi; cuius typus [fui]t calamitas Iudæorum in vrbis Ierosolymitanæ subuersione. Hanc autē tribulationē inferet Antichristus, vt cōsors est DD. cōsensio. Matt. 24.

Igitur Antichristū sub ipsum huius mundi [o]ccasū affuturū esse verissimū est, atque indubitatum, imò B. Hier. receptissimā esse Christianorū sententiā indicat hisce verbis: *Nostri,* inquit, *& melius interpretantur, & rectius, quod [i]n fine mūdi hæc sit facturus Antichristus, qui cōsurgere habet de modica gēte, id est, de populo Iudæorū* [E]t B. Aug. *In illo,* inquit, *iudicio, vel circa illud iu[di]cium, has res didicimus esse futuras: Eliā Thesbitē [v]enturum, fidē Iudæorū, Antichristū persecuturum, Christū venturū iudicatū, mortuorū resurrectionē.* Danie. 11. Aug. lib. 20. de ciu. cap. vlt.

Hoc

Ire.lib.5. cap.30. Tert.lib. de resur. carnis c. 27. Prosper. in dimid. temporis cap.9. Chrys.78. in c.24. Matth. Damas. lib.4.c.28 Aug.hom. 20. in Ioannem.

In fine mundi erit iniquitatis abundantia.

Luc.18. Iuuenal. satyr.13.

Hoc ipsum Irenæus, Tertullianus, Prosper, Chrysostomus, Damascenus, & alij SS. PP. vno ore confirmant. Ratio est, quia tunc Antichristus emersurus est, cũ impietas & vitiorũ exundantia ad summum culmen peruenerint: hoc autem, vt inferius dicetur, futurum est in nouissimis diebus: nam, vt asserit B. Augustin. *Quantum accedit finis mũdi, crescunt errores, crescunt tenebræ, crescit iniquitas, crescit infidelitas.* Quo enim longius progreditur genus humanum, eò magis pietas languescit, & acerescit vitiorum & flagitiorum colluuies. Itaque sub mundi terminum impietas & numinis cõtemptus erit in summo, & religio in infimo, quod testatur ipsa veritas. *Verumtamen filius hominis veniens putasne fidem inueniet in terra?* Quippe vitium cum sit secundum inclinationem naturæ corruptæ, vsu, consuetudine & exemplo magis atque magis exuberat & ingrauescit. Rectè Poeta.

Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. Nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel adtritâ de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno
Flagitio?

At pietas cum sit spiritualis & supernaturalis, ob naturam corruptam & terrenis affixam, est difficilis, odiosa, & quasi violenta. Vnde sensim, hominibus socordibus & negligentibus, ac terrena sectantibus euanescit:

Nam

Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem prabet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta
Praecipitat captos, voluitque per ardua saxa.

Virgil de litera Pytagora.

Vt ergo ad id, vnde digressi sumus reuertamur, venturum Antichristum sub finem mundi & scripturæ confirmat auctoritas, & tota antiquas tenet, & asseueranter profitetur.

Verum Hæretici Antichristum iam pridem venisse confabulantur, sed quando? inter se digladiantur, *quot capita tot sententiæ.*

Samosateni in Vngaria, & Transyluania Antichristum paulò post tempora Apostolorum, scilicet quando Christus æternus Dei filius esse prædicabatur, erupisse existimant: nã Christum purum esse hominem, ac in Deo vnam tantum esse personam oblatrant filij isti perditionis.

Lib. qui dicitur præmonitiones Christi & Apost. de abolendo vero Christo per Antichristũ.

David Chytræus Antichristum in lucem processisse asserit anno Domini 600.

In comment. c. 9. Apoc.

Illyricus censet Antichristum venisse, quando Rom. Imperium incæpit dilabi & ruinas edere, nimirum circa annum Domini 606.

In catal. testium.

Distinguit quintus Euangelista Lutherus. *Prodyt,* inquit, *Antichristus cum gladio spirituali post annũ Domini 600. cum gladio verò temporali post annum Domini 1000.*

In supput. temp.

His reclamat Henricus Bulingerus: Apparuit, ait, Antichristus anno Domini 763.

Falsum est, dicit Wolfgangus Musculus, n[o] mundo Antichristus innotuit circa annũ Domini 1000. nempè post D. Bern. tempora: sic in sermone quodam testatur Bernardus, in quo enumeratis varijs hominũ vitijs, præcipuè ecclesiasticorũ, & grauissimis ecclesię persecutionibus, subiũgit; *Superest vt reueletur homo peccati*.

In locis tit. de eccl. c. 12.
Ber. ser 6. in psal. 60.

Georgius Sohn professor academiæ Heidelbergensis, arbitratur Antichristum prognatum esse anno Domini *666*. vt Aquipontanus refert in thesium ipsius Georgij confutatione.

Tandem vnus erupit, qui rem restituat, nimirum Dauid Pareus professor Heidelbergensis, & oraculũ, si dijs placet, Sybillæ folio verius effreni audacia, hunc in modum pronunciat.

Primò, ante annum Domini 86. iam pridem conceptus erat Antichristus.

Secundò, anno 86. prognatus est.

Tertiò, anno *376*. adolescens erat.

Quartò, anno *636*. virilem ætatem agebat.

Quintò, anno 711. erat. ἀχμῆ.

Sextò, anno 1086. Antichristi ætas vergens, ecclesia reformata nascens.

Septimò, anno 1376. Antichristi ætas inclinata, ecclesia reformata adolescit.

Octauò, anno 1636. Antichristi ætas decrepita, ecclesiæ reformatæ vita.

Nonò, anno 1639. Antichristi paroxismus.

Decimò anno 1641. Antichristi mors.

Vndecimò anno 1711. Antichristus Iesuitæ stir-

..pit' excidũtur, ecclesia reformata ἐν ἀχυῆ.
..uodecimo anno 1711.
..rreCtIo Magna aD poLos, VeL tartara.
..atItVDo Morte oCCVbante.

Sic inter se dimicant reformatores, sic in ..finiẽdo Antichristi aduentu dissentiunt. his & similibus commentis pascuntur & suum ..o in ecclesiam Iesu Christi, ac eius in ter.. vicarium feruntur hostilem fouent ani..um. *Ambulantibus in tenebris, & sedentibus in ..ne vmbra mortis*, radium suæ claritatis, *qui ..em inhabitat inaccessibilem*, infundat Deus .. opt. max.

Iam per spicuum fit quã diuersa sit Catho..corum & hæreticorum de magno illo Anti..risto sententia. Catholici siquidẽ Antichri..m illum quem scriptura vocat, *Hominẽ pec..,filium perditionis, bestiã de abysso ascẽdentem, ..nem. Aprum, vrsam, caudam Behemot, abo..tionem desolationis, caput impiorum*, & simi..us exornat titulis, hominem verũ & singu..ẽ futurũ DD. vnanimi cõsensu pronunciãt.

At hæretici Antichristum propriè dictum .. singularem personam, sed singulare reg.. tyrannicum, aut sedem apostaticam ..rum qui ecclesiæ præsident, esse occlamitãt, .. spiritualeRo. Pontificis imperiũ Antichristi ..ũ esse obganniunt. Verũ tale monstrum, .. sibi ex inuidiã, & ex acerbissimo in sedẽ ..licam odio, effingunt, nunquam tulit ..eret natura.

In hoc igitur omnes Catholici summa cõ-

Hoc tamen silentio non est prætereundũ *Thesi 3 & antith. vltima.*
[illegible]nd plerique SS. PP. vt alias meminimus, ob
Tyrannorum immanes persecutiones, poten
[illegible] aliquam hæresim, qualis fuit Aria-
[illegible] pestilentias, terræ motus insolitos, famem
[illegible], aut ob ingentes clades, quibus Chri-
[illegible] ecclesia concutiebatur & oppugnabatur,
tempora Antichristi imminere, ac mundum
[illegible] & existimarint & docuerint.

Quin Antichristum iam extitisse quidam *Iam Antichristum prodijsse multi existimarũt.*
[illegible] opinati sunt. Alij Domitium Neronem
[illegible] tiæ & turpitudinis excessum filiũ
[illegible] perditionis esse rati sunt. Atque horum
[illegible] ciandum ex mortuis, vt veniat. Alij *Aug. l. 20. de ciuit. Dei c. 19.*
[illegible] vi a excessisse dixerunt. At hæc ina-
[illegible] & ridicula opinio, quam meritò reijcit *Hie Dan. 11. Seuerũ Sulpitiũ lib. 2 sac. hist.*
[illegible] Aug. appellans eam præsumptuosam: Quî
[illegible] fieri potest vt Dominus Deus viuum
[illegible] e, aut à mortuis velit resuscitare eũ,
[illegible] crudelitate sponsam suam dilectam *Genebr. lib 3. chro.*
[illegible] uturus?

Quidam Mahometum illum, qui Alcora- *F Feuardentius in notis ad lib. 5. c. 30. Clichtoueus in com.*
num condidit, atque orbem penè armis do-
[illegible] sparcissime, ac stultissimè legi subiecit,
Antichristum fuisse contenderunt: prodierat
[illegible] vt volunt nonnulli, circa annum 666.
[illegible] B. Ioannes in sua apocalypsi prædixe-
[illegible] hæc etiam vana est coniectura: nam *Damasc. lib. 4. cap. 27.*
[illegible] B. Ioannes seipsum explicans dicit illum *Apoc. 13.*
[illegible] um non esse temporis numerum, sed
[illegible] Antichristi, id est, Antichristum ha-
[illegible] nomen cuius litteræ græcæ efficient

numerum 666. Sed perperam de Antichristi natiuitate sentiunt; nam, teste Palmerio, antichristus natus est anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Cœpit se prophetam proclamare anno Domini sexcentesimo vigesimo tertio. Mortuus est, & in inferno sepultus anno sexcentesimo trigesimo septimo.

In suo Chron.

Quãdo sit natus Mahometus

De tempore tamen, quo Mahometus progenitus est, discrepantes sunt scriptorum sententiæ. Rudericus Toletanus Archiepiscopus, qui Arabicam historiam condidit, tradit eum natum Anno Christi 580. Mortuum est anno vigesimo primo Heraclij Imperatoris. Idem B. Theophanes, Cedrenus, Zonaras in Græcorum annalibus affirmant. Consignatur is annus in ecclesiasticis annalibus 630. Honorij Romani Pontificis quinto.

S. Martyr Eulogius in apologet. dicit prognatum esse Mahometum anno Domini [illegible]. Vt res se habeat non peruenit ad annum sexcentesimum sexagesimum sextum, nec illi potest numerus bestiæ, de quo in apocalypsi, accommodari.

Qui Mahometum Antichristum esse contendebant, hac potissimum ratione nitebantur, nimirum quod tam in doctrina, quã moribus Christus & Mahometus toto diametro inter se pugnarent. Verum parum hæc ratio habet roboris, nam etiam Christus & hæretici magna inter se cõtrarietate dissident. Deinde cum Antichristus paulò ante iudicium in me-

diũ

...m sit prorupturus, vt comprobauimus, meritò vanitatis hæc conuincitur senten-tia.

Nec defuêre, qui nostri seculi bestiam im-manem Lutherum, fecère Antichristum, quod ...dium aduersus ecclesiam gesserit implacabi-le, aduersus quam etiam grauissimam moue-bit Antichristus persecutionem, vt ex ijs quæ inferius dicentur, constabit manifestius. Vt Lutherus & eius sequaces persecuti sint eccle-siam, euersæ & dirutæ tot ecclesiarum, myria-des direpta & expilata tot monasteriorũ mil-... testantur abundè. Per omnia pænè Europæ regna & prouincias sparsæ cernuntur ruinæ, & calamitatum, quas illi intulerunt vesti-gia.

Quidam Lutherũ Antichri-stum esse putarunt.

Abrogârunt hi quicquid à Christo est insti-tutum, ac ad eius cultum refertur & honorem, sacramenta, festa, ieiunia, diuina officia labe-factârunt & conuulserunt. Et vt semel dicam, omnia sacra diuinaque vastarunt, profanarunt, conculcarunt.

In Deum ipsum, B. Virginem Dei matrẽ, ...os, Christi in terris vicarium iniuriosi fuerunt & adhuc sunt. Ecquid amplius faciet magnus ille Antichristus vbi venerit, quam quod hi strenuè operati sunt? Vt Christus & Antichristus: sic Christus & Lutherani con-trarietate prorsus aduersantur.

Hæc omnia licet sint verissima nũ, quam, ta-men eorum suffragabor sententiæ, qui Luthe-rum, ipsum esse Antichristum sibi persua-

dent, nec enim omnes Antichristi notæ, vt quæ ad eius natiuitatem, educationem, regnū, necem spectant, & aliæ multæ possunt in ipsum quadrare Lutherum, vt cuiuis illas expendenti potest esse perspicuum. Vnde meritò opinio hæc, vt præcedentes, non recipitur. Quod autem Lutherus, ac nostræ ætatis hæretici, veri, ac proximi sint Antichristi prodromi, ostendit Lessius decem demonstrationibus in sua de Antichristo disputatione. Et nos si cępta Diui benè fortunârint, idem alibi docebimus luculenter.

Quis Antichristus dicendus. Sanè fuerunt hi omnes & similes Antichristi, hoc est, Christi, & Ecclesiæ hostes teterrimi: nam quisquis Christum, Christi nomine gloriās oppugnat, Antichristus est, & tales permultos esse docet B. Ioan. *Et nunc Antichristi,* 1. Ioa. 2. inquit, *multi facti sunt. Vnde scimus, quia hora nouissima est.* Itaque multi prænuncij, & membra ferocissimæ illius bestiæ hactenus fuerunt, & hisce deploratis temporibus plurimi sunt. Non tamen ipse Antichristus, homo videlicet ille, omnium, quos vnquam terra tulit, aut feret, sceleratissimus, & cuius regnum maxime Christi regno aduersabitur: nam pro virili parte, totoque molimine conabitur, veram Christi fidem, cultum, religionem euellere, conculcare, exterminare.

Cæterum, inquisitè iam ac solicitè introspiciamus, quæ sit Calculatoris nostri de Antichristi aduentu sententia ac vaticinatio.

Non natus est, inquit, *Antichristus, sed nascetur*

tur anno 26. currentis seculi.

Incertum prorsus augurium, vt enim *nemo scit de die illa*, nimirum consummationis seculi, sic hominum nullus præscire potest, quo sit Antichristus tempore affuturus. Huius testis est Diuus Paulus: *Et nunc*, ait, *quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore, &c.* In quem locum sic Theophylactus: *Aduerte quemadmodum nequaquam dicat id breui futurum, sed suo tempore, vt reueletur, (vt tempus rursum incertum & inexpectatum relinquat.* Ecquid enim per tempus illud intelligendum, nisi tempus ab omnipotente Deo præfixum, ac prædefinitum? 2. Thes. 2.

Incognitũ est tẽpus aduẽtus Antichristi.

Cesset Calculator certum tempus venturo Antichristo præstituere, cum solius Dei hoc sit reseruatum præscientiæ, quin potius Sapientem præclarè monentem audiat: *In pluribus operibus Dei, ne fueris curiosus; non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* Vigilare quidem præcipit Dominus, vultque aduentum suum prompti, alacresque expectemus; non tamen iubet diem, annum, aut horam, huius, vel Antichristi aduentus scrupulosius perquiramus. Ecquid enim superbius, aut insanius, quàm rem adeò occultam calculis velle, ac frigidis coniecturis, peruestigare? Superuacaneum est ea curiosius inquirere, quæ diuina prouidentia voluit nobis esse occulta, ac ex diuina pendent voluntate, quæ nobis non est reuelata, & ratione inuesti- Eccl. 3.

gari nequit, nō solū ab hominibus, sed neq; ab Angelis: nam si aliqua in re, certè in hac maximè, ratio facti erit voluntas facientis. Verùm vt Calculator noster, sic non defuerunt, qui & Antichristo præcisum tempus assignauerunt.

Quidam Antichristo venturo tēpus præfinierunt.

Iudas quidam, vt testis est D. Hier. aduentum Antichristi anno ducentesimo futurum esse prædixit, quod persecutionum magnitudo præsentem mundi minaretur occasum.

In catal. scrip. eccl.

Petrus Ioannis Beguinarum, & Begardorum princeps, affirmauit anno 1335. Antichristum regni finem habiturum, deceptus fortasse computatione dierum Danielis 1335. tanquam diem pro anno acciperet, vt Ezechielē imitaretur, vt tamen sit Ezechiel intelligendus, diximus superius.

A Costa de temp. nouiss. c. 3.

Thesi. 17.

Hispanus quidam nomine Arnoldus infelix augur, teste Florimūdo, in annum 1345. Antichristi tempus extendit, cuius scilicet anni ipso die pentecostes Antichristi discipuli mundo essent appariturі.

In suo Antichristo.

Abbas Ioachim, quem constat floruisse circiter annum Domini 1200. existimauit Antichristum intra sexaginta annos à suo tempore affuturum.

Matth. Palmerius in Chro.

Arnaldus de villa noua, putauit Antichristum venturum anno Christi 1326. vt Sanctus Antonius est autor 3. par. hist. titul. 21. cap. 2. § 6.

Plati. in vita Paschalis secundi.

Petrus Aliacus Cardinalis & Episcopus Camera-

[illegible]meracensis libro de concordia astronomiæ, [illegible] cap. 60. & 61. ex astronomicis indicijs & obseruationibus auguratus est Antichristum anno Domini 1789. exoriturum.

Nicolaus Cusanus libro de diebus nouissimis, de quo paulò ante egimus, non dubitauit asserere Antichristi aduentum futurum anno Christi, 1700. vel 1734. *Thesis 28.*

[illegible] Briefibus apud Germanos au-[illegible] affirmare Antichristum anno Domini [illegible] venturum, quod si eo anno non venerit, [illegible] haud dubie salutis 1643.

Ioannes Picus Mirandula princeps in assertione nona conclusione affuturum coniectatur Antichristum anno redempti orbis 1994.

Franciscus Meletus in quadri. tempor. intra annum 1530. & 1540. eundem venturum euen-[illegible] auspicatus est.

Ioannes Parisiensis lib. de Antichristo, aduentum Antichristi in annum humanę liberationis 1600. contulerat, cuius sententiam temporum conuulsit.

Hieron. Cardanus lib. 2. de varietate cap. [illegible] & Iacobus Naclantus in prælud. Medullæ [illegible] existimarunt venturum Antichristum anno 1800.

Fridericus Lunicis lib. 2. de extremo iudicio non longe à nostro tempore abesse docet.

Horum omnium sententias recitat Viel-[illegible] libro 6. de sex diebus conditi orbis.

Hæ de Antichristi aduentu sententijs, subijci

In epist. ad Benedict. Papam. subiici etiam potest S. Vincentij Fermerij opinio. Is arbitratus est ipsum Antichristum natum iam fuisse anno 1403: sic enim ad Benedictum Romanæ ecclesiæ pontificem scribit: *Tempus Antichristi, & finis mundi erunt citò, & bene citò ac valde breuiter.* Et hanc assertionem multis argumẽtis corroborare laborat, ac post multa sic concludit: *Vnde ex omnibus supradictis, in mente mea colligitur opinio, & credulitas verisimilis, licet non scientia certa, & prædicatio de natiuitate Antichristi iam transacta per nouem annos.*

Attamen prædictam conclusionem, quæ dicit quod citò ac valde breuiter, erunt tempus antichristi & finis mũdi, certitudinaliter, ac securè prædico ubique, Domino cooperãte, & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Hæc ille. Et post aliqua tandem his verbis claudit epistolã: *Hæc sunt sanctissime Pater, quæ de tempore Antichristi, & fine mundi discurrendo per mundum prædico, sub correctione & determinatione sanctitatis vestræ, quam altissimus conseruet fœliciter vt optatis, Amen. Scripta sunt ista primordialiter in villa Alcaniey die ... mensis Iulij, Anno Domini 1412.* His & similibus opinionibus mundum complent perplurimi.

Ezec. 13. Ex hactenus dictis perpalam euadit quàm impudentem suam Calculator prodat temeritatem, aususque sit venturo Antichristo annum huius seculi currentis vigesimum sextum præscribere, quam paulò post, annuentibus superis, retundemus euidentissimè.

Enimuerò obseruandum hic est huius ...

... confutationem ex multis pendere, quæ ... ferius dicenda sunt: nimirum ex signis quæ Antichristum præcedent, comitabuntur, sequentur: qualia sunt, prædicatio euangelij in vniuerso mundo: Romani Imperij euersio: aduentus Eliæ & Henoch, & alia signa, de quibus suo loco.

Rursus pẽdet ex ordine regni Antichristi ad alia regna, & ex breui duratione & extinctione personæ, ac regni eius, ac denique ex temporis breuitate quæ intercedet inter eius obitum & diẽ iudicij. De his singulis agemus vbi exiget occasio, vt omnibus fiat perspicuũ quam vanũ & inane sit eius de aduentu Antichristi vaticinium.

Addit Calculat. *Regnare incipiet Antichristus* ... *6.* Si verum est, vt vult, quod nasciturus ... anno *26.* huius seculi, & verum erit, quod ... de eius regno; nec enim prius in Ecclesiam Dei desæuiet, quam eam attigerit ætatem, ... qua Saluator noster mundum incæpit imbre diuini verbi irrigare, nimirum anno plus ... minus trigesimo; sic enim scriptum legimus. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.*

De regno Antichristi, & eius duratione

Antichristus quo fit anno regnaturus.

Luc.3.

Occultus igitur erit Antichristi aduentus, donec ad annos triginta peruenerit, nec tamen ... otiosus. Hinc B. Paulus dixit aduẽtum Antichristi futurum, *secundum operationem Sata-* ... id est, ea faciet Antichristus quæ volet Satanas. Præterea vocat eum, *hominem peccati*, ... Diaboli, secundum expositionem Sedulij

2. ad Thess.2.

sensione conspirāt Antichristum, qui propriè & κατ' ἐξοχὴν, vocatur Antichristus, vnicum forè non plures, sicut vnicus est, qui propriè dicitur Christus. Omnium hanc esse sententiam testatur D. Hieron. *Ergo*, inquit, *dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt*, & quibusdam interpositis: *Et ecce, ait Daniel, oculi quasi oculi hominis, erant in cornu isto, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel Diabolum esse, vel dæmonem, sed vnum de hominibus in quo totus satanas habitaturus sit corporaliter*: Quin D. Augustini testimonio etiam cōpertum habetur, omnium christianorū ac scriptorum sententiā fuisse, Antichristum futurū aliquem hominem, qui in nouissimis diebus in selectissima Christi membra armabitur & desæuiet truculentissimè.

Hier. in c. 7. Daniel.

Aug. li. 18. de ciuit. cap. 52.

Verum ne ab eo quod proposui longius digrediar, ad eos lectorem remittam, qui hanc hæreticorum sententiam certissimis & exquisitissimis rationibus conuellunt, inter quos est Bellarminus, Lessius in sua disputatione de Antichristo, in qua *16.* demonstrationibus, Papam non esse Antichristum vt nouatores somniant, doctè comprobat, & alij, quos volēs omitto.

Bel. lib. 3. de Ro. Pont. c. 4.

Itaque cum magnus ille Antichristus, in nouissimis diebus prorupturus sit, cum singularis sit homo futurus, ac eius regnum tribus dumtaxat annis, & dimidio duraturū, quid roboris habere possint hæreticorum iam dicta deliramenta, notius est, quam vt plura in id verba sumenda sint.

Hoc tamen silentio non est prætereundũ quod plerique SS. PP. vt alias meminimus, ob Tyrannorum immanes persecutiones, potentissimam aliquam hæresim, qualis fuit Arianorum pestilentia, terræ motus insolitos, famem generalem, aut ob ingentes clades, quibus Christi Ecclesia concutiebatur & oppugnabatur, tempora Antichristi imminere, ac mundum [illegible] & æstimarint & docuerint. *Thesis & antith. vltima.*

Quin Antichristum iam extitisse quidam [illegible] opinati sunt. Alij Domitium Neronem [illegible] libidinis, luxuriæ & turpitudinis excessum filiũ illum perditionis esse rati sunt. Atque horum [illegible] excitandum ex mortuis, vt veniat. Alij [illegible] excessisse dixerunt. At hæc inanis est & ridicula opinio, quam meritò reijcit [illegible] appellans eam præsumptuosam: Qui [illegible] potest vt Dominus Deus viuum [illegible], aut à mortuis velit resuscitare eũ, [illegible] crudelitate sponsam suam dilectam [illegible] persequutus? *Iam Antichristum prodijsse multi existimarũt. Aug. l. 20. de ciuit. Dei c. 19. Hie Dan. 11. Seuerũ Sulpitiũ lib. 2 sac. hist. Genebr. lib 3. chro.*

Quidam Mahometum illum, qui Alcoranum [illegible], atque orbem penè armis do[illegible] [illegible]me, ac stultissimè legi subiecit, Antichristum fuisse contenderunt: prodierat [illegible] vt volunt nonnulli, circa annum 666. [illegible] B. Ioannes in sua apocalypsi prædixe[rat]. Sed hæc etiam vana est coniectura: nam [illegible] Ioannes ipsum explicans dicit illum [numerum] non esse temporis numerum, sed [nominis] Antichristi, id est, Antichristum habiturum nomen cuius litteræ græcæ efficient *F Feuardentius in notis ad lib 5. c 30. Clichtoueus in com. Damasc. lib. 4 cap 27. Apoc. 13.*

dum fit prorupturus, vt comprobauimus, meritò vanitatis hæc conuincitur sententia.

Nec defuêre, qui noſtri ſeculi beſtiam immanem Lutherum, fecêre Antichriſtum, quod bellum aduerſus eccleſiam geſſerit implacabile: aduerſus quam etiam grauiſſimam mouebit Antichriſtus perſecutionem, vt ex ijs quæ inferius dicentur, conſtabit manifeſtius. Vt Lutherus & eius ſequaces perſecuti ſint eccleſiam, euerſæ & dirutæ tot eccleſiarum myriades, direpta & expilata tot monaſteriorū millia teſtantur abundè. Per omnia pænè Europæ regna & prouincias ſparſæ cernuntur ruinæ, & calamitatum, quas illi intulerunt veſtigia.

Quidam Lutherū Antichriſtum eſſe putarunt.

Abrogârunt hi quicquid à Chriſto eſt inſtitutum, ac ad eius cultum refertur & honorem, ſacramenta, feſta, ieiunia, diuina officia labefactârunt & conuulſerunt. Et vt ſemel dicam, omnia ſacra diuinaque vaſtarunt, profanarunt, conculcarunt.

In Deum ipſum, B. Virginem Dei matrē, ſanctos, Chriſti in terris vicarium iniurioſi fuerunt & adhuc ſunt. Ecquid amplius faciet magnus ille Antichriſtus vbi venerit, quam quod hi ſtrenuè operati ſunt? Vt Chriſtus & Antichriſtus: ſic Chriſtus & Lutherani contrarietate prorſus aduerſantur.

Hæc omnia licet ſint veriſſima nū, quam tamen eorum ſuffragabor ſententiæ, qui Lutherum, ipſum eſſe Antichriſtum ſibi perſua-

dent, nec enim omnes Antichristi notæ, vt quæ ad eius natiuitatem, educationem, regnũ, necem spectant, & aliæ multæ possunt in ipsum quadrare Lutherum, vt cuiuis illas expendenti potest esse perspicuum. Vnde meritò opinio hæc, vt præcedentes, non recipitur, Quod autem Lutherus, ac nostræ ætatis hæretici, veri, ac proximi sint Antichristi prodromi, ostendit Lessius decem demonstrationibus in sua de Antichristo disputatione. Et nos si cępta Diui benè fortunârint, idem alibi docebimus luculenter.

Quis Antichristus dicendus.

Sanè fuerunt hi omnes & similes Antichristi, hoc est, Christi, & Ecclesiæ hostes teterrimi: nam quisquis Christum, Christi nomine gloriãs oppugnat, Antichristus est, & tales permultos esse docet B. Ioan. *Et nunc Antichristi*, inquit, *multi facti sunt. Vnde scimus, quia hora nouissima est*. Itaque multi prænuncij, & membra ferocissimæ illius bestiæ hactenus fuerunt, & hisce deploratis temporibus plurimi sunt. Non tamen ipse Antichristus, homo videlicet ille, omnium, quos vnquam terra tulit, aut feret, sceleratissimus, & cuius regnum maxime Christi regno aduersabitur: nam pro virili parte, totoque molimine conabitur, veram Christi fidem, cultum, religionem euellere, conculcare, exterminare.

1. Ioa. 2.

Cæterum, inquisitè iam ac solicitè introspiciamus, quæ sit Calculatoris nostri de Antichristi aduentu sententia ac vaticinatio.

Non natus est, inquit, *Antichristus, sed nascetur*

tur anno 26. currentis seculi.

Incertum prorsus augurium, vt enim *nemo scit de die illa*, nimirum consummationis seculi, sic hominum nullus præscire potest, quo sit Antichristus tempore affuturus. Huius testis est Diuus Paulus: *Et nunc*, ait, *quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore, &c.* In quem locum sic Theophylactus: *Aduerte quemadmodum nequaquam dicat id breui futurum, sed suo tempore, vt reueletur, (vt tempus rursum incertum & inexpectatum relinquat.* Ecquid enim per tempus illud intelligendum, nisi tempus ab omnipotente Deo præfixum, ac prædefinitum? 2. Thes. 2. Incognitũ est tẽpus aduẽtus Antichristi.

Cesset Calculator certum tempus venturo Antichristo præstituere, cum solius Dei hoc sit reseruatum præscientiæ, quin potius Sapientem præclarè monentem audiat: *In pluribus operibus Dei, ne fueris curiosus; non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* Eccl. 3. Vigilare quidem præcipit Dominus, vultque aduentum suum prompti, alacresque expectemus; non tamen iubet diem, annum, aut horam, huius, vel Antichristi aduentus scrupulosius perquiramus. Ecquid enim superbius, aut insanius, quàm rem adeò occultam calculis velle, ac frigidis coniecturis, peruestigare? Superuacaneum est ea curiosius inquirere, quæ diuina prouidentia voluit nobis esse occulta, ac ex diuina pendent voluntate, quæ nobis non est reuelata, & ratione inuesti-

gari nequit, nō solū ab hominibus, sed neq; ab Angelis: nam si aliqua in re, certè in hac maximè, ratio facti erit voluntas facientis. Verùm vt Calculator noster, sic non defuerunt, qui & Antichristo præcisum tempus assignauerunt.

Quidam Antichristo venturo tēpus præfinierunt.

Iudas quidam, vt testis est D. Hier. aduentum Antichristi anno ducentesimo futurum esse prædixit, quod persecutionum magnitudo præsentem mundi minaretur occasum.

In catal. scrip. eccl.

A Costa de temp. nouissi c.3.

Petrus Ioannis Beguinarum, & Begardorum princeps, affirmauit anno 1335. Antichristum regni finem habiturum, deceptus fortasse computatione dierum Danielis 1335. tanquam diem pro anno acciperet, vt Ezechielē imitaretur, vt tamen sit Ezechiel intelligendus, diximus superius.

Thesi. 17.

Hispanus quidam nomine Arnoldus infelix augur, teste Florimūdo, in annum 1345. Antichristi tempus extendit, cuius scilicet anni ipso die pentecostes Antichristi discipuli mundo essent apparituri.

In suo Antichristo.

Abbas Ioachim, quem constat floruisse circiter annum Domini 1200, existimauit Antichristum intra sexaginta annos à suo tempore affuturum.

Matth. Palmerius in Chro.

Arnaldus de villa noua, putauit Antichristum venturum anno Christi 1326. vt Sanctus Antonius est autor 3. par. hist. titul. 21. cap. 2. § 6.

Plati. in vita Paschalis secundi.

Petrus Aliacus Cardinalis & Episcopus Camera-

[illegible] libro de concordia aſtronomiæ, [illegible] cap. 60. & 61. ex aſtronomicis indicijs & [illegible]ationibus auguratus eſt Antichriſtum [illegible] Domini 1789. exoriturum.

[illegible] Cuſanus libro de diebus nouiſſi- *Theſi 23.* [illegible] quo paulò ante egimus, non dubitauit [illegible] Antichriſti aduentum futurum anno Christi, 1700. vel 1734.

[illegible] nmera Brieſchus apud Germanos au[illegible] affirmare Antichriſtum anno Domini [illegible] venturum, quod ſi eo anno non venerit, [illegible] haud dubiè ſalutis 1643.

Ioannes Picus Mirandula princeps in aſſer[illegible] nona concluſione affuturum coniecta[illegible] Antichriſtum anno redempti orbis 1994.

Franciſcus Meletus in quadri. tempor. intra [illegible] 1530. & 1540. eundem venturum euen[illegible] ſuſpicatus eſt.

Ioannes Pariſienſis lib. de Antichriſto, ad[illegible] Antichriſti in annum humanę libera[illegible] 1560. contulerat, cuius ſententiam tem[illegible] conuulſit.

Hieron. Cardanus lib. 2. de varietate cap. [illegible] Iacobus Naclantus in prælud. Medullæ [illegible] exiſtimarunt venturum Antichriſtum [illegible].

Fridericus Lunicis lib. 2. de extremo iudi[illegible] non longe à noſtro tempore abeſſe do[illegible].

Horum omnium ſententias recitat Viel[illegible] libro 6. de ſex diebus conditi orbis.

Hi de Antichriſti aduentu ſententijs, ſubijci

In epist. ad Benedict. Papam. subijci etiam potest S. Vincentij Ferrerij opi-
nio. Is arbitratus est ipsum Antichristum na-
tum iam fuisse anno 1403: sic enim ad Bene-
dictum Romanæ ecclesiæ pontificem scribit:
*Tempus Antichristi, & finis mundi erunt cito, &
bene citò ac valde breuiter.* Et hanc assertionem
multis argumētis corroborare laborat, ac post
multa sic concludit: *Vnde ex omnibus supradi-
ctis, in mente mea colligitur opinio, & credo
verisimilis, licet non scientia certa, & prædicatio
de natiuitate Antichristi iam transacta per nouem
annos.*

*Attamen prædictam conclusionem, quæ dicit,
quod citò ac valde breuiter, erunt tēpus Antichristi
& finis mūdi, certitudinaliter, ac securè prædico vo-
bis, Domino cooperāte, & sermonē confirmante se-
quentibus signis.* Hæc ille. Et post aliqua [illegible]
his verbis claudit epistolā: *Hæc sunt sancte [illegible]
Pater, quæ de tempore Antichristi, & fine mundi
discurrendo per mundum prædico, sub correctione
& determinatione sanctitatis vestræ, quam altissi-
mus conseruet fæliciter vt optatis, Amen. Scripta
sunt ista primordialiter in villa Alcaniz [illegible]
mensis Iulij, Anno Domini 1412.* His & similibus
Ezec. 13. opinionibus mundum complent perplures.

Ex hactenus dictis perpalam euadit vt im-
pudentem suam Calculator prodat temerita-
tem, ausúsque sit venturo Antichristo annum
huius seculi currentis vigesimum sextum pr[illegible]
scribere, quam paulò post, annuentibus supe-
ris, retundemus euidentissimè.

Enimuerò obseruandum hic est huius [illegible]

[illegible]

...s confutationem ex multis pendere, quæ inferius dicenda sunt: nimirum ex signis quæ Antichristum præcedent, comitabuntur, sequentur: qualia sunt, prædicatio euangelij in vniuerso mundo: Romani Imperij euersio: aduentus Eliæ & Henoch, & alia signa, de quibus suo loco.

Rursus pēdet ex ordine regni Antichristi ... illa regna, & ex breui duratione & extinctione personæ, ac regni eius, ac denique ex temporis breuitate quæ intercedet inter eius ...ium & diē iudicij. De his singulis agemus ... exiget occasio, vt omnibus fiat perspicuū quam vanū & inane sit eius de aduentu Antichristi vaticinium.

Addit Calculat. *Regnare incipiet Antichristus* ...6. Si verum est, vt vult, quod nasciturus ... anno 26. huius seculi, & verum erit, quod ... de eius regno; nec enim prius in Ecclesiam Dei desæuiet, quam eam attigerit ætatem, ... qua Saluator noster mundum incæpit im... diuini verbi irrigare, nimirum anno plus minus trigesimo; sic enim scriptum legimus. *... ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.* De regno Antichristi, & eius duratione. Antichristus quo sit anno regnaturus. *Luc.3.*

Occultus igitur erit Antichristi aduentus, donec ad annos triginta peruenerit, nec tamen ...osus. Hinc B. Paulus dixit aduētum Antichristi futurum, *secundum operationem Satanæ* ... ea faciet Antichristus quæ volet Satanas. Præterea vocat eum, *hominem peccati*, ... Diaboli, secundum expositionem Se... *2. ad Thess.2.*

DD. etiam asserunt, fore, vt *Antichristus* iā inde à principio conceptionis à diabolo obsideatur, & ab eodem postmodum gubernetur, qui diuina permissione *Antichristi* temperamentum ad omnia vitiorum genera inclinabit, & in ipso omnem suam adoperabitur malitiam. Ita Theodoretus, Oecomenius & *Ansel.*

Asserunt etiam SS. PP. Antichristum iam inde à puero omni malitia diabolica repletum iri: quippe ab incunabulis Diabolus illum ad omne malum informaturus est.

Cates. 15. *A* puero à maleficis in arte magica & incātationibus instituetur, sic docet Cyrillus Ierosolymitanus, nec discrepat à sentētia *Apostoli*, qui *Antichristum filium perditionis*, & *iniquum* appellat, *cuius aduentus erit secundum operationē Satanæ*. Et à Daniele Propheta: *Rex* appellatur

Dan. 8. *impudens facie*: nam in falsa doctrina, in signis mendacibus, ac in omni dæmonum astutia instruetur, versabitur & exercebitur.

Fautores acquiret, multitudinem congregabit, & cum omnia sibi ex animi sententia succedere viderit, tandem, dęmonibus instigantibus & cooperantibus, erumpet anno trigesi-

Lib. 4. de fide ortho-doxa c. 27. mo, & mūdo innotescet: sic Damasc. *Educabitur*, ait, *occultè*, *& repentè insurget*, *& eleuabit se*, *& regnabit. Et in exordio regni sui simulabit bonitatem; cum verò factus fuerit Dominator, persequetur Ecclesiam Dei.*

Antichristus Rex futurus. Futurum Regem Antichristum docet Daniel manifestissimè, eundemque regnū, non à maioribus, neque vllo nobilitatis iure acceptu-

turum,

...am, sed vili genere natū inuasurū artibus ...llimis, ita enim legimus apud illum: *Et stabit ...co eius despectus, & non tribuetur ei honor re... ...& veniet clam, & obtinebit regnū in fraudu...* Hāc ob causā vocat Daniel Antichristū *...paruulum*, quod tamen cornua magna ...triuerit; quia ex tenuissimis, atq; ignomi... ...is initijs ad summam orbis terrarum po... ...tiam subleuabitur.

Daniel 11.

Daniel. 7. & 8.

Antichristus ex humili consurget in altum.

...t difficultas est non exigua de initio reg... ...Antichristi: Nam quidam dicunt, quod nō ...regnare dicetur, quam deuicerit, & sibi ...eceritorbem terrarum, & tunc regnare in... ...; quia omni atrocitate in ...clesiæ ca... ...licæ fidem arma conuertet.

Rupert. lib. 8 in Apocalyp.

Quando dicetur regnare Antichristus.

...enim vtroque modo terram illam fu... ...belligeraturam in reges & Respub., vt ...um imperium orbis obtineat: Tum in ...os & fideles viros, vt Christi Euangelio ...o se vnum colant, nemo addubitaue... ...qui sacras litteras, vel tenuiter legerit, te... ...tur siquidem, quod commissis pluribus ...ijs; *brachia ex eo stabunt*, sic loquitur ...el; *& polluent sanctuarium fortitudinis, & ...rent iuge sacrificium, & dabunt abominationē ...lationem*: Cū igitur tempus regni Anti... ...i tribus annis & dimidio definitur, intel... ...dum est, cum iam confirmato imperio ...Christi cultum & fidem funditus euerten... ...omnia sua consilia cogitationesq; con... ... Quomodo etenim hæc omnia intra ...annorum aut quatuor tempus geri pos... ...& consummari? Enim-

Danie. 11.

Antichristus firmato Imp. sæuire incipiet.

Enimuerò quod Antichristi regnum breuissimo tempore duraturum sit, testatur Daniel manifestè. cui subscribit S. Ioannes in suâ Apocalyp. nam vt iam dictum est, Antichristi monarchia & suprema potestas, tribus duntaxat annis & dimidio transigetur: quippè ibidem dicitur: *Data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem.* quam, vt inferius dicemus, diuitijs, muneribus, vi, ac fraude comparabit.

Dan.7. & 10. Apoc.11. 12. & 13.

Quantum verò temporis in augenda sibi, stabiliendaque monarchia insumpturus sit, quis augur prædiuinârit? nec enim ex prædictis locis h[...] colligi potest, nec verisimile videtur, tam exiguo temporis spatio hæc omnia esse completurum. Illud ergò extra omnem dubitationis aleam est, Antichristum permansurum in throno suo tribus annis & dimidio, statimque & ipsum interficiendum, & eius regnum euertendum. Daniel siquidem loquens de regno Antichristi, sic ait: *Et tradetur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* hoc est per annum, & duos annos, & dimidium: sic per ænigma loquitur Propheta, ac B. Ioan. in sua apoc. vt nimirum occultetur prophetia.

Dan.7.

Apoc.1.

Huius autem temporis, quo regiis ornamentis decorabitur Antichristus, SS. PP. congruentiam addunt huiusmodi, vt sicut tribus annis cum dimidio Christus prædicatione, exemplo, miraculis mundum collustrauit: ita tanto ferè tempore Antichristus falsa doctrina mira-

Hier. & Theod. in Dan. Ansel. Beda, Rup. in Apoc.

miraculis fallacibus, vita sceleſtiſſima ſit Chriſti Eccleſiam oppugnaturus, & illi tenebras obducturus; Sed de his alibi.

Rurſus ſtatim poſt interitum Antichriſti futurum eſſe Chriſti aduentum, diemque iudicij notiſſimum eſt, & peruulgatiſſimum: ita docent SS. PP. in illud Apoſtoli: *niſi venerit diſcesſio primum.* In quo non ſolum ſignificat ſecundum Chriſti aduentum non eſſe futurũ antequam Antichriſtus veniat: ſed etiam ſtatim poſt illum eſſe futurum, atque adeò tunc veri timeri poſſe, *quaſi iam inſtet dies Domini, quando reuelatus fuerit homo peccati.* Vnde inferius ſubdit, quod quando Chriſtus *deſtruet* Antichriſtum *illuſtratione aduentus ſui.* 2.Theſſ.2.

Præterea Chriſtus Dominus poſt Antichriſti perſecutionem ſubiungit proxima ſigna iudicij & aduentus ſui. *Statim*, inquit, *poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur &c.* Et paulò poſt. *Et tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo, &c.* Quin & Daniel poſt illa verba *Et tradentur in manu eius vſq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis,* ſubdit: *Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia & conteratur, & diſpereat vſq; in finem.* Matt.24. Dan.7.

Atque hinc euidenter concluditur Antichriſtum nondum præterijſſe, cum iudicium nondum factum ſit. Conuincitur etiam nondum regnare cæpiſſe, imo nec natum eſſe; quia ex ſignis & rebus reuelatis, quæ iudicij diem præcurrere debent, fere euidenter conſtare poteſt, longiori tempore diſtare

N iudi-

sensione conspirãt Antichristum, qui propriè & κατ' ἐξοχὴν, vocatur Antichristus, vnicum forè non plures, sicut vnicus est, qui propriè dicitur Christus. Omnium hanc esse sententiam testatur D. Hieron. *Ergo*, inquit, *dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt*, & quibusdam interpositis: *Et ecce, ait Daniel, oculi quasi oculi hominis, erant in cornu isto, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel Diabolum esse, vel dæmonem, sed vnum de hominibus in quo totus satanas habitaturus sit corporaliter*: Quin D. Augustini testimonio etiam cõpertum habetur, omnium christianorũ ac scriptorum sententiã fuisse, Antichristum futurũ aliquem hominem, qui in nouissimis diebus in selectissima Christi membra armabitur & desæuiet truculentissimè.

Hier. in c. 7. Daniel.

Aug. li. 18. de ciuit. cap. 52.

Verum ne ab eo quod proposui longius digrediar, ad eos lectorem remittam, qui hanc hæreticorum sententiam certissimis & exquisitissimis rationibus conuellunt, inter quos est Bellarminus, Lessius in sua disputatione de Antichristo, in qua *16.* demonstrationibus, Papam non esse Antichristum vt nouatores somniant, doctè comprobat, & alij, quos volẽs omitto.

Bel. lib. 3. de Ro., Pont. c. 4.

Itaque cum magnus ille Antichristus in nouissimis diebus prorupturus sit, cum singularis sit homo futurus, ac eius regnum tribus dumtaxat annis, & dimidio duraturũ, quid roboris habere possint hæreticorum iam dicta deliramenta, notius est, quam vt plura in id verba sumenda sint. Hic

Hoc tamen silentio non est prætereundū quod plerique SS. PP. vt alias meminimus, ob Tyrannorum immanes persecutiones, potentiorem aliquam hæresim, qualis fuit Arianum, pestilentias, terræ motus insolitos, famem generalem, aut ob ingentes clades, quibus Christi Ecclesia concutiebatur & oppugnabatur, tempora Antichristi imminere, ac mundum adesse & existimarint & docuerint. *Thesi 3 & antith. vltima.*

Quin Antichristum iam extitisse quidam illum opinati sunt. Alij Domitium Neronem propter lasciuitiæ & turpitudinis excessum filiū illum perditionis esse rati sunt. Atque horum aliqui excitandum ex mortuis, vt veniat. Alij eundem viuum excessisse dixerunt. At hæc inanis est & ridicula opinio, quam meritò reijcit B. Aug. appellans eam præsumptuosam: Quis enim ferri potest vt Dominus Deus viuum reseruare, aut à mortuis velit resuscitare eū, qui tanta crudelitate sponsam suam dilectam expoliaturus? *Iam Antichristum prodijsse multi existimarūt. Aug. l. 20. de ciuit. Dei c. 19. Hie. Dan. 11. Seuerlū Sulpitiū lib. 2 sac. hist. Genebr. lib 3. chro.*

Quidam Mahometum illum, qui Alcoranum condidit, atque orbem penè armis dopulos pertinacissimè, ac stultissimè legi subiecit, Antichristum fuisse contenderunt: prodierat autem vt volunt nonnulli, circa annum 666. prout B. Ioannes in sua apocalypsi prædixerat. Sed hæc etiam vana est coniectura: nam quia B. Ioannes seipsum explicans dicit illum numerum non esse temporis numerum, sed nominis Antichristi, id est, Antichristum habiturum nomen cuius litteræ græcæ efficient *F Feuardentius in notis ad lib. 5. c. 30. Clichtoueus in com. Damas. lib. 4. cap 27. Apoc. 13.*

dum sit prorupturus, vt comprobauimus, merito vanitatis hæc conuincitur sententia.

Nec defuêre, qui nostri seculi bestiam immanem Lutherum, fecere Antichristum, quod bellum aduersus ecclesiam gesserit implacabile: aduersus quam etiam grauissimam mouebit Antichristus persecutionem, vt ex ijs quæ inferius dicentur, constabit manifestius. Vt Lutherus & eius sequaces persecuti sint ecclesiam, euersæ & dirutæ tot ecclesiarum, myriades direpta & expilata tot monasteriorū millia testantur abundè. Per omnia pænè Europæ regna & prouincias sparsæ cernuntur ruinæ, & calamitatum, quas illi intulerunt vestigia. Quidam Lutherū Antichristum esse putarunt.

Abrogârunt hi quicquid à Christo est institutum, ac ad eius cultum refertur & honorem, sacramenta, festa, ieiunia, diuina officia labefactarunt & conuulserunt. Et vt semel dicam, omnia sacra diuinaque vastarunt, profanarunt, conculcarunt.

In Deum ipsum, B. Virginem Dei matrē, Sanctos, Christi in terris vicarium iniuriosi fuerunt & adhuc sunt. Ecquid amplius faciet magnus ille Antichristus vbi venerit, quam quod hi strenuè operati sunt? Vt Christus & Antichristus: sic Christus & Lutherani contrariè prorsus aduersantur.

Hæc omnia licet sint verissimanū, quam, tamen eorum suffragabor sententiæ, qui Lutherum, ipsum esse Antichristum sibi persuadent:

dent, nec enim omnes Antichristi notæ, vt quæ ad eius natiuitatem, educationem, regnũ, necem spectant, & aliæ multæ possunt in ipsum quadrare Lutherum, vt cuiuis illas expendenti potest esse perspicuum. Vnde meritò opinio hæc, vt præcedentes, non recipitur Quod autem Lutherus, ac nostræ ætatis hæretici, veri, ac proximi sint Antichristi prodromi, ostendit Lessius decem demonstrationibus in sua de Antichristo disputatione. Et nos si cępta Diui benè fortunârint, idem alibi docebimus luculenter.

Sanè fuerunt hi omnes & similes Antichristi, hoc est, Christi, & Ecclesiæ hostes teterrimi: nam quisquis Christum, Christi nomine gloriãs oppugnat, Antichristus est, & tales permultos esse docet B. Ioan. *Et nunc Antichristi, inquit, multi facti sunt. Vnde scimus, quia hora nouissima est.* Itaque multi prænuncij, & membra ferocissimæ illius bestiæ hactenus fuerunt, & hisce deploratis temporibus plurimi sunt. Non tamen ipse Antichristus, homo videlicet ille, omnium, quos vnquam terra tulit, aut feret, sceleratissimus, & cuius regnum maxime Christi regno aduersabitur: nam pro virili parte, totoque molimine conabitur, veram Christi fidem, cultum, religionem euellere, conculcare, exterminare.

Quis Antichristus dicendus. 1. *Ioa.* 2.

Cæterum, inquisitè iam ac solicitè introspiciamus, quæ sit Calculatoris nostri de Antichristi aduentu sententia ac vaticinatio.

Non natus est, inquit, *Antichristus, sed nascetur*

tur anno 26. currentis seculi.

Incertum prorsus augurium, vt enim *nemo scit de die illa*, nimirum consummationis seculi, sic hominum nullus præscire potest, quo sit Antichristus tempore affuturus. Huius testis est Diuus Paulus: *Et nunc*, ait, *quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore, &c.* In quem locum sic Theophylactus: *Aduerte quemadmodum nequaquam dicat id breui futurum, sed suo tempore, vt reueletur, (vt tempus rursum incertum & inexpectatum relinquat.* Ecquid enim per tempus illud intelligendum, nisi tempus ab omnipotente Deo præfixum, ac prædefinitum? 2. Thes. 2. Incognitũ est tẽpus aduẽtus Antichristi.

Cesset Calculator certum tempus venturo Antichristo præstituere, cum solius Dei hoc sit reseruatum præscientiæ, quin potius Sapientem præclarè monentem audiat: *In pluribus operibus Dei, ne fueris curiosus; non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* Eccl. 3. Vigilare quidem præcipit Dominus, vultque aduentum suum prompti, alacresque expectemus; non tamen iubet diem, annum, aut horam, huius, vel Antichristi aduentus scrupulosius perquiramus. Ecquid enim superbius, aut insanius, quàm rem adeò occultam calculis velle, ac frigidis coniecturis, peruestigare? Superuacaneum est ea curiosius inquirere, quæ diuina prouidentia voluit nobis esse occulta, ac ex diuina pendent voluntate, quæ nobis non est reuelata, & ratione inuesti-

gari nequit, nō solū ab hominibus, sed neq; ab Angelis: nam si aliqua in re, certè in hac maximè, ratio facti erit voluntas facientis. Verùm vt Calculator noster, sic non defuerunt, qui & Antichristo præcisum tempus assignauerunt.

Quidam Antichristo venturo tēpus præfinierunt.

Iudas quidam, vt testis est D. Hier. aduentum Antichristi anno ducentesimo futurum esse prædixit, quod persecutionum magnitudo præsentem mundi minaretur occasum.

In catal. scrip. eccl.

Petrus Ioannis Beguinarum, & Begardorum princeps, affirmauit anno 1335. Antichristum regni finem habiturum, deceptus fortasse computatione dierum Danielis 1335. tanquam diem pro anno acciperet, vt Ezechielē imitaretur, vt tamen sit Ezechiel intelligendus, diximus superius.

A Costa de temp. nouiss. c. 3.

Thes. 17.

Hispanus quidam nomine Arnoldus infelix augur, teste Florimūdo, in annum 1345. Antichristi tempus extendit, cuius scilicet anni ipso die pentecostes Antichristi discipuli mundo essent appariturі.

In suo Antichristo.

Abbas Ioachim, quem constat floruisse circiter annum Domini 1200, existimauit Antichristum intra sexaginta annos à suo tempore affuturum.

Matth. Palmerius in Chro.

Arnaldus de villa noua, putauit Antichristum venturum anno Christi 1326. vt Sanctus Antonius est autor 3. par. hist. titul. 21. cap. 2. § 6.

Plati. in vita Paschalis secundi.

Petrus Aliacus Cardinalis & Episcopus Camera-

...enſis libro de concordia aſtronomiæ, ...cap.60.&61.ex aſtronomicis indicijs & ...uationibus auguratus eſt Antichriſtum anno Domini 1789.exoriturum.

...laus Cuſanus libro de diebus nouiſſi- ... de quo paulò ante egimus,non dubitauit ... Antichriſti aduentum futurum anno Chriſti, 1700. vel 1734. *Theſi 24.*

Mammera Brieſ...bus apud Germanos au... affirmare Antichriſtum anno Domini ... venturum,quod ſi eo anno non venerit, ...rum haud dubiè ſalutis 1643.

...nes Picus Mirandula princeps in aſſer... nona concluſione affuturum coniecta... Antichriſtum anno redempti orbis 1994.

...ciſcus Meletus in quadri.tempor.intra ... 1530 & 1540.eundem venturum euen... ſuſpicatus eſt.

...nes Pariſienſis lib.de Antichriſto, ad... Antichriſti in annum humanę libera... ...50. contulerat,cuius ſententiam tem... conuulſit.

Hieron. Cardanus lib.2. de varietate cap. ... Iacobus Naclantus in prælud. Medullæ ...ſtimarunt venturum Antichriſtum ...

...dericus Lunicis lib. 2. de extremo iudi... non longè à noſtro tempore abeſſe do...

...orum omnium ſententias recitat Viel... libro 6. de ſex diebus conditi orbis.

His de Antichriſti aduentu ſententijs, ſubijci

In epist. ad Benedict. Papam. subijci etiam potest S. Vincentij Fermerij ... nio. Is arbitratus est ipsum Antichristum ... tum iam fuisse anno 1403: sic enim ad Bene-dictum Romanæ ecclesiæ pontificem [illegible] *Tempus Antichristi, & finis mundi erunt* [illegible] *bene citò ac valde breuiter.* Et hanc assertionem multis argumẽtis corroborare laborat, ac post multa sic concludit: *Vnde ex omnibus [illegible] ctis, in mente mea colligitur opinio, & credo [illegible] verisimilis, licet non scientia certa, & prædicat[illegible] de natiuitate Antichristi iam transacta per nouem annos.*

Attamen prædictam conclusionem, quæ [illegible] quod citò ac valde breuiter, erunt tepus Antichristi & finis mũdi, certitudinaliter, ac securè prædic[illegible] biq;, Domino cooperãte, & sermonẽ confirmante [illegible] quentibus signis Hæc ille. Et post aliqua [illegible] his verbis claudit epistolã: *Hæc sunt sanctissime Pater, quæ de tempore Antichristi, & fine mundi discurrendo per mundum prædico, sub correctione & determinatione sanctitatis vestræ, quam [illegible] mus conseruet fæliciter vt optatis, Amen. [illegible] sunt ista primordialiter in villa Al[illegible] an[illegible] mensis Iulij, Anno Domini 1412.* His & similibus opinionibus mundum complent perplurimi.

Ezec. 13. Ex hactenus dictis perspicuum euadit [illegible] pudentem suam Calculator prodat temeritatem, aususque sit venturo Antichristo [illegible] huius seculi currentis vigesimum sextum præscribere, quam paulò post, annuentibus [illegible] ris, retundemus euidentissimè.

Enimuerò obseruandum hic est huius [illegible]

[illegible]

[illegible]os confutationem ex multis pendere, quæ [illegible]ferius dicenda sunt: nimirum ex signis quæ Antichristum præcedent, comitabuntur, sequentur: qualia sunt, prædicatio euangelij in [illegible]uerso mundo: Romani Imperij euersio: aduentus Eliæ & Henoch, & alia signa, de quibus suo loco.

Rursus pēdet ex ordine regni Antichristi [illegible] alia regna, & ex breui duratione & extinctione personæ, ac regni eius, ac denique ex temporis breuitate quæ intercedet inter eius obitum & dié iudicij. De his singulis agemus [illegible] exiget occasio, vt omnibus fiat perspicuũ [illegible]m vanũ & inane sit eius de aduentu Antichristi vaticinium.

Addit Calculat. *Regnare incipiet Antichristus* [illegible]*56.* Si verum est, vt vult, quod nasciturus [illegible] anno *26.* huius seculi, & verum erit, quod [illegible]rt de eius regno; nec enim prius in Eccle[illegible] Dei defæuiet, quam eam attigerit ætatem, [illegible]qua Saluator noster mundum incæpit im[illegible]re diuini verbi irrigare, nimirum anno plus [illegible]nus trigesimo; sic enim scriptum legimus. [illegible] *Ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.* De regno Antichristi, & eius duratione Antichristus quo sit anno regnaturus. *Luc. 3.*

Occultus igitur erit Antichristi aduentus, [illegible]c ad annos triginta peruenerit, nec tamen [illegible] otiosus. Hinc B. Paulus dixit aduētum Antichristi futurum, *secundum operationem Sata*[illegible]d est, ea faciet Antichristus quæ volet Sa[illegible]nas. Præterea vocat eum, *hominem peccati,* [illegible] est Diaboli, secundum expositionem Se[illegible] *2. ad Thess. 2.*

DD.e-

DD. etiam asserunt, fore, vt *Antichristus* is indeà principio conceptionis à diabolo obsideatur, & ab eodem postmodum gubernetur, qui diuina permissione *Antichristi* temperamentum ad omnia vitiorum genera inclinabit, & in ipso omnem suam adoperabitur malitiam. Ita Theodoretus, Oecomenius & *Ansel.*

Asserunt etiam SS. P P. Antichristum iam inde à puero omni malitia diabolica repletum iri: quippe ab incunabulis Diabolus illum ad omne malum informaturus est.

Cates. 15. *A* puero à maleficis in arte magica & incátationibus instituetur, sic docet Cyrillus Ierosolymitanus, nec discrepat à sentẽtia *Apostoli*, qui *Antichristum* *filium perditionis*, & *iniquum* appellat, *cuius aduentus erit secundum operationẽ Satanæ*. Et à Daniele Propheta: *Rex* appellatur *impudens facie*: nam in falsa doctrina, in signis mendacibus, ac in omni dæmonum astutia instruetur, versabitur & exercebitur.

Dan. 8.

Fautores acquiret, multitudinem congregabit, & cum omnia sibi ex animi sententia succedere viderit, tandem, dęmonibus instigantibus & cooperantibus, erumpet anno trigesimo, & mũdo innotescet: sic Damasc. *Educabitur*, ait, *occultè, & repentè insurget, & eleuabit se, & regnabit. Et in exordio regni sui simulabit bonitatem; cum verò factus fuerit Dominator, persequetur Ecclesiam Dei.*

Lib. 4. *de fide orthodoxa c.* 27.

Antichristus Rex futurus.

Futurum Regem Antichristum docet Daniel manifestissimè, eundemque regnũ, non à maioribus, neque vllo nobilitatis iure accepturum,

urum, sed vili genere natũ inuasurũ artibus pessimis, ita enim legimus apud illum: *Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnũ in fraudulentia.* Hãc ob causã vocat Daniel Antichristũ *Cornu paruulum*, quod tamen cornua magna contriuerit; quia ex tenuissimis, atq; ignominiosis initijs ad summam orbis terrarum potentiam subleuabitur. Daniel 11. Daniel. 7. & 8. Antichristus ex humili consurget in altum.

At difficultas est non exigua de initio regni Antichristi: Nam quidam dicunt, quod nõ prius regnare dicetur, quam deuicerit, & sibi subiecerit orbem terrarum, & tunc regnare incipiet; quia omni atrocitate in Ecclesiæ catholicæ fidem arma conuertet. Rupert. lib. 8 in Apocalyp. Quando dicetur regnare Antichristus.

Etenim vtroque modo tetram illam futuram belligeraturam in reges & Respub., vt æternum imperium orbis obtineat: Tum in sanctos & fideles viros, vt Christi Euangelio reiecto se vnum colant, nemo addubitauerit, qui sacras litteras, vel tenuiter legerit, testantur siquidem, quod commissis pluribus prælijs; *brachia ex eo stabunt*, sic loquitur Daniel; *& polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationẽ in desolationem*: Cũ igitur tempus regni Antichristi tribus annis & dimidio definitur, intelligendum est, cum iam confirmato imperio ad Christi cultum & fidem funditus euertendam, omnia sua consilia cogitationesq; conuertet. Quomodo etenim hæc omnia intra trium annorum aut quatuor tempus geri possint & consummari? Danie. 11. Antichristus firmato Imp. sæuire incipiet.

Enim-

Dan. 7. & 10. Enimuerò quod Antichristi regnum breuissimo tempore duraturum sit, testatur Daniel manifestè. cui subscribit S. Ioannes in sua Apocalyp. nam vt iam dictum est, Antichristi monarchia & suprema potestas, tribus duntaxat annis & dimidio transigetur: quippè ibidem dicitur: *Data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem.* quam vt inferius dicemus, diuitijs, muneribus, vi, ac fraude comparabit.

Apoc. 11. 12. & 13.

Quantum verò temporis in augenda sibi, stabiliendaque monarchia insumpturus sit, quis augur prædiuinârit? nec enim ex prædictis locis h[illegible] colligi potest, nec verisimile videtur, tam exiguo temporis spatio hæc omnia esse completurum. Illud ergò extra omnem dubitationis aleam est, Antichristum permansurum in throno suo tribus annis & dimidio, statimque & ipsum interficiendum, & eius regnum euertendum. Daniel siquidem loquens de regno Antichristi, sic ait: *Et tradetur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* hoc est per annum, & duos annos, & dimidium: sic per ænigma loquitur Propheta, ac B. Ioan. in sua apoc. vt nimirum occultetur prophetia.

Dan. 7.

Apoc. 1.

Hier. & Theod. in Dan. Ansel. Beda, Rup. in Apoc. Huius autem temporis, quo regiis ornamentis decorabitur Antichristus, SS. PP. congruentiam addunt huiusmodi, vt sicut tribus annis cum dimidio Christus prædicatione, exemplo, miraculis mundum collustrauit: ita tanto ferè tempore Antichristus falsa doctrina mira-

miraculis fallacibus, vita sceleſtiſſima ſit Christi eccleſiam oppugnaturus, & illi tenebras obducturus; Sed de his alibi.

Rurſus ſtatim poſt interitum Antichriſti futurum eſſe Chriſti aduentum, diemque iudicij notiſſimum eſt, & peruulgatiſſimum: ita docent SS. PP. in illud Apoſtoli: *niſi venerit diſceſſio primum.* In quo non ſolum ſignificat ſecundum Chriſti aduentum non eſſe futurũ antequam Antichriſtus veniat: ſed etiam ſtatim poſt illum eſſe futurum, atque adeò tunc vere timeri poſſe, *quaſi iam inſtet dies Domini,* quando *reuelatus fuerit homo peccati.* Vnde infra ſubdit, quod quando Chriſtus *deſtruet* Antichriſtum *illuſtratione aduentus ſui.* 2.Theſſ.2.

Præterea Chriſtus Dominus poſt Antichriſti perſecutionem ſubiungit proxima ſigna iudicij & aduentus ſui. *Statim,* inquit, *poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur &c.* Et paulò poſt. *Et tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo, &c.* Quin & Daniel poſt illa verba *tradentur in manu eius vſq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis,* ſubdit: *Et iudicium ſedebit vt auferatur potentia & conteratur, & diſpereat vſq; in finem.* Matt.24. Dan.7.

Atque hinc euidenter concluditur Antichriſtum nondum præterijſſe, cum iudicium nondum factum ſit. Conuincitur etiam nondum regnare cæpiſſe, imo nec natum eſſe; quia ex ſignis & rebus reuelatis, quæ iudicij diem præcurrere debent, fere euidenter conſtare poteſt, longiori tempore diſtare

iudicium quam Antichristus victurus sit vel naturaliter viuere posiit. Denique ex dictis etiam planum fit, quam temerè Calculator asserat quod *Antichristus regnare incipiet* , anno quinquagesimo sexto seculi currentis , e quidem hoc tam incertum est , quam est incertum quando sit venturus, aut quando futurus sit dies mundi nouissimus.

Antichristus primo in Babylone regnabit.

Et quamuis Antichristum in Babylone Chaldaica primum regni fundamenta iacturum, ac ibidem se Regem pronunciaturum, comparata aula regali, & reliquo opum, armorum, inclytarumque copiarum apparatu, constans sit ac firma omnium posteriorum asseueratio tamen prorsus quando hæc sint futura, inexploratum est.

Soto in 4. dist. 49. q. 1. art. 2. Pere. li. 14. in Daniel. Suarez. tom. 2. disp. 54. sect. 5. & alij.

Quia Calculator cernebat Christi testimonium huic suo de Aduentu Christi oraculo, quo clarissimè Christus prædicandum in vniuerso mundo euangelium, ante mundi ruinam asserit, quoad potest, enititur, vt auctoritatem hanc vel infirmet, vel suo instituto adaptet.

THESIS XXVIII.

Calcul. *Potest enim fieri, vt intra quadraginta annos, qui adhuc supersunt vsque ad regnum Antichristi, euangelij enunciatio , longè lateq; per orbem vniuersum diffundatur: & omnibus gentibus fidei lumen affulgeat, vt iam in ignotis prouinciis fieri , cuiuis perspicuum est.*

Respon.

Respon. Nouum non est, quod adfert Calculator. Iam pridem hanc obiectionem exclusit & clusit B. August. Sic enim Hesychio respondet.

Epist. 78. ad Hesychium.

Quod si præter loca quædam inacessibilia, & inhospita fieri posse non creditur vt à seruis Dei peragretur orbis, & quot quantæq; sint adhuc gentes sine Christi euangelio, fideliter renuntietur: multo minus existimo scripturis posse comprehendi, quanta vsq; ad finem futura sint tempora, quandoquidem in eis legimus; nemo potest cognoscere tempora quæ Pater posuit in sua potestate.

Vnde si iam nobis certißimè nuntiatum fuisset in omnibus gentibus euangelium prædicari, nec sic possemus dicere quantum temporis remaneat vsque ad finem, sed magis magisq; iam propinquare me rito diceremus; nisi quis respondeat tanta celeritate prædicato euangelio Romanas gentes, & plerasque barbaras occupatus, atque ita nonnullas sic subitò ad fidem Christi fuisse conuersas, vt non sit incredibile paucis annis si non vita nostræ, qui iam senuimus, certè iuuenum, qui venturi sunt ad senectam vniuersas omnino residuas gentes euangelio posse compleri. Sed si ita erit, facilius cum factum fuerit probari, experiendo quam legendo antequam fiat, inueniri potest,

Ex Euangelij per totum orbem prædicatione nō potest sciri determinate finis seculi.

Sic August. qui satis indicat id quod de prædicatione per vniuersum vrbem breui tēpore complenda allegat Calculator, prorsus esse incertum.

Quam futilis sit hæc de euangelij prædi-

catione coniectura, & quam parum subsidii adferat Calculatori, ad stabiliendum suum de consummatione seculi oraculum, aliquot pronuntiatis fiet manifestum.

Primum pronuntiatum. Prædicatio Euang. per totum orbē præcedet Antichristi aduentū.

Primum complenda prius est, & consummanda per orbem hæc prædicatio, quam prodeat, & de abysso ascendat sceleratissimus ille Antichristus. Hoc igitur signum non est inter ea connumerandū, quæ instantem occasum seculi propriè enuntiant, eumque iam in ianuis esse portendunt.

Can. 26. in Matth. Cyr. cat. 15. Theod. 2. Theſſ. 2. Damaſ. lib. 4. c. 28.

Futurā hanc euangelij prædicationem ante aduentū Antichristi asserunt SS. PP. Hilarius hanc Christi sententiā: *Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe.* exponēs, apertè docet non venturū Antichristum, quem *abominationem desolationis* appellat, nisi præcedat euangelij prædicatio. In hanc sententiam consentientibus animis conspirāt, Cyrillus, Theodoretus, Damascenus & alij.

Sed idem colligitur ex contextu non obscurè, nam dicitur prædicandum euangelium antequā veniat illa immanissima, ac nouissima tribulatio, qualis nec antea fuit, nec postea erit.

Christus loquitur de tribulatione Antichristiana.

Lib. 3. hiſt. c. 7.

Et quamuis tribulationem hanc à Christo prænuntiatam illam intelligendam esse quam in vastatione, & clade Ierosolymitana per Vespasianos principes miseri Iudæi pertulére, non pauci docuisse reperiantur, ac inter alios Eusebius, S. Chryſ. Theophylactus, Euthymius in Matthæū capite 24. Augustinus, & alij recentiores

 lores, ibidem Gagnæus, Titelmannus, Baronius, tamen primario, ac præcipuo sensu Christum Dominum locutum de grauissima tribulatione sub Antichristo Christianis inferenda, non dubitamus constantissimè asseuerare, cum propter antiquorum patrum, ac recentiorum innumeras auctoritates, tum propter solidas rationes.

Aug. epist. 80 tom. 1. anno 72.

Patres tantum aliquos fideliter hic apponimus, S. Clemens, Tatianus Syrus, S. Irenæus, S. Hippolitus, Origenes, Lactantius Firmianus, S. Athanasius, S. Hilarius, Strabus, & Anselmus, in Matth. 24. Alijque perplures. Ex recētioribus verò non pauci, Licanus, Cajetanus, Bredēbachius in *24.* Matthæi, Viguerius, Bellarminus, à Costa, & omnes ferè de Antichristo scribentes.

Clem. li. 3. recog. Tat. in har. euāg. Ire. lib. 5. aduer. Har. c. 25. Hippo. oratione de consum. mundi. Orig in Matt. 24. Lact lib. 7 c. 17. Ath. epist. ad Solit.

Non desunt quoque præstantes rationes: Primum quia Christus, ait, tribulationem futuram omnium grauissimam, ac *maximam omnium quæ fuerunt, aut erunt*. At id in nullam angustiam aptius competere posse videtur, vt in illam Antichristi, quæ longè maior futura est clade Ierosolymitana.

Est & aliud ineluctabile argumentum, quo idem corroboratur. Quia Dominus postquā de tribulatione ista magna prælocutus fuisset, subdit: *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur*, & cætera signa præsentis vniuersalis iudicij. At constat Dominum non aliam tribulationem dicere excepturam proximè signa finis seculi, nisi illam de qua di-

xit: *Erit tunc tribulatio magna.* Loquitur igitur Christus de tribulatione illa, post quam statim secuturus est mundi interitus, quæ non alia erit proculdubio nisi pressura Antichristi.

Cæterum quam etiam pronunciatum nostrum rationi consonum sit inspectius examinemus. In confesso est Antichristi tempore omnium quas vnquam mundus tulit. tristissimam futuram calamitatem; cum violentissima siquidem ferocitate nedum in corpora, sed in animas etiam ipsas debacchabitur perditissimus ille peccati filius. Immensa ipsius suorumque ministrorum atrocitas non sinet publica & aperta religionis opera, ac munera exerceri; fugatis, dispersis, & latibula petentibus christianis. Omnia sacra diuinaque impediet, violabit, exterminabit. Quis igitur in hac omnium truculentissima persecutione, in hac rerum omnium perturbatione & ataxia poterit esse prædicationi euangelij locus?

Deinde oportere videtur, vt antequam Antichristus suam auspicetur tyrannidem, iam sit in vniuerso mundo euangelium annunciatum, ne quæ Antichristo credituræ sunt nationes, vllam possint obtendere ignorantiæ excusationem, quod Antichristum admiserint, ob eam causam, quod nunquam ipsis annuntiatus sit Christus: nam vbique terrarum fulgente, & corruscante euangelio, nulla relicta orbis parte, quæ aliquo saltem tempore

tempore illud non audierit, tametsi alicubi postea eius memoria extincta fuerit: (quod ita vix fieri putamus, vt non plurima perpetuò remanserint semina, ac vestigia christianæ religionis ibidem apud multos propagatæ:) tenentur sanè posteriores diligenter perscrutari, quid eorum maiores de vera religione sensissent.

Sed nec dici potest Antichristo interfecto futuram hanc in vniuerso orbe euangelij prędicationem: post necem siquidem Antichristi ad finem vsque rerum humanarum breue tẽpus intercurret, vt postea docebimus copiosius. Atque adeò tunc commodè non poterit ad varias, easque vastissimas ac remotissimas regiones Christi euangelium perferri. Aliò siquidẽ mens piorum hominũ tunc abripietur, quippe in corrigendis transactæ vitæ erratis, in se colligendis, & ad imminentem mundi interitum, ac iudicium illud omnium terribilium terribilissimum, præparandis adlaborabunt studiosissimè.

Generalis prædicatio non fiet post interitum Antichristi. *Thesi vlt.*

Hæc cum ita se habeant, cum Antichristus non prius, sit emersurus, quam euangelicę doctrinæ lux orbem vniuersum collustrârit, plus satis temerarium esse Calculatoris nostri dogma de Antichristi natiuitate compertum est, cum siquidẽ plenis eructet follibus Antichristum anno 26. currentis seculi nasciturum, necesse est per totum simpliciter orbem intra decẽ annorũ decursum compleatur hæc prædicatio, vel 40. si de eius regno intelligatur.

Quod si de anno, quo regnum inchoaturus est Antichristus, est sermo, quadraginta annis hęc euangelij promulgatio consummetur oportet: asserit namque Calcul. quod Antichristus regnare incipiet anno 56. huius seculi currentis.

At incondita prorsus hæc sunt deliramenta. Cum enim vniuersalis prædicatio hæc euangelij prius complenda sit quam Rom. imperium prorsus de medio tollatur, vt in secundo aduentus Antichristi signo dicetur, hanc extremam proculdubio, Rom. imperij deuastationem præcedent innumeræ bellorum, seditionum, tumultuum, quibus totus opprimetur orbis, commotiones; regnorum variæ mutationes. Ipsius imperij in decem regna, diuisio, & alia signa quæ diuinitus sunt reuelata complebuntur. Quæ omnia quomodo tam exiguo possunt tempore consummari? Incerta igitur & ridicula hæc est Calcul. de natiuitate Antichristi vaticinatio.

Secundum pronuntiatum, nulla erit gens ad quam ante mundi occasum non sit perferendum euangelium, & ex quâ non sint aliqui credituri. Id propheticis oraculis fit clarissimum, in quibus Christo promittitur omnium gentium, nationumque possessio, dominium, ac veneratio. *Dominabitur*, ait Psalmi-
Psal.71. sta, *à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad*
Psal.85. *terminos orbis terrarum.* Item: *Omnes gentes quascumq; fecisti venient &c. Et adorabunt eũ*, sic
Soph.2. loquitur Sophonias, *omnes de loco suo, omnes*

in-

...gentium. Eodem ferè modo Malach. *Ab ortu solis, vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Igitur ante mundi conſummationem, totius mundi Christus dominatum accipiat, & poſſeſsionem oportet, ſtat quippè dominica promiſsio: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Omnes ſiquidem capaces ſunt euangelij, omnes promiſſæ Chriſto, ac beatitudinis æternæ ſunt participes. Malac. 1. Gen. 22.

Clariſſima etiam ſunt verba Chriſti: *Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc erit conſummatio. In vniuerſo orbe.* Hoc eſt in omnibus prouincijs & locis quæ homines inhabitant; proprie namque & non ſynecdochicôs verba hæc ſunt interpretanda. Quis enim neſciat iã iam mille quingentos & amplius annos per magnam orbis partẽ euulgatũ fuiſſe euangelium? Euanidum eſſet hoc conſummationis mundi ſignum, ſi in toto ſimpliciter orbe non prædicaretur, cum ſciamus primis viginti annis, vel vt alij volunt viginti ſex, hoc ſignum magna ex parte fuiſſe completum. Matt. 24.

Nec poteſt conuenienter dici Chriſtum ſolum ſignificaſſe non futuram ſeculi conſummationem donec præcedat vniuerſalis prædicatio. nam quod additur: *Et tunc veniet,* proximam conſecutionem vnius poſt aliud ſatis deſignat; & ſignificatur inter hanc prædicationem, & ſeculi interitum non futuram

magnam temporis moram.

Denique addit Christus euangelium esse prædicandum in vniuerso orbe *in testimonium omnibus gentibus*. Hoc est, ne vlla gens in extremo illo die iudicij aliquem possit suæ infidelitatis prætextum obtendere, ac dicere sibi lucem euangelij non effulsisse, *iustitiæ lumen non luxisse, & solem intelligentiæ sibi non esse ortum.*

Sap. 5.

Hoc etiam nostrum pronuntiatum confirmat DD. auctoritas.[a] August. multis in locis, & præcipuè in epist. ad Hesychium.[b] Prosperi,[c] Origenis, qui inter alia sic ait: *Si quis temerè dicere vult, prædicatum iam esse euangeliū in toto orbe, in testimoniū omnibus gentibus, consequenter dicere posit iam finem venisse.* Idem testatur [d] Damascenus,[e] Cyrillus,[f] Greg.[g] Beda,[h] Bernardus[i] Thomas & alij.

a Ad Hesy. epist. 79. & 80.
b De præ. & pro. Dei part. 3. c. 40.
c tract. 28. in Matth.
d l. 4. c. 27
e Cat. 15.
f lib. 35. mor. c. 15.
g Marci 24.
h lib. 3 de consid. ad Eugenium.
i lect. 3. in epist. ad Rom.

Satis igitur constat non prius refugam illum, & veritatis aduersarium prorupturum in medium, quam vbique terrarum fulgeat diuina prædicatio, euertatur superstitio, ac impius Dæmonum cultus conuellatur.

Tertium pronuntiatum. non sufficit gentibus christiani nominis fama, emanans ab ijs locis, in quibus euangelium diuulgatum est, vt dici queat annuntiatum esse ijs euangeliū, sed necesse est, vt Christi notitiam adhauriant, & vanos esse Deos suos cognoscant, vt in Christo saluté vnicè sitam esse sciant. Vt denique legē christianam esse puram, atque syncerè esse obseruan-

ſeruandam intelligant. Alioquin quis nõ perinde ignotum talibus euangelium ſentiat, atque ijs, qui nihil penitus audierunt? Rectè B. Proſper. *Nemo*, inquit, *audeat dicere vllam terræ prætermittendam eſſe regionem, in qua non ſint eccleſiæ tabernacula dilatanda. Dicente Deo ad filium: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* De lib. arb. ad Ruffinũ. Pſal. 2.

Sic igitur prædicandũ eſt omnibus gẽtibus euangeliũ, vt *ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis*, filij regni colligantur. Vnde nulla erit terræ regio, nullus terræ receſſus, nulla inſula ad quam non ſit euangelij enunciatio peruentura. Quippe ita euangelium per orbem vniuerſum prædicandum eſt, vt vbique, hoc eſt, in omnibus regionibus, & præcipuis prouincijs templa fundentur, vt Chriſtiana religio ſuſcipiatur & exerceatur. Et hoc modo Chriſtus vbique agnoſcatur & colatur. *Nam vt ſit eccleſia catholica non requiritur*, B. Auguſt. teſtante, *vt ſit in omnibus totius mundi hominibus, ſed tantum, vt innoteſcat omnibus prouincijs, & in omnibus fructificet: ita vt in omnibus prouincijs aliqui ſint de eccleſia*. Et hoc ſatis innuit B. Apoſt. in ſua Apoc. dum ex omni populo, & ex omni lingua dicit aliquos eſſe ſaluandos. Apoc. 7. Epiſt. 80. ad Heſy.

Neque his diſſona ſunt Chriſti verba, dum ait euangelium vbique prædicandum eſſe, *in teſtimonium omnibus gentibus*, quia euangelium vbique promulgatũ in teſtimonium præmij, ac mercedis erit credentibus: in teſtimonium autem

autem iudicij & condemnationis incredulis.

Quamuis igitur euangelica prædicatio sit per orbem vniuersum propaganda, non tamen ab omnibus recipietur, nec omnes ad Christum conuertentur, fidemque catholicã profitebuntur: sed ab ijs qui *præordinati sunt ad vitam.* Hac siquidem non obstante prædicatione infideles multi, tenebris excæcati in sua infidelitate sunt perseueraturi. Multi hæretici falsorum suorum dogmatum monstra, cum impudenti pertinacia defensuri. Judæorum plurimi Rabbinicis figmentis corde præfracto, ac indomabili adhæsuri.

Ex iam dictis palam fit, quod euangelium non per famam dumtaxat & rumorem cunctis gentibus innotescere, sed per proprios etiam prædicatores vbique fructificare debeat. Hoc siquidem modo & fructu in remotissimis regionibus disseminari hoc nostro tempore, constanti non sine magno gaudio fideliũ inde ad nos aduentantium hominũ sermone celebratur, ac passim scriptis peruulgatur.

Prædicatio generalis non est nostro tempore completa.

Quartum pronunciatum, hæc Euangelij promulgatio nostra hac ætate non est vbique gentium facta: nam quamuis ab anno quingẽtesimo supra millesimum in orbe terrarum plus incrementi fides sumpserit Christiana, & longius ac latius sit diffusa, quàm totis mille superioribus annis; multæ tamen adhuc regiones sunt, eæque amplissimæ, in quibus non est fides Christiana disseminata, nec proposita. Testantur nautæ terras oppositas esse, procul-

tulq; profpectas, non tamen exploratas.

Cofmographi etiam in chartis maritimis quædam ignota littora Oceano affingunt. Imò inter detectas regiones multas adhuc esse, quibus nondum lux euangelij affulserit, pro constanti habetur. Nam de illis regionibus, quæ nondum in America sunt patefactæ, quæ sanè dicuntur esse ingentes, atque vastissimæ, vt tota continens quæ supra fretum Magellanicum ab Oriente in Occidens, atque etiam in Austrum excurrit, cum proximis insulis: insuper mille & amplius leucarum spatio protensa tellus inter Peru & Brasiliam, Adhæc totus terrarum tractus, qui supra floridam in Aquilonem extenditur: rursumque & illa portio, quæ supra caput mendocinum, & Californias, versus Orientem, & Septentrionem diffundatur. De his, inquam, amplissimis terræ portionibus, quæ adhuc manent incognitæ, existimamus in illis nondum hac etiam nostra ætate prædicatam Christianam religionem, adhucque isto nostro tempore manere errorum tenebris obcæcatas, sperandum tamen breui fauente Dei clementia aperiendas & perlustrandas esse, ac in illas inferendum euangelium & plantanda christiana sacra: neque enim finis rerum, & Antichristus venturus est, quousque terræ, atque insulæ, quæ manent incognitæ aperiantur, in illisque euangelium annuncietur.

Superſunt multæ pronunciæ ad quas non peruenit prędicatio.

Atque tantæ huic rei amplam viam munire

nire

nire Hispanorũ conatus iam cernimus. Gratiæ immensæ summo rerum opifici reddantur, quod tot iam insulæ, ad quas hactenus Euangelij sonus non peruenerat, infinita eiusdem Saluatoris bonitate, per R. Patres Societatis Iesu, per Dominicanos, Franciscanos (ne quospiam merita laude fraudemus) & aliorum ordinum verbi Dei ministros, Euangelium iam audiunt, & cum gaudio recipiunt, quod sanè vberrimo fructuum prouẽtu mirificè crescit & fructificat, innumeris infidelibus ad Christi ecclesiam sese aggregantibus.

Prædicatio hæc facta est per totum veterem orbem.

Quod verò ad regna & prouincias huius veteris orbis attinet, quem incolimus & in Asiam, Africam & Europã distinguitur (nihil enim iam de Sinarum regione, & de tota America seu nouo orbe) non negamus, quin per hos mille sexcentos & sexdecim annos quibus Euangelium iam viuit in mundo, Euangelium sit amplexatus; quamuis in multis huius veteris orbis prouincijs euangelij Christi memoria, inualescentibus Satanæ religionibus postmodum penitus extincta, & obliterata remanserit.

Cæterum non videtur necessarium vt per hanc euangelij prædicationem efficiatur, vt aliquo tempore ante iudicium vniuersus mundus, totus simul in Christũ credat & catholicam amplectatur religionem: nam satisfit Christi prædictioni, si Euangelium in toto mundo tempore succedente annuncietur. Arbitramur enim, quod si post prædicatum ritè Euan-

Euangelium, nimirum cum aliquorum fidelium conuersione, fundatione ecclesiarum, in aliqua prouincia contingat ipsam, vel per hęresim, vel per apostasiam, aut paganismum, ita penitus à fide deficere, vt Euangelij omnis prorsus memoria excidat & deleatur, nihil est necesse, vt in eadem iterum Euangelium promulgetur, antequam Antichristus adueniat, cum iam in eiusmodi regionibus Christus aliquando regnauerit, & multi salutem fuerint consecuti, nam ex nulla prophetia, aut scripturæ testimonio contrarium potest colligi, nempe iterum ibi esse prædicandū vbi prædicatū fuit: aut illas gentes iterum conuertēdas quæ semel suaui Christi, iugo subiectæ fuerūt.

Vbi semel sufficienter fuit prædicatū Euāgeliū non est necesse vt iterum ibidē prędicetur.

Non igitur videtur necessarium, vt prius in tota Asia vel Africa iterum prædicetur, quā Christus viuos & mortuos iudicaturus adueniat: nam in ijs pronuncijs fundatæ fuerunt ecclesiæ, multi militiæ Christi nomen dederunt, ac salutem consecuti sunt. Et licet definitè negari non possit, ita esse futurū, quia hoc etiā ignoratur: tamen neq; affirmari potest, cū non sit reuelatum. Quod si sæpius contingat, vt in vna aliqua prouincia semel & iterum Euangelium prædicetur, hoc quidem pertinere ad vberiorem, non tamen necessariam Euangelij promulgationem, existimamus. At de his egerunt plenius eruditi recentiores.

Suarez tom 2. in 3 p. d. Tho. disp. 56 sect. 1.

Quintum, & vltimum pronuntiatum. Pręsciri nō potest nisi diuinitus reueletur, quādo Euangelium per orbē vniuersum sufficienter per proprios destinatos legitimosq; ministros

xit: *Erit tunc tribulatio magna.* Loquitur igitur Christus de tribulatione illa, post quam statim secuturus est mundi interitus, quæ non alia erit proculdubio nisi pressura Antichristi.

Cæterum quam etiam pronunciatum nostrum rationi consonum sit inspectius examinemus. In confesso est Antichristi tempore omnium quas vnquam mundus tulit. tristissimam futuram calamitatem; cum violentissima siquidem ferocitate nedum in corpora, sed in animas etiam ipsas debacchabitur perditissimus ille peccati filius. Immensa ipsius suorumque ministrorum atrocitas non sinet publica & aperta religionis opera, ac munera exerceri; fugatis, dispersis, & latibula petentibus christianis. Omnia sacra diuinaque impediet, violabit, exterminabit. Quis igitur in hac omnium truculentissima persecutione, in hac rerum omnium perturbatione & ataxia poterit esse prædicationi euangelij locus?

Deinde oportere videtur, vt antequam Antichristus suam auspicetur tyrannidem, iam sit in vniuerso mundo euangelium annunciatum, ne quæ Antichristo credituræ sunt nationes, vllam possint obtendere ignorantiæ excusationem, quod Antichristum admiserint, ob eam causam, quod nunquam ipsis annuntiatus sit Christus: nam vbique terrarum fulgente, & corruscante euangelio, nulla relicta orbis parte, quæ aliquo saltem tempore

tempore illud non audierit, tametsi alicubi postea eius memoria extincta fuerit: (quod ita vix fieri putamus, vt non plurima perpetuò remanserint semina, ac vestigia christianæ religionis ibidem apud multos propagitæ:) tenentur sanè posteriores diligenter perscrutari, quid eorum maiores de vera religione sensissent.

Generalis prædicatio non fiet post interitum Antichristi. Thesi vlt.

Sed nec dici potest Antichristo interfecto futuram hanc in vniuerso orbe euangelij prędicationem: post necem siquidem Antichristi ad finem vsque rerum humanarum breue tẽpus intercurret, vt postea docebimus copiosius. Atque adeò tunc commodè non poterit ad varias, easque vastissimas ac remotissimas regiones Christi euangelium perferri. Aliò siquidẽ mens piorum hominũ tunc abripietur, quippe in corrigendis transactæ vitæ erratis, in se colligendis, & ad imminentem mundi interitum, ac iudicium illud omnium terribilium terribilissimum, præparandis adlaborabunt studiosissimè.

Hæc cum ita se habeant, cum Antichristus non prius, sit emersurus, quam euangelicę doctrinæ lux orbem vniuersum collustrârit, plus satis temerarium esse Calculatoris nostri dogma de Antichristi natiuitate compertum est, cum siquidẽ plenis eructet follibus Antichristum anno 26. currentis seculi nasciturum, necesse est per totum simpliciter orbem intra decẽ annorũ decursum compleatur hæc prædicatio, vel 40. si de eius regno intelligatur.

ipsius gentium. Eodem ferè modo Malach. *Ab ortu solis, vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Igitur ante mundi consummationem, totius mundi Christus dominatum accipiat, & possessionem oportet, stat quippè dominica promissio: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Omnes quidem capaces sunt euangelij, omnes promissæ Christo, ac beatitudinis æternæ sunt participes. *Malac.1.* *Gen.22.*

Clarissima etiam sunt verba Christi: *Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc erit consummatio. In vniuerso orbe.* Hoc est in omnibus prouincijs & locis quæ homines inhabitant; propriè namque & non synecdochicōs verba hæc sunt interpretanda. Quis enim nesciat iá ante mille quingentos & amplius annos per magnam orbis parté euulgatū fuisse euangelium? Euanidum esset hoc consummationis mundi signum, si in toto simpliciter orbe non prædicaretur, cum sciamus primis viginti annis, vel vt alij volunt viginti sex, hoc signum magna ex parte fuisse completum. *Matt.24.*

Nec potest conuenienter dici Christum solum significasse non futuram seculi consummationem donec præcedat vniuersalis prædicatio. nam quod additur: *Et tunc veniet,* proximam consecutionem vnius post aliud satis designat; & significatur inter hanc prædicationem, & seculi interitum non futuram

magnam temporis moram.

Denique addit Christus euangelium esse prædicandum in vniuerso orbe *in testimonium omnibus gentibus*. Hoc est, ne vlla gens in extremo illo die iudicij aliquem possit suæ infidelitatis prætextum obtendere, ac dicere sibi lucem euangelij non effulsisse, *iustitiæ lumen non luxisse, & solem intelligentiæ sibi non esse ortum*.

Sap. 5.

Hoc etiam nostrum pronuntiatum confirmat DD. auctoritas. [a] August. multis in locis, & præcipuè in epist. ad Hesychium. [b] Prosperi, [c] Origenis, qui inter alia sic ait: *Si quis temerè dicere vult prædicatum iam esse euangeliũ in toto orbe, in testimoniũ omnibus gentibus, consequẽter dicere possit iam finem venisse*. Idem testatur [d] Damascenus, [e] Cyrillus, [f] Greg. [g] Beda, [h] Bernardus [i] Thomas & alij.

a Ad Hesy. epist. 79. & 80. b De præ. & pro. Dei part. 3. c. 40. c tract. 28. in Matth. d l. 4. c. 27 e Cat. 15. f lib. 35. mor. c. 15. g Marci 24. h lib. 3 de consid. ad Eugenium. i lect. 3. in epist. ad Rom.

Satis igitur constat non prius refugam illum, & veritatis aduersarium proruptu-rum in medium, quam vbique terrarum fulgeat diuina prædicatio, euertatur superstitio, ac impius Dæmonum cultus conuellatur.

Tertium pronuntiatum. non sufficit gentibus christiani nominis fama, emanans ab iis locis, in quibus euangelium diuulgatum est, vt dici queat annuntiatum esse ijs euangeliũ, sed necesse est, vt Christi notitiam adhauriant, & vanos esse Deos suos cognoscant, vt in Christo salutẽ vnicè sitam esse sciant. Vt denique legem christianam esse puram, atque syncerè esse obseruan-

ſeruandam intelligant. Alioquin quis nō perinde ignotum talibus euangelium ſentiat, atque ijs, qui nihil penitus audierunt? Rectè B. Proſper. *Nemo, inquit, audeat dicere vllam terræ prætermittendam eſſe regionem, in qua non ſint ecclesiæ tabernacula dilatanda. Dicente Deo ad filium: Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* *De lib. arb. ad Ruffinū.* *Pſal. 2.*

Sic igitur prædicandū eſt omnibus gētibus euangeliū, vt *ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis*, filij regni colligantur. Vnde nulla erit terræ regio, nullus terræ receſſus, nulla inſula ad quam non ſit euangelij enunciatio peruentura. Quippe ita euangelium per orbem vniuerſum prædicandum eſt, vt vbique, hoc eſt, in omnibus regionibus, & præcipuis prouincijs templa fundentur, vt Chriſtiana religio ſuſcipiatur & exerceatur. Et hoc modo Chriſtus vbique agnoſcatur & colatur. *Nam vt ſit eccleſia catholica non requiritur*, B. Auguſt. teſtante, *vt ſit in omnibus totius mundi hominibus, ſed tantum, vt innoteſcat omnibus prouincijs, & in omnibus fructificet: ita vt in omnibus prouincijs aliqui ſint de eccleſia*. Et hoc ſatis innuit B. Apoſt. in ſua Apoc. dum ex omni populo, & ex omni lingua dicit aliquos eſſe ſaluandos. *Apoc. 7.* *Epiſt. 80. ad Heſy.*

Neque his diſſona ſunt Chriſti verba, dum ait euangelium vbique prædicandum eſſe, *in teſtimonium omnibus gentibus*, quia euangelium vbique promulgatū in teſtimonium præmij, ac mercedis erit credentibus: in teſtimonium autem

culq; prospectas, non tamen exploratas.

Cosmographi etiam in chartis maritimis quædam ignota littora Oceano affingunt. Imò inter detectas regiones multas adhuc esse, quibus nondum lux euangelij affulserit, pro constanti habetur. Nam de illis regionibus, quæ nondum in America sunt patefactæ, quæ sane dicuntur esse ingentes, atque vastissimæ, vt tota continens quæ supra fretum Magellanicum ab Oriente in Occidens, atque etiam in Austrum excurrit, cum proximis insulis: insuper mille & amplius leucarum spatio protensa tellus inter Peru & Brasiliam, Adhæc totus terrarum tractus, qui supra floridam in Aquilonem extenditur: rursumque & illa portio, quæ supra caput mendocinum, & Californias, versus Orientem, & Septentrionem diffundatur. De his, inquam, amplissimis terræ portionibus, quæ adhuc manent incognitæ, existimamus in illis nondum hac etiam nostra ætate prædicatam Christianam religionem, adhucque isto nostro tempore manere errorum tenebris obcæcatas, sperandum tamen breui fauente Dei clementia aperiendas & perlustrandas esse, ac in illas inferendum euangelium & plantanda christiana sacra: neque enim finis rerum, & Antichristus venturus est, quousque terræ, atque insulæ, quæ manent incognitæ aperiantur, in illisque euangelium annuncietur.

Supersunt multæ pronunciæ ad quas non peruenit prędicatio.

Atque tantæ huic rei amplam viam munire

nire Hispanorũ conatus iam cernimus. Gratiæ immensæ summo rerum opifici reddantur, quod tot iam insulæ, ad quas hactenus Euangelij sonus non peruenerat, infinita eiusdem Saluatoris bonitate, per R. Patres Societatis Iesu, per Dominicanos, Franciscanos (ne quospiam merita laude fraudemus) & aliorum ordinum verbi Dei ministros, Euangelium iam audiunt, & cum gaudio recipiunt, quod sanè vberrimo fructuum prouētu mirificè crescit & fructificat, innumeris infidelibus ad Christi ecclesiam sese aggregantibus.

Prædicatio hæc facta est per totum veterem orbem.

Quod verò ad regna & prouincias huius veteris orbis attinet, quem incolimus & in Asiam, Africam & Europã distinguitur (nihil enim iam de Sinarum regione, & de tota America seu nouo orbe) non negamus, quin per hos mille sexcentos & sexdecim annos quibus Euangelium iam viuit in mundo, Euãgelium sit amplexatus; quamuis in multis huius veteris orbis prouincijs euangelij Christi memoria, inualescentibus Satanæ religionibus postmodum penitus extincta, & obliterata remanserit.

Cæterum non videtur necessarium vt per hanc euangelij prædicationem efficiatur, vt aliquo tempore ante iudicium vniuersus mundus, totus simul in Christũ credat & catholicam amplectatur religionem: nam satisfit Christi prædictioni, si Euangelium in toto mundo tempore succedente annuncietur. Arbitramur enim, quod si post prædicatum ritè

Euan-

Euangelium, nimirum cum aliquorum fidelium conuersione, fundatione ecclesiarum, in aliqua prouincia contingat ipsam, vel per hęresim, vel per apostasiam, aut paganismum, ita penitus à fide deficere, vt Euangelij omnis prorsus memoria excidat & deleatur, nihil est necesse, vt in eadem iterum Euangelium promulgetur, antequam Antichristus adueniat, cum iam in eiusmodi regionibus Christus aliquando regnauerit, & multi salutem fuerint consecuti, nam ex nulla prophetia, aut scripturæ testimonio contrarium potest colligi, nempe iterum ibi esse prædicandũ vbi prædicatũ fuit: aut illas gentes iterum conuertẽdas quæ semel suaui Christi, iugo subiectæ fuerũt.

Vbi semel sufficienter fuit prædicatũ Euãgeliũ non est necesse vt iterum ibidẽ prędicetur.

Non igitur videtur necessarium, vt prius in tota Asia vel Africa iterum prædicetur, quã Christus viuos & mortuos iudicaturus adueniat: nam in ijs pronuncijs fundatæ fuerunt ecclesiæ, multi militiæ Christi nomen dederunt, ac salutem consecuti sunt. Et licet definitè negari non possit, ita esse futurũ, quia hoc etiã ignoratur: tamen neq; affirmari potest, cũ non sit reuelatum. Quod si sæpius contingat, vt in vna aliqua prouincia semel & iterum Euangelium prædicetur, hoc quidem pertinere ad vberiorem, non tamen necessariam Euangelij promulgationem, existimamus. At de his egerunt plenius eruditi recentiores.

Suarez tom 2. in 3 p. d. Tho. disp. 56 sect. 1.

Quintum, & vltimum pronuntiatum. Pręsciri nõ potest nisi diuinitus reueletur, quãdo Euangelium per orbẽ vniuersum sufficienter per proprios destinatos legitimosq; ministros

cum effectu, & reali fructu seminis Dei, ita vt in qualibet totius orbis regione,& aliqui conuersi fuerint ad fidem, & fundatæ ibidem fuerint ecclesiæ, euulgatum erit, vt hinc aut venturo Antichristo, aut mundo perituro, certum determinatumque tempus præfiniatur.

Ad Hesy. Epist. 80.

Ioseph. à Costa li. 1. de temp. nouiss. c. 18

Priorem huius pronunciati partem, vt verissimam D. Aug. amplectitur. *Latet*, inquit, *quando euangelio vniuersus orbis implebitur*. Et hoc apposita similitudine ostendit à Costa. *Sicut de paradiso terrestri, quantumuis mariu & terrarum obeatur, nemo situm aut locum potest edicere, ita neq; pronunciare quisquam potest nullam aliam terræ regionem nullam continentem nullam insulam vltra superesse.*

Non potest prænuntiari quantum temporis futurum sit à completa euangelij per totum orbem prædicatione, vsque ad aduentum Antichristi.

Posterior pars etiã, vt certa probatur: cum enim, vt diximus, hæc generalis prædicatio Antichristi aduentum præcurrere debeat, quis diuinus quantum temporis inter prædicatam hanc,& Antichristum intercipi debeat præcinuerit? Quomodo hæc signa incipiant, quantum temporis inter vnum,& alterum interponatur, nemini exploratum est.

Non scripturâ scitur, cum id non exprimat; non naturali ratione,cùm in ijs, quæ ex solo Dei nutu dependent,locum non habeat. Restat, vt reuelatione sciatur, at probabiliter creditur nec hoc modo sciri, quia non expedit.

Exemplo res fiat illustrior,quanta temporis mora inter vltimum signum,& Christi aduentum

uentum futura sit, quis, per omnia sacra obtestor, hominum scire potest?

Licet enumeratis signis; quæ proximè Christi aduentum præcedent scriptum sit: *Cũ hæc fieri videritis, scitote, quia prope est in ianuis; non tamen proximum*, illud tempus quantum sit determinatur, nec positiuè illius quantitas apparet, apparet tamen negatiuè quod magnum non sit. *Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.*

Eodem planè modo; licet Christus hac completa prædicatione, dicat futuram consũmationem; nemo tamen tam felix augur fuerit, qui possit præfinire, & præcisum tempus assignare, quod ab ipsa prædicationis completione, ad ipsam vsque decurret seculi consummationem.

Ex dictis euidens fit quam vana, incerta, & inanis sit illa coniectura, quâ dicit Calculator, intra 40. annos posse fieri in toto orbe Euangelij predicationem, nec tam inaccessum esse, tam ab omni hominum consortio remotum in terris populum, ad quem hæc Euãgelij prædicatio non sit diffundenda. Hoc siquidem ab hominum cognitione prorsus remotum est: Non est fatemur abbreuiata manus Domini, posset que si ita expedire videretur, paucorum annorum decursu lux prædicationis euangelicæ in toto orbe inclarescere. Quin & ea videntur instare tempora, in quibus iuxta Dei decretum, impleri debeat hæc euangelij annuntiatio; cæterum quid voluntatis diuinæ sit, frustra nititur homo peruestigare.

Latet prorsus homines quando complebitur hæc vniuersalis prædicatio.

O Vtin-

Vt interim hic omittam quæ Euangelij propagationi in tam multis, tam distātibus, ac varijs prouincijs remoram possunt inijcere, compertum est quibus, periculis, difficultatibus ac vitæ discriminib. sunt obiecti quotquot infidelibus veram Christi fidem denunciare contendunt. sanè qui in falsorum deorum cultu, aut impia aliqua secta consenuerunt, nouellos hos Euangelij prouulgatores oderunt cane peius & angue, eos vt hostes humani generis omni persecutionum genere diuexāt, nec se facile à maiorũ suorum institutis, ritibus, ceremonijs, nisi Dei digitus adsit, qui quocumque vult inclinat homines, auelli patiuntur. At de his thes. seq.

THESIS XXIX.

Calculat. *Quod si Diuus Paulus annis plus minus 36. verbum veritatis tot Prouincijs dissemnauit, & tot diuersas nationes ad Christi ouile adduxit; vt sicut ipse fatur Rom. scribens,* Rom. 1. *fides Catholica fuerit in vniuerso mundo annuntiata, & prædicata, in vniuersa creatura, quæ sub cælo est; sic enim loquitur Colossen.* Col. 1. *Vel si (vt Chrysost. homil. 76. in Matth. dicit) 20. annis aut adsummum 30. ad omnes oras orbis Euangelium pertransierit, nunquid*

quid tot pij, tot docti viri nunc totum peragrantes orbem, & fidem Christi ausu generoso prædicantes annorum 40. spatio, (tot enim vsque ad Antichristi regnum intercurrent) quod remanet gentium in Christi Caulam poterunt euocare?

Respon. Si per B. Paulum, & primos illos euangelicæ vitæ coryphæos, mundus Diabolica tyrannide excussa, Christiano cultu breui tempore imbutus est, non est quod quis demiretur, nam vt testis est Diuus Paulus: *Vbi abundauit delictum. superabundauit gratia.* Equidem primi illi Ecclesiæ Architecti tot cælestibus subsidijs, virtutibus, ac donis exornati fuerunt, vt in ijs, nihil eorum, quæ ad munus verbi vitæ disseminandi, erant necessaria, potuerit desiderari. *Rom. 5.* Apostoli compositæ fuerunt sanctitatis & cuiusuis perfectionis.

His igitur diuinis muneribus, vt armis instructi, in arenam cum dæmone, & mundo concertaturi, nulla habita laboris, vitæque ratione descendebant. Charitate imprimis exæstuantes, terrenis rebus, quas mundus pro numine habet, concultatis cælestibus dumtaxat inhiabant; suæ, ac aliorum saluti strenuè inuigilabant.

Spe præmij erecti quicquid aduersi erat placidè, tranquilleq; ferebant; non concidebant animis, sed quicquid à Deo immittebatur

Homil. 9. in Exod. summi beneficij loco habendum esse duce-bant. Rectè Origenes: *Futurorum bonorum spes laborantibus requiem parit; sicut in agone positis dolorem vulnerum mitigat spes coronæ.*

Apostoli charitate, spe, cōsolatione spirituali, sapientia, scientia, facundia, miraculorum patrandorū potestate, omnibus alijs hominibus præstabāt. Cælestibus perfusi consolationibus, & incredibili diuini spiritus ardore inflammati, frangebant quicquid difficultatis, aut laboris occurreret.

Eminenti, quâ diuinitus exuberabant sapientiâ, quoscumque ratione superabant. Hoc promiserat Christus: *Dabo vobis, os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.* *Mar.13.* *Luc.21.* Fallaci igitur doctrinæ, sacras scripturas, quarum cognitione apprimè exculti erant, obijciebant.

Omnigenarum rerum etiam collustrati scientia, quoscumque huius mundi sapientes, nullo negotio, retundebant, vt vel hinc omnibus admirationi essent, & stupori.

Sed & in admirationem mundum rapiebat profluuium diuinæ eloquentiæ, quo primi illi Babylonis expugnatores excellebant, & cui nullus poterat resistere. Hac ratione fallacem auctoritatem acerrimâ obiurgatione compescebant. Sic in Simonem illum, dum Apostolicam auctoritatem sibi pecunia studeret comparare, inuectus est Princeps Apostolorum Petrus: *Act.8.* *Infelle*, dicebat, *amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.*

Et vt infernum cum omnibus eius viribus, tyrannorumque potentiam infringerent eximiâ miracula patrandi potestate, donati erant,

rū, ita vt magnitudo, & pluralitas miraculorū mundum redderet attonitum. Falsis igitur miraculis vera obiectabant, quorum veritas ex ipsis rebus constabat luculentissimè, quippe ad quas prorsus inutilis esset magorum facultas. Sed quid multis moror? Omnibus his priuilegijs, omnibus diuini spiritus donis præmuniti primi orbis debellatores, nouellam Ecclesiam paucis annis & plantarunt, & fœliciter propagârunt.

Doctè Origenes: *Arma*, inquit, *quibus hi Christi Athletæ mundo dæmonem eiecerunt, non terrea fuerunt, non validi exercitus, non Rhetoricorum pompa verborum, non inanis philosophorum sapientia, non amplæ diuitiæ: Sed fides viuacissima, fortitudo, patientia, constantia, fidelitas in creatorem sincerissima, animus generosus.* Homil. 7. in Iosue.

Arma, quibus sibi orbem subiecerūt Apostoli.

His armis, his virtutibus desuper collatis Diabolum vicerunt, altaria idololatrarum euerterūt, statuas conculcarunt, & tandem de mundo, hominibusque omnibus triumpharunt. Gloriosa victoria, diuus pugnandi modus, potentissima arma.

Porrò si interius ab omnipotente Deo sub sidijs præditi erant Apostoli, etiam externa suppetebant ad Christi fidem dilatandam aptissima. Inter hæc principem ferè locum obtinebat audientium ad credendum promptitudo: Nam ij quos diuina bonitas è perditionis fouea decreuerat eripere, verbi vitæ prçconibus beneuolas ac faciles accomodabant aures, quod quam verum sit, clarè testantur Acta Apostolorum. Et licet infidelium furor

Promptitudo audientiū, cōstātia, duratio ritus Christiani, vitæ ac doctrinæ Apostolorum puritas, mirum in modum Ecclesiæ fundatoribus opitulabantur.

tate poterant, nec ratione superari. His itaque armis primi fidei satores hostes suos subijciebant, debellabant, expugnabant.

Et quamuis talia fuerint primitiuæ Ecclesiæ fundamenta, tamque præclari Christi legati, quantæ tamen difficultatis, ac molestiæ fuerit Euangelij ipsius semina in sterili, atque inculto huius orbis agro plantare, & veluti in stupida hominum pectora regni fidem infundere, clarè eloquuntur tot tormenta, tot cruces, tot furcæ, virgæ, fustes, ignes, pugiones, claui, mallei, incudes, cacabi, sartagines, crates, funes, compedes, carceres quibus veritatis testes excruciati sunt, & excarnificati.

Ingenti cum labore & difficultate infidelibus propositum fuit sacri dogma Euangelij.

Nolebat rebellis insolensque orbis eò adduci, vt Christianæ veritatis præconibus fidem adhiberet. Reluctabantur humanæ ceruices, recalcitrabant cerebroli, *nam Caro concupiscit aduersus spiritum*. Irridebant & conculcabant Christi Athletas idololatræ, nec ita factu facile fuit è *lapidibus suscitare filios Abrahæ*. In hanc sententiam Isa. *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* Affligebat sanè mundus nouos euangelicosque Israelitas, qui circumcisi erant, *circumcisione non manu facta, sed spiritu Dei viui in expoliationem carnis*.

Ad Gal. 5
Matth. 3.
Isa. 52.
Collo. 2.

Confringebat, ac dilacerabat sacros illos vtres, diuini numinis spiritusq; plenos, sceleratissimus orbis: quanto enim Deus bone, prima illa christianæ fidei radix, paganitatis, aut Iudaicæ superstitionis occasione, maduit sanguine? quot martyrum millia genuit? quam acerbam, & calamitosam pijs omnibus præbuit tempestatem? quot Christi ouiculas deuorarunt lupi? Quæ platea, quod rus non rubebat cruore apud Afros, Græcos, Asianos, Romanos?

Numerus martyrũ Romæ occisorum.

Quis non obstupescat ad ingentem in vna Romana ciuitate mactatorum martyrum numerum? Diligenti siquidem eruditorum obseruatione annotatum habetur, numerari plusquam ter centena martyrum millia in sola Roma interfectorum (vt omittamus innumerabiles martyres à Romanis præfectis per varias prouincias & vrbes extra Romam crudeliter interfectos.) Atque ex eius summis pontificibus viginti septem martyria occubuisse constans est omnium sententia.

Iudæi obsistebant Euangelij prædicationi.

Ex dictis igitur nemo, nisi cæcus nôn discernit quanto sanguine confirmatũ sit Christi Euangelium, quanto labore sudârint Christi famuli in defendenda, propaganda, ac persuadenda Euangelij veritate. Quamuis inter infideles non defuerint, quos euangelica prædicatio aliquanto repererit tractabiliores, faciliusque ad veritatis cognitionem perduxerit: nempe ij *qui præordinati erant ad vitam*. Quin etiam euangelij propagationi remoram inijciebat

fiebat Iudæorum perfidia; nam, teste Oecumenio, *Priusquam Paulus Romam accederet, admoniti erant Iudæi, ne prædicationem de Christo susciperent; nec ipsi soli, sed vbicumque terrarum dispersi erant: sacerdotes enim qui Ierosolymam inhabitabant, vna cum Scribis, ac senioribus litteras exarauerant, quas in omnes gentes, ad iudæos vbicumque dispersi essent, transmitterent, Christi doctrinam calumniãtes, tamquam à Deo alienam. Admonebant etiam per epistolas ne eam susciperent.* Hæc ille.

Præf. in Epist. Pauli in scholio, & in 8. act.

Iudæorũ peruersitas.

Verumenimuerò quod 40. annorum euolutione totum vniuersum, vt vult Calculator noster, sit rore prædicationis irrigandum, & omnes gentes ad Christi fidem sint conuertendæ, solus ille nouit, cuius nutu, & arbitrio tempora & momenta excurrunt, & scientiæ cuius rerum ordinatissima series, vel ad motum vsque puluisculi præsentissima est.

Vtrũ prædicatio euangelij spatio 40. annorum sit totum peruasura orbem.

Ipsa regni Sinarum, vt alia omittam, ad fidem Christi conuersio, quantæ hoc tempore sit difficultatis, his verbis indicat Maffæus: *In hosce, ait, mores, & instituta, Christi disciplinã inserere, quantæ sit molis, quilibet nõ imperitus verum existimator facilè iudicauerit. Obstant regia edicta, & difficultas introitus; obstant conspirationes Antistitum, quæ peregrina in eas terras inferri sacra, & extorqueri sibi nefarios quæstus, & coargui mendacia minimè patiuntur. Obstant regionis ferocitas, & libdinum illecebræ, & cætera malorum irritamenta, ex quo nihil cælesti philoso-*

Histo. Ind. lib 6.

Difficultas ad fidẽ christianã adducẽdi Sinas.

Ruffinus affirmat Apostolorum ætate euangelium non fuisse prædicatum in vlteriori India. *Lic.1.hi-stor.c.9.*

D. August. hac de re sententiam audiamus: *Quod enim putat venerabilitas tua iam hoc, nempe, quod euangelium in toto orbe sit prædicatum per ipsos Apostolos, factum non ita esse certis argumentis probaui: sunt enim apud nos, hoc est in Africa, barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nõdum esse prædicatum euangelium, ex his qui ducũtur inde captiui, & Romanorum seruitijs iam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est.* *Epist.80. ad Hesyc.*

S. Prosper: *Scimus quidem,* ait, *in omnes fines terræ euangelium destinatum, sed non putamus iam in omnibus terræ finibus prædicatum.* *Ad capitula Gallorũ, c. 4.*

Quid quod & ipse Bernardus disertè asserit, suo tempore, nempe circa annum Domini millesimum ducentesimum, per totum orbem completam non fuisse euangelij prædicationem? Hanc etiam assertionem, de non annunciato per vniuersum orbem euangelio plures recentiores vt probabiliorem amplectuntur. Viguerius in institut. cap. 1. §.2. v.8. Caietanus in 24. cap. Matthæi. Titelmannus in 24. cap. Matthæi. Bellarminus de Summo Pontif. lib.3. cap.4. Ribera in 4. Mich. Suarez tom.2. disp.56. sect.1. & alij.

Confirmat etiam hanc sententiam nouarum insularum inuentio, nostra memoria facta, quarum nullus antiquorum Historiographorum, aut Cosmographorum meminit, in quibus sunt Antipodæ, qui

antea

antea nec in communi, nec in particulari quicquam de Christo audiuerunt, vt plures testantur historiographi. Quamuis B. Augustinus Antipodas esse negauerit, in quam etiã sententiam alij quidam deuecti sunt: at nunc contrarium plus satis docet experientia.

Aug li. 16. de ciuit. c. 9. Lact. li. 3. diu. inst. c. 24. Procop. in comment. in Gen.

Non desunt qui duas in speciem contrarias de prædicatione euangelij per vniuersum orbem, opiniones in hunc modum conciliare conati sint: Aiunt enim bifariam intelligi posse euangelium Christi prædicatum fuisse iam tempore Apostolorum in vniuerso orbe.

Duæ contrariæ de prædicatione euangelij in vniuerso orbe sententiæ vt sint conciliandæ.

Primo per diuulgationẽ ipsius, quacunque id ratione factum fuerit, siue per prædicatores præsentes, qui illud annunciauerint, siue per famam, ac rumorem de gente in gentem permeantem: Et hac ratione verum quidem esse volunt euangelium iam tempore Apostolorum diuulgatum esse per totum orbem, & hoc tantum asseruisse auctores sententiæ affirmatiuæ, qui nimirum asserunt fuisse euangelium per orbem vniuersum denunciatum Apostolorum tempore; nec id negare potuisse, qui alteram amplexi sunt opinionem: siquidem nulla tunc extitit tam barbara natio, tam immanis tamque adeò remota, quæ saltem ex vicinis & proximis regionibus, vel ex nuncijs allatis, vel quouis alio modo tenuem euangelij auram, ac lenem famam non acceperit.

Prædicatio hæc duobus modis potest fieri.

Alio modo, inquiunt, posse intelligi euangelium viuentibus Apostolis prædicatum fuisse

ille per omnes mundi oras, per proprios tantum ac destinatos, legitimosque, & ordinarios institutos verbi ministros, & concionatores, cum vero effectu, & reali fructu seminis Dei, ita vt in qualibet totius orbis regione, & aliqui conuersi fuerint ad fidem, & fundatæ fuerint ibidem ecclesię &c.

Et hoc pacto asserunt tempore Apostolorum non fuisse euangelium prædicatum in omnibus orbis prouincijs, ac regnis, sed profecto hoc pacto diuulgandum & proculdubio prædicandum fore ante aduentum Antichristi, & mundi consummationem. Et hoc tantum existimare auctores negantis sententiæ, nec qui alteram tutantur opinionem, posse inficias ire.

Et hauddubiè Christi auctoritas: *Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio*, non de alia prædicatione, nisi de ista secundi generis per præsentes & legitimos ministros cum vero aliquo conuersionis fructu, aliquarum ecclesiarum fundatione, est interpretanda. Per orbem verò vniuersum omnes intelligimus prouincias, regna atque insulas alicuius momenti, totius quam latè diffunditur orbis, vt præcedenti thesi adnotauimus. *Matt. 24.*

Iam Calculatoris obiecta argumenta refellamus. Quod ad auctoritatem Pauli attinet, desumptam ex epistola ad Romanos: *quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.* Et ad alteram, quæ sic habet: *Verbum veritatis* **Refelluntur obiectiones Calculator.** *Rom. 1.* *Ad Col. 1.*

tis peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit. Generali responsione his & similibus occurri potest, si dicamus Apostolum loqui de ijs dumtaxat, qui Romano parebant imperio: Romani siquidem imperium suum, quò latissimè patere significarent, vniuersum orbem appellabant, iuxta illud: *Exijt edictum à Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis*. Deinde rectè dicit D. Paulus annunciari, & non annuntiatum iam tunc fuisse, quia in dies magis magisque diuulgabatur & propagabatur in orbe.

Vel dici potest Paulum tantum asseruisse suo tempore fuisse iam prædicatum euangelium in toto orbe, saltem per famam, ac rumorem, non tamen per proprios & præsentes ministros, cum aliquo fructu, & ecclesiarum plantatione: nam hoc erit futurum circa tempora aduentus Antichristi.

Loquitur igitur Paulus vel de prædicatione per famam & rumorem, vel certè figuratè, ita vt cum dicitur euangelium prædicatum in omni creatura, in omni terra, in vniuerso mundo, hoc non vniuersè sed hyperbolicè, pro maiori parte, seu pro prouincijs Romano imperio subiectis interpretandum sit. Di verba etiam Diui Pauli ex epistola ad Colossenses prima, intelligenda sunt per hyperbolen, ac si dixisset, in multis magnisque orbis partibus iam suo tempore fuisse euangelium euulgatum.

Quomodo dicatur euangeliũ tẽpore Apostolorum per totũ orbẽ prædicatum fuisse.

Ca-

Caietanus annotat Apostolum loqui tantum de vniuerso mundo, tunc communiter noto: sed rectius Bellarminus libro tertio de Romano Pontifice, capite quarto: *Paulus*, inquit, *cùm ait: In vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, non illud asserit, quasi iam actu vbique diffusum & expansum fuerit euangelium, sed virtute tantum, ac potentia: quia verum iam per Apostolos iactum fuerat semen verbi Diuini in mundum, quod paulatim fructificando & increscendo per successores ministros impleturum erat, & occupaturum vniuersum orbem*

Hæc equidem euangelii prædicatio ab initio ecclesiæ inchoata est, quod obseruatione dignissimum est, & in dies singulos perficitur magis ac magis.

Ac eodem planè modo exponendum est præceptum Christi, Apostolis ipsis impositum, vt in vniuerso mundo prædicarent euangelium, nec enim solis Apostolis, sed eorum etiam successoribus verbi diuini disseminatoribus adaptandum esse quisquis facilè iudicauerit, cum & verba quæ Dominus adijcit, id perspicuè declarent, ait enim: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi:* neque enim vndecim illi Apostoli, quibus cum Christus loquebatur, ad consummationem vsque seculi vitam propagaturi erant: sed tantum alij, atq; alij, qui in ipsorum locum successerunt.

Illud: Eũtes ergo docete omnes gẽtes, &c. non solis Apostolis dictũ est, sed eorũ etiam successorib.

Quod

Quod si scriptura dicat: *In omnem terram exisse sonum eorum*, scilicet Apostolorum, Respondet B. Aug. Scripturam more prophetarum quod futurum erat, tanquam iam factum prædixisse.

At contra prædictas expositiones loco D. Pauli existit obiectio Cur eadem ratione verba Domini: *Et prædicabitur hoc euangelium*
Matt. 24. *regni in vniuerso orbe*, nō erunt intelligēde, vel de toto orbe Romano, vel de præcipuis antiqui orbis partibus dumtaxat vel de prædicatione per famam? Ratio cur prædicatio, de qua Christus loquitur debeat fieri per præsentes ministros, cum ecclesiarum fundatione in toto simpliciter orbe, tam veteri, quam nouo, tam cognito, quam cognoscendo, est, quia hoc est certissimum consummationis sæculi signum, vt thesi præcedenti præfati sumus; certissimum autem hoc non esset signum, si tantum intellexisset prædicandum euangelium in præcipuis orbis partibus per rumorem solum, aut famam.

Cur sit futura prædicatio in toto orbe.

Deinde Christus ait prædicandum esse Euangelium in toto orbe *in testimonium omnibus gentibus*, hoc est, ne vlla gens aliquem possit obtendere prætextum suæ infidelitatis. At si Dominus tantum esset locutus de prædicatione euangelij in præcipuis veteris orbis cogniti regionibus, aut de prædicatione solum per rumorem, potuissent inumeræ gentes ignorantiæ euangelij ignorationem satis iustam afferre.

Dein-

Denique vt doctè S. Aug. philoſophatur, propriè omnes gentes ſunt Chriſto promiſſæ in hæreditatem, omnes ſunt capaces euangelij, ac ſalutis ſempiternæ.

DE SIGNIS ANTICHRISTVM proximè præcedentibus.

IAM id quod promiſimus exequamur: nimirum quæ illa ſint ſigna, ex quorum cognitione pendet theſeos 27. confutatio non incuriosè perquiramus. Vt hinc quam ineptũ, ac temerarium ſit noſtri Calculatoris, de Antichriſti natiuitate commentum, omnibus ſit notiſſimum, ac peruulgatiſſimum.

Licet enim Deus ter opt. max. horam diemque conſummationis huius ſeculi nobis eſſe voluerit non incertam modo, ſed & prorſus occultam, ſibique ſoli notam reſeruatamque; tamen ſicut pro ſuâ, quâ eſt ineffabili bonitate, rarò vel nunquam peccatores, niſi prius, aut ſignis in elementis, aut Prophetarũ, vel doctorum vaticinijs, ac doctrinis admonitos, ſolet pœna afficere. Ita nec hunc mundum, niſi præmiſſis aliquot prognoſticis ſignis, quibus propinquioris acceſſus & aduentus finis eius, admoneamur, & quibus citius & diligentius ad Domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſtiſſimi Iudicis aduentum præparemur, conſummabit. *Matt. 24. Marci 13. Luc 21. Act. 1.*

Vt igitur olim ipſe Dominus ſui prioris aduentus ſigna habuit, quibus Iudæi eius natiuitatem præſcire potuerunt: ſic & poſterioris

aduentus sui tam certa præmittit signa, vt non possimus non præsentiscere eius aduentum in propinquo esse, quamuis diem & horam omnes sint ignoraturi, quippè omnino repentinus futurus est,& subitaneus.

Signa aduentus Antichristi quæ Spiritus sanctus sacris consignata literis nobis reliquit, talia sunt vt nullum eorum adhuc completum esse, omnes, nisi eorum mentes furore obnubilatæ cæcutiant, perlibenter, sint confessuri.

Bellar. de Ro. Pont. lib.3.c.4.

Quæ autem illa sint Bellarminus in hunc modum commemorat.

Signa aduẽtus Antichristi.

Duo, inquit, *signa Antichristum ipsum præcedent: nempe prædicatio euangelij in toto mundo. Et Imperij Romani integra desolatio.*

Duo comitabũtur; videlicet prædicatio Henoch & Eliæ: Ac persecutio omnium maxima & notissima.

Duo subsequentur: nimirum interitus Antichristi post tres annos cum dimidio: & ipsa mundi consummatio.

Duobus primis, quæ aduentum Antichristi præcurrent hęc adiungemus, quę sunt Romanæ vrbis euersio, discessio à fide catholica, peccatorum abundantia, charitatis refrigeratio,& communes plagæ. Signis quæ Antichristum comitabuntur, addemus duo alia nempe, solutionem Satanæ, & Iudæorum conuersionem.

SIGNI

SIGNVM PRIMVM Aduentus Antichristi.

QVod ad primum signum attinet aduẽtus Antichristi, nimirum prædicationem euangelij generalem, nullum est eo firmius ac euidentius, quo iudicij propinquitas cognosci debeat. Huius testes viri sunt auctoritatis grauissimæ ac fidei probatissimæ. Inter hos sic B. August. *Quod si, inquit, inter omnia ea quæ Saluator prædixit signum aliquod certum quærẽdum est, nullum est certius, quam vbi euangelium in toto terrarum orbe fuerit prædicatum.* Hanc sentẽtiam B. Hieron. lib 4. in Matth. D. Tho. in 4. di. 43. q. 1. art. 1. & alij amplectuntur. Nec mirũ, idipsum enim expresſis verbis attestatur ipsa Veritas; *Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.*

Generalis prædicatio euangelij certũ finis mũdi signũ.

Epist. 79. & 80. ad Hesych.

Mat. 24.

Quod autem non de vrbis Ierosolymitanæ, sed propriè ac præcipuè de orbis totius consummatione loquatur Christus, vnanimi consensu asserunt grauissimi PP. Aug. epi. 80. Hier. in Matth. 24. Io. Damas. 27. lib. 4. de fide cathol. Prosper Aquita. in ep. ad Ruff. Auctor operis imperf. hom. 48. in Matth. Ambr. li. 10. in Lucam, aliiq; complures. Et recentiores in eam quoq; eunt sententiam, Caiet. Titelm. Sa, Maldonat. in 24. Matthæi. Soto 4. dist. 49. q. 1. art. 1. Bellar. lib. 3. de Rom. Pont. c. 4. Suarez disp. 56. tom. 2. sect. 1. & alij.

Ipse quoq; euangelicus contextus dilucidè

nobis mentem Domini explicat: nam cum de orbis consummatione Christum percũctati essent Apostoli hoc modo: *Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?* Mox responsionem Domini narrans Euangelista simpliciter dicit, & *tunc veniet consummatio.* Vnde non aliam consummationem quam seculi, de qua erat mota quæstio, si contextus ordo seruari debet, innuere potest.

Loquitur Christus de orbis, non vrbis consummatione, quando dicit: Et tunc veniet consummatio.

Quin etiam si nulla mentio præcessisset consummationis seculi, tamen vbi Christus absolutè enuntiat veniet consummatio, nequaquam intelligi potest, nisi illa quæ absoluta est consummatio, non huius, aut illius vrbis aut gentis, sed vniuersi humani generis. Quis enim non ita acciperet si ita audiret? Cum verò & seculi expressa mentio sit, dubitandi locus nullus relinquitur.

Ad hæc multa signa prædicit, quæ non videntur præcessisse Ierosolymitanum excidium, vt illud: *Consurget gens contra gentem, regnum aduersus regnum: & terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresq́; de cælo, & signa magna erunt.* Hæc enim & similia licet ex parte inchoata fuerint à principio nascentis ecclesię, integrè tamen non nisi in toto progressu ecclesiæ impleri videntur.

Luc. 21.

Igitur antequam fiat hæc vniuersalis consummatio sonus cœlestis pręconij in omnes terminos terræ exeat oportet, vt scilicet Christus Iesus, rex regum, ac supremus omni-

nium iudex à suis subditis agnoscatur, priusquam tota hominum massa in cineres redigatur. Quod verò necdum sit omnibus gentibus diuulgatum euangelium superius ostendimus luculentissimè; sed quod nesciri etiã possit quando sufficienter annuntiatum erit vt finis veniat, ibidem etiam docuimus. *Thesi 28.*

Refert Florimundus quod Masulmani Mahometum interrogârint, cum iam vita migraturus, & vsu linguæ priuatus esset, quamdiu duratura esset lex à se condita & stabilita, is decem digitos extendit, & ostendit: Quo indicio mille annos designari, nempe vnoquoque digito centum annos, vaticinati sunt. Et quia dicitur Mahometus animam efflasse anno à reparatione generis humani 639. Quãdiu secundum illorum computum adhuc lex Mahometana sit duratura, facilè quis collegerit. Illa autem extincta tunc lex Christi per strenuos prædicatores in omnem terram diuulgabitur, & ab omnibus obuijs vlnis excipietur. *In suo Antichristo cap. 8.* Mahometi vaticinium.

Non absimile prognoma siue præsagitionem Mahumetanorum memini me legisse Viennæ Austriæ, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, quo tempore in Cæsareo collegio studijs vacabam theologicis, à Bartholomeo Georgieuitis Vngaro in lucem editum, quod tale erat; *Imperator noster veniet, Ethnici principis regnum capiet, rubrum quoque pomum capiet, & in suam potestatẽ rediget; quod si septimum vsque annum Christianorum* Præsagia Mahumetarum.

norum gladius non insurrexerit, vsque ad decimum annum eis dominabitur. Domos ædificabit, vineas plantabit, hortos sepibus muniet. liberos procreabit. Post duodecimum annum, ex quo rubrum pomum in illius potestatem redactum fuerit, apparebit Christianorum gladius, qui Turcam quaquauersum in fugam aget.

Recenset idem auctor, is enim multis annis captiuus à Turcis detentus fuerat, quod Turcæ hæc vltima verba summo cum clamore ac eiulatu excipiant, & quod annum diuersi diuersè interpretentur. Per Imperatorem, sui intelligunt Mahumetum. Per Ethnici Principis regnũ, Constantini Imperium, siquidem Turcæ Christianos vocant Ethnicos. Per pomum, vrbem Constantinopolitanam.

Interim dum nos Christiani in contrarias factiones diuellimur, & dum intestinis dissidijs discerpimur, suum adauget impurus ille Mahumetus imperium, & magis, atq; magis collabascit Romanum.

In suo Antichristo cap. 8. Illud tamen addam quod idem. Florimundus cõmemorat, scilicet Synarum populũ incredibili auiditate, ac lætissimis animis Christi Euangelium excipere: Nam libris, & antiquis Deorum suorum falsorum monumentis cõsignatum legunt, ab Occidente veram legem vẽturam, quâ & in cœlum sint eleuandi, & tanquam angeli habendi.

Sanè, vt ex ea parte copiosissimam nobis tot populorum ad veram Christi fidem conuersio, materiam, ac segetem diuinæ cele-

brandæ

randæ benignitatis ſubminiſtrat: ita ediuerſo incognitæ quidem, ſed tamen non mediocriter metuendæ iuſtitiæ iudicijque cœleſtis incutit timorem; ne à nobis fides auferatur, *gentique facienti fructum*, tradatur.

Nemo non ſcit, quam magna orbis pars noſtris ſit inuenta temporibus, & quam multis populis lux veritatis euangelicæ promicuerit; ita vt tempora diuino conſilio definita, in quibus vniuerſus orbis euangelio complebitur, plurimum feſtinare, ac iam inſtare non temerè quis conijciat.

Ridicula tamen ſunt hæc, ſiue Calculatoris, ſiue Mahumetanorum vaticinia, vtpotè quæ ſtolidis fulciantur coniecturis, ac admodum infirmis auctoritatibus.

SIGNVM SECVNDVM ADuentus Antichriſti.

SIgnum ſecundum aduentus Antichriſti eumque præcedens, eſt omnimoda deſolatio Romani imperij: In eam ſiquidem opinionem pertrahimur, vt exiſtimemus non prius de medio tollendum eſſe imperium, quam Chriſtus toti mundo prædicatione illuxerit & innotuerit: vt enim euangelium in toto orbe tandem aliquando commodè diuulgetur, neceſſe eſt, vt dignitas Romanæ eccleſiæ ſuum ſplendorem poteſtatemque non ſolum ſpiritualem, & diui- *Rom. Imperium in decem regna diuidetur.*

nam, sed etiam temporalem retineat; vel saltem vt in eius obedientia Catholici Reges, ac potentes Principes perseuerent, quorum ope, & auxilio ad fidem propagandam vti possit.

Adhæc quin sub idem tempus, quo erit Rom. imperium abolendum, & conuellendum, futura sit omnium malorum, quibus ecclesia & totus infestabitur orbis, congeries nemo addubitârit. Quomodo igitur in tanta rerum trepidatione, ac perturbatione, tot bellis & tumultibus inualescentibus, tot malis crebrescentibus posset per orbem hæc euangelij diffundi prædicatio?

Sicut ergò priorem Domini aduentum pax tanta præcessit, vt sub ipsum Cæsar Augustus in summa pace descripserit orbem vniuersum: ita posteriorem illius aduentum, qui in consummatione seculi futurus, est tantę inter omnes, tam superiores, quam subditos dissensiones, seditiones, bella intestina, discordiæ præcurrent, vt ipse Rom. Imperator vix vnicum totius orbis angulum tranquille sit ac pacificè descripturus, vtpote qui nullam sit in orbe habiturus obedientiam. Et qui prius sedebat in puppi clauumque tenebat, tunc vix sit illi in sentina futurus locus.

Prius igitur quam erumpat Antichristus, & immanissima illa bestia ex antris infernalibus exsiliat, imperium Rom. in decē Reges diuidendū est, quorū tamē nullus sibi Regis Romanorū titulū vēdicabit, etsi oēs aliqui

Romani

Romani imperij prouincias ſint occupaturi; vt à Regibus Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, &c. factitatum videmus, qui pertæſi Romani dominatus, paulatim ſeſe ab eo ſubduxerunt, & penitus tandem ab eo deſciuerunt. Et quamuis prouincijs & partibus Rom. imperij potiantur, non tamen Reges, vel Romani Imperatores appellantur.

Quæ dicimus, Sacrarum literarum confirmat auctoritas. Propheta Daniel cap. 2. per quandam ſtatuam habentem caput aureum, pectus argenteum, ventrem æneum, & tibias ferreas, ſucceſſionem præcipuorum regnorũ vſq; ad mundi conſummationem, nimirum Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum & Romanorum deſcribens dicit, quod *ex duabus tibijs oriebantur decem digiti, & in eis tota illa ſtatua deſinebat*: quia videlicet Romanum imperium tandem in decem regna ſiue Reges diſtribuetur, quorum nullus Rex, vt iam diximus, Romanorum erit.

Daniel cap. 7. clariſſimè poſt quatuor beſtias quas ibi recenſet, addit ex vltima beſtia proditura *decem cornua*, quæ decem Reges deſignant, qui quidem orientur ex Romano imperio, non tamen Romani erunt Imperatores.

Denique B. Ioannes Apoc. 17. deſcribens beſtiam cum *ſeptem capitibus, & decem cornibus ſuper quam mulier ſedebat*, dicit mulierem eſſe vrbem magnam quandam, quæ ſedet ſuper quatuor colles, id eſt Romam: ſeptem capita

esse illos septem colles, & etiam septem Reges Quo numero intelliguntur omnes Rom. Imperatores. *Decem cornua* dicit esse decem Reges, qui vno tempore omnes regnabunt. Et ne putemus hos fore Romanos Reges, addit quod hi Reges odio fornicariam persequentur, & desolatam facient, quia nimirum inter se sic diuident imperium, vt illud penitus destruant, & de medio tollant.

Daniel.7.

Iren. lib.5. contra har.c.25. Aug.20. de ciuit. cap.23.

Postmodum verò additur, post illa decem regna oriri aliud, quod per *cornu paruulum* Danielis 7. significatur, & de eo dicitur habiturum *os loquens ingentia*, & futurum maius cæteris, & facturũ bellũ aduersus sanctos, &c. Per cornu illud SS. PP. Antichristum esse intelligendum consentiunt vniuersi, vt patet ex Hieron. & Theodoret. ibi. Irenęo, Augustino & alijs.

Hinc omnes colligunt Antichristi regnũ esse postremum inter omnia temporalia regna seu monarchias mundi: Et ita post illud non describitur in Daniele, neque in Apocalypsi aliud temporale regnum, quod illi succedat, sed iudicium Dei & sanctorum regnum æternum.

Rursum concludunt regnum Antichristi non esse futurum, donec imperium Rom. in plura regna sit diuisum, & extinguatur penitus. Ita vt affirmari possit Romanum imperiũ vsq; ad nouissima tempora esse duraturum, & in illis esse prorsus abolendum, ac in aliud impe-

uium commutandum. Hac igitur ratione Romani imperij desolatio signis diei iudicij connumeratur. Hoc antiquorum Patrum traditione euidenter confirmatur.

Imperium cum ipso orbe esse interiturum Lactantius literis consignatum reliquit. Et cum bellorum ingentium ac tumultuum, qui in fine mundi futuri sunt meminisset, subiunxit: *Cuius vastitatis & confusionis hæc erit causa, quod Romanum nomen, quo nunc regitur orbis, tolletur de terra, & imperium in Asiam reuertetur, ac rursus Oriens dominabitur, & Occidens seruiet.* In hanc quoque sententiam penitus it Tertullianus dum ait: *fidelibus incumbere necessitatem orandi pro statu imperij, rebusq; Romanis, quod vim maximam vniuerso orbi imminentē, ipsamq; clausulam seculi, acerbitates horrendas cōminātem, Romani imperij commeatu scimus retardari.* His non absimilia repetit lib. ad Scapulam cap. 2. Sed his mihi immorandum nō est, præsertim cum B. Hieron. fateatur hanc esse sententiam omnium scriptorum ecclesiasticorum. Est igitur hæc antiquissima traditio quam ab Apostolis promanasse admodum verisimile est.

Lact. li. 7. c. 25. ac 15.

In Apol. cap. 32.

Cæterum num scripturæ fundamento nitatur hæc sententia, non incuriosè perquirēdum est. Duo adduci solent. Primū est, quod imperium Romanum in decem regna sit diuidendū, vt iā docuimus. Vnde vt ex Daniele patet, sicut primum imperium per secundū fuit

euer-

euersum, & secundum per tertium, & tertium per quartum, ita quartum prorsus est dissipandum à decem Regibus, qui Antichristum præcedent, à quo postea expugnabuntur, ac sub eius imperium reducentur. Sic interpretantur B.Hieron.& Theodoret.in Danielem, & Irenæus cap.25.& 26.

Rom. imperio sublato veniet Antichristus. Alterum scripturæ testimonium, quo probatur Antichristum non venturum, nisi prius desolato, destructo, sublato & vacante Romano Imp. desumitur ex D. Paulo 2. ad Thessalon. 2. *Et nunc*, inquit, *quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore; tantum vt qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, &c.* Ac si euidentius dicat: Scitis quid impediat aduentum Antichristi, dixi vobis Romanum imperium impedire, quia non sunt adhuc completa eius peccata; & non ante veniet Antichristus, qui hoc Imperium propter sua peccata tollat è medio. Ideò qui nunc *tenet* Rom. imperium, *teneat*, id est, regnet, & teneat rerum summam, *donec de medio fiat*, hoc est, donec penitus aboleatur. *Et tunc reuelabitur ille iniquus.*

Hoc vult igitur Apostolus, hoc prorsus insinuat, non ante venturum mundi finem, quã Antichristus appareat: nõ ante Antichristum appariturum, quam Romani regni fiat finis: nam discessio quam venturam primum dicit, defectionẽ omnium gẽtium à Romano, regno verò verius significat. Et huic sententiæ totus veterum Patrum, tam Græcorum, quam La-

ti-

tinorum senatus suffragatur. Chrysost. Oecumen. Theophyl. Ambros. Anselm. ibidem. Hieron. q. 11. ad Algasiam, & alij. *Bellar. de Ro. Pont. lib. 3. c. 5.*

Nec sufficit quæuis declinatio, aut defectio à Rom. imperio, vt Antichristus censeatur aduenisse, sed oportet ipsum Romanum imperium de medio tolli, desolari, vacare, destrui, vt ij explodantur, qui dixerunt ante manifestationem Antichristi non esse maiorem imperij dilacerationem, seu destructionem exspectādam, quam eam, in qua nūc iacet, vt Antichristo via paretur; sed solum ipsam integram eiusdem imperij euersionem, ac demolitionē per ipsummet Antichristum esse consummādam.

Cæterùm satis patet hoc signum hactenus non fuisse completum, nam adhuc & successio, & electio, & nomen, & dignitas est Rom. Imperatorum.

Mirabili sanè, ac suaui Dei prouidentia factum est, vt quando in Oriente corruit imperium, quod alterâ tibiarum statuæ Danielis signabatur; in Occidente imperium, quod altera prænotabatur tibiâ, firmum permanserit ac incolume: cum etenim orientale imperium per Turcas prosternendum esset, iterum alteram tibiam in occidente, scilicet priorem, nimirum occidentale imperium Deus ter Opt. Maximus per Carolum Magnum erexit. *Nutante ac deficiēte Orientali imperio, Deus Occidentale restituit.*

Quod quidem imperium nec extinctum est, nec illa discessio, siue defectio, de quâ D. Paulus, adhuc completa, (quamuis non defuerint, *Adhuc stat Rom. imperiū. 2 Thes. 2.*

erint, qui,ob magnam à Romano Imperio factam declinationem; illud de medio sublatum opinati sunt.

Et licet Romani Imperij amplitudo hisce exulceratissimis nostris temporibus sit diminuta,ipsius maiestas deformata, potentia debilitata,habet tamen Christianismus,post supremum ecclesiæ caput, Rom. Pontificem & Christi in terris vicarium,Principes, & Reges clementissimos, catholicissimos, potentissimos; qui nihil prius; aut antiquus ducunt, quàm vt imperialem tueantur dignitatem, illam promoueant,&quantum fieri potest ad statum reuocent splendidiorem.

Hi nihil non regium agunt, pro negotio cælesti totos se impendunt. Non omni doctrinæ vento circumferuntur, non omnem religionis faciem exosculãtur,sed auitam, veram, synceram retinent,summa firmitate ac constantia eam fouent & colunt, illiq; adhærent. Et vt sarta tecta conseruetur, collaborãt strenuè. Pro illius defensione armantur,nullam sibi difficultatem pertimescendam, nullum periculum detrectandum,nullam dimicationem refugiendam putant,falsorum dogmatum inuentores detestantur,horrent,fugiunt, execrantur: Hi pro reipub. commodis nullo sunt tẽpore quieti, quippè verissimum est,quod à quodam scribitur.

Principis officium.

Seneca in Hercule Oeteo.

Aurea rumpunt tecta,quietem,
Vigilesque trahit purpura noctes.

Iustitiam exercent,pauperes tutantur, parcunt subiectis,superbos debellant,ad pacis cõ-

cordiæq; studiũ totis viribus incumbunt, his & similibus functionibus studiosè intendunt.

Sciunt plurimum oportere perspicere, qui plurimũ prospicit, plurimum sapere, qui vniuersis consulit: qui .n. publicis vult cõsulere cõmodis, sapientia ac vigilãtia cęteros antecellat necesse est. Et quia vulgus corrũpunt exẽpla, vitiorũ, nec regalibus vitijs datur secretũ.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum. *Claudianus.*
——Componitur orbis
Regis ad exemplum. nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Etiam pij Principes vitæ integritate cæteris prælucere contendunt. præclarè Boetius:

Qui se volet esse potentem, *Metro 5. lib. 3.*
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœda submittat habenis.
Etenim licet Indica longè
Tellus tua iura tremiscat,
Et seruiat vltimo Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miserasq́; fugere querelas
Non posse, potentia non est.

Sapienter Cyrus maior: *Nemo,* inquit, *debet suscipere principatum, nisi melior ac sapientior his in quos suscipit, existat.* Cui consonat Solon: *Tunc,* ait, *rege, cumprimũ didiceris regi; impera, sed cũ imperiũ ferre didiceris.* Sũma planè ac propè diuina in eo requiruntur, qui clauũ in rep. tenet, cuius à nutu pendẽt leges, cuius vita cęteris pro ex-

exemplo est, voluntas pro oraculo, denique cuius dignitas tanta est, vt inter homines Dei personam sustineat.

Manet igitur adhuc, quæ Dei benignitas est, Cæsareum nomen, manet Imperij titulus, superest imperatoria dignitas & maiestas, cui omnes Reges, quamuis potentissimi, libenter primas dant. Et quamuis cernamus iam ab hinc multis retrò annis plures gentes, ac prouincias à Romano desciuisse imperio, stat tamen adhuc in Germania imperium, habetque multas ac insignes prouincias, vt Germaniam, Bohemiam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Hungariam. Nec hactenus Rex fuit aliquis, qui omnia illa regna, ac prouincias inuaserit, sibique subiecerit, quod argumento est euidentissimo, Antichristi necdum incepisse tyrannidem.

Imperator iam nobis est, qui, vti spes affulget, præsentem reip. statum reddet florentiorem, ac eorum conatus, qui libertatis prætextu nihil non moliuntur, reprimet; quorum omnis cura in eo consumitur, vt ordinem perturbent, vt auctoritatem legitimorum Principum, ac magistratuum labefactent, atque conuellant: nec enim solum de pontificia potestate abroganda sunt solliciti, sed imperatoriam etiam, regiam, ducalem, sublatam cupiunt; scilicet, vt vnusquisq;, quod rectum sibi videbitur, hoc faciat, hoc credat, hoc sentiat, hic scopus eorum, hæc meta laborum.

No-

Non eſt, quod aduerſarij de medio ſublatum dicant Imperium, nam illi gloriantur, ſe tres habere Electores, quamuis luctuoſis huiſce temporibus, imperatorium titulum pleriq́ue ſupprimere, & imperatoriam poteſtatem, quæ à Deo eſt, in nihilum redigere, pro virili parte conati ſint.

Ex his manifeſtum iam euadit, quam temerè Calculator definiat Antichriſtum naſciturum 26. anno ſeculi huius currentis: quis enim colligat, quantum interſit vſque ad illã omnimodam extinctionem Imperij, & ſublationem de medio? Res equidem humanæ incertum habent ſtatum, vt ex ſummis infimæ, rurſus, ex infimis ſummæ fiant. Calculatoris inſignis temeritas.

Ipſa Iudaici regni hiſtoria à Sancto Dauide, qui primus fuit de Iudæ ſtirpe Rex Iſrael, vſq; ad extremum Hyrcanum, quas habuerit viciſſitudines, quas fortunæ varietates, quis explicet? Res humanę omnibus fortunę ludibrijs obnoxiæ.

Heu heu quam breuibus pereunt ingentia cauſis!
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto
Seruatum, quod mille ducum peperêre labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus iners anguſto tempore vertit. Claudianus lib. 2. in Ruffinum.

Non tædeat Lectorem audire quid de eiuſmodi regnorum viciſſitudine, ex vetuſtis, opinor, traditionibus mutuatus, prodiderit Lactantius: *Multiplicabitur,* ait ille, *extremis Mundi temporibus Imperium, & tandem ſumma rerũ poteſtas, per plurimos diſſipata, & conciſa minuetur:* *Lact. li. 7. cap. 16.* In nouiſſimis tẽporibus augebitur Imperiũ.

exemplo est, voluntas pro oraculo, denique cuius dignitas tanta est, vt inter homines Dei personam sustineat.

Manet igitur adhuc, quæ Dei benignitas est, Cæsareum nomen, manet Imperij titulus, superest imperatoria dignitas & maiestas, cui omnes Reges, quamuis potentissimi, libenter primas dant. Et quamuis cernamus iam ab hinc multis retrò annis plures gentes, ac prouincias à Romano desciuisse imperio, stat tamen adhuc in Germania imperium, habetque multas ac insignes prouincias, vt Germaniā, Bohemiam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Hungariam. Nec hactenus Rex fuit aliquis, qui omnia illa regna, ac prouincias inuaserit, sibique subiecerit, quod argumento est euidentissimo, Antichristi necdum incepisse tyrannidem.

Imperator iam nobis est, qui, vti spes affulget, præsentem reip. statum reddet florentiorem, ac eorum conatus, qui libertatis prætextu nihil non moliuntur, reprimet; quorum omnis cura in eo consumitur, vt ordinem perturbent, vt auctoritatem legitimorum Principum, ac magistratuum labefactent, atque conuellant: nec enim solum de pontificia potestate abroganda sunt solliciti, sed imperatoriam etiam, regiam, ducalem, sublatam cupiunt; scilicet, vt vnusquisq;, quod rectum sibi videbitur, hoc faciat, hoc credat, hoc sentiat, hic scopus eorum, hæc meta laborum.

Non

Non est, quod aduersarij de medio sublatum dicant Imperium, nam illi gloriantur, se tres habere Electores, quamuis luctuosis hisce temporibus, imperatorium titulum plerique supprimere, & imperatoriam potestatem, quæ à Deo est, in nihilum redigere, pro virili parte conati sint.

Ex his manifestum iam euadit, quam temerè Calculator definiat Antichristum nasciturum 26. anno seculi huius currentis: quis enim colligat, quantum intersit vsque ad illã omnimodam extinctionem Imperij, & sublationem de medio? Res equidem humanæ incertum habent statum, vt ex summis infimæ, rursus, ex infimis summæ fiant. Calculatoris insignis temeritas.

Ipsa Iudaici regni historia à Sancto Dauide, qui primus fuit de Iudæ stirpe Rex Israel, vsq; ad extremum Hyrcanum, quas habuerit vicissitudines, quas fortunæ varietates, quis explicet? Res humanę omnibus fortunę ludibrijs obnoxiæ.

Heu heu quam breuibus pereunt ingentia causis!
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Seruatum, quod mille ducum peperêre labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus iners angusto tempore vertit. Claudianus lib. 2. in Ruffinum.

Non tædeat Lectorem audire quid de eiusmodi regnorum vicissitudine, ex vetustis, opinor, traditionibus mutuatus, prodiderit Lactantius: *Multiplicabitur*, ait ille, *extremis Mundi temporibus Imperium, & tandem summa rerũ potestas, perplurimos dissipata, & concisa minuetur:* *Lact. li. 7. cap. 16.* In nouissimis tẽporibus augebitur Imperiũ.

tur: tunc discordiæ in perpetuum serentur, nec vlla requies bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant qui Orbem terræ, non ad regendum; sed ad consumendum partiantur. Hæc ille, quæ sanè non sunt reijcienda, sed cum omni veneratione suscipienda: Certum est enim de nouissimis temporibus multò plura Apostolos verbo tradidisse, quam litteris cōmendâsse. At Deo nota sunt omnia, qui solus tempora nouit & momenta.

Apostoli plura de consummatione seculi verbis, quā scriptis tradiderunt.

Quoddum etiam præsagium Austriacum lubet huc adferre, visuntur Viennæ Austriæ tam in cathedrali ecclesia, D. Stephano consecrata, quam in templis ac locis alijs, quinque vocales, maiusculis characteribus expressæ. Mihi quidnam illæ pertenderēt sciscitanti, à pluribus non infimæ notæ hominibus responsum est, carum hanc esse interpretationem. *A, E, I, O, V*, hoc est, *Austria erit in orbe vltima.*

Prognoma Austriacum.

Cæterum de his & similibus neque temere pronunciare debemus, sed nec quæ confirmant idonei testes contemnere. Quod dico propter eos, quibus nihil placet, nisi quod, vel sensu suo metiuntur, vel euidentissima scripturæ auctoritate concluditur.

TERTIVM ADVENTVS Antichristi signum.

Vtrū excisio Ro. vrbis sit signum aduentus Antichristi.

At hic pēsiculatius discutiendum est. Vtrum Romanæ vrbis euersio etiam inter signa Antichristi instantis habenda sit & nume-

[illegible]rāda. Videtur Lactantius in eam sentē-[illegible] prolapsus, vt existimet vrbis Romanæ [illegible]ionem signum esse aduētus Antichristi [illegible]eri'us mundi. eum loquētem audiamus: [illegible]sa, inquit, *declarat lapsum ruinamq; rerum [illegible]fore, nisi quod incolumi vrbe Roma nihil istius [illegible]tur esse metuendum. At verò cum caput illud [illegible] occiderit, & ῥύμη esse cœperit (quod Sibyllæ esse [illegible].) quis dubitet, venisse tū finē rebus humanis [illegible]que terrarum?* Hæc quidem Lactantius, sed quis non, si vel illi mica sani iudicij sit, non videat Lactantium non tam de vrbis Romanæ, quam totius imperij exterminio loqui? Lact lib. 7 cap. 25.

Diximus paulò ante necessariam esse omnimodam Romani imperij extinctionem priusquam prodeat filius ille perditionis. (nec enim eorum suffragamur sentētiæ, qui probabile existimant non prius abolendum penitus esse imperium, quam veniat Antichristus.) Quid autem de vrbe ipsa Romana futurum sit exactius disquirendum est.

Imprimis solius vrbis Romanæ vastatio, aut duratio non videtur sufficiens esse signū euersionis vel diuturnæ cōtinuationis totius vniuersi: nec enim reuelatum est ciuitatem illam permansuram vsque ad finem mundi. Licet enim ecclesia Romana duratura sit vsque ad mundi interitum, iuxta illud: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*: non tamen etiam hinc concluditur vrbem Roma- Matth. vlt.

 nam

nam sartam tectam permansuram, quippe si subuerteretur, ac Rom. Episcopus sua sede deturbaretur, & in remotissimas immigrare regiones vel in speluncas, aut loca abtidissima sese illatebrare compelleretur, semper tamen Romana esset ecclesia, Romanusque Pontifex.

Hier. li. 2. contra Iouin in fine & alibi. Tert. lib. contra Iudaeos c. 9. Oros. li. 7. c. 7. & alij. Aug. Psal 26: enarrat. 2. Prosp. in dimid. temp. ca. 7. Beda. Aymo. D. Tho. Rupertus, Gagnaeus in illum locū Apoc.

Praeterea licet quidam ex Apoc. 17. (Vbi sub aenigmate *mulieris fornicariae, & purpuratae sedentis super bestiam coccineam* exprimitur Roma, vt volunt, & de ea subiungitur quod decem Reges per decem cornua significati, *odient fornicariam & ipsam igni concremabunt.*) colligant Romam permansuram vsq; ad aduentum Antichristi, & ab ipso vastandā esse, diripiendam & comburendam, Alii tamen P P. per *mulierem* illam *fornicariam* non vrbem, sed orbem, nam in eo aedificata est ciuitas impiorum, quae in scriptura Babylon dici solet, intelligunt. Ita Aug. & alij. At si ita res futura esset, vt vult prior opinio, talis depopulatio & euersio signum aduentus Antichristi potius quam cōsummationis seculi esset, nec ab ipsius persecutione distingueretur.

Vrbs Romana desolabitur per decem Reges.

Vnde fit vt in eorum abripiamur sententiam, qui asserunt quod tempore Antichristi Roma prorsus euersa erit & deleta; nam id ibi apertè colligitur, quippe habetur decem illos Reges, qui breui tempore regnis potientur, odio habituros fornicariam, eamque igni cōbusturos, & tradituros regnum suum bestiae, seu

sti Antichristo. Deinde explicans quænam illa mulier sit; *Mulier,inquit,est ciuitas magna, quæ habet regnum super Reges terræ.* Quibus verbis dilucidè designat Romam,qualis erat, tempore S.Ioannis, & qualis futura est sub finem mundi,vt doctè Ribera in hunc locum, & in cap.14. Apoc.adnotauit.Cum igitur Roma ab illis Regibus ante regnum, vel sub initium Antichristi sit exscindenda, vrbis Romanæ deuastatio,potest signis aduentus Antichristi connumerari,potius quam signis orbis exterminij.

Si igitur vera est, & indubitata Calcul.nostri vaticinatio, oportet hæc Romanæ vrbis deuastatio fiat intra decennium: vel intra 40. annorum spatium, si tempus quo secundum illum Antichristus regnaturus est, intelligamus.

QVARTVM SIGNVM ADuentus Antichristi.

IAM tria signa,quibus Antichristū in proximo esse præcognoscetur expediuimus. Et paucis de ijs, vt instituti nostri ratio postulare videbatur disseruimus. Cæterum quia per discessionem illam de quâ B. Paulus non tantum à Rom.imperio, sed etiam à gremio ecclesiæ catholicæ perplures defectionem intelligunt, his tribus signis quartum possumus addere, scilicet discessionem à fide catholica: nec enim dubium est,quin magna,& insignis illa sit futura apostasia, cum tam signanter

Discessio à fide catholica Antichristum præcedet.

2. ad Theſſ. 2. dicat Apoſtolus: *niſi venerit diſceſſio primum.* Multis itaque placet, vt ambæ expoſitiones coniungantur, nempe tanta intelligatur apoſtaſia, vt defectorum numerus Rom. imperium ſit oppreſſurus, & religionem catholicã extremè afflicturus. Hæc autem poſterior apoſtaſia ſpiritualis eſt, nẽpè à fide & à ſpirituali imperio Rom. Pontificis, de quo Leo Papa, diſertè philoſophatur.

Leo ſer. de Apoſt. Petro & Paulo. Porrò hęc diſceſſio de ambobus, nimirum Ro. Imperatore, ac Rom. Pontifice ſimul, perpulchrè exponitur, quũ Deus ille Opt. Max. ambos, vti ſuos in terra, illum in temporalibus, hunc verò in ſpiritualibus rebus vicarios tam amicè, & tam arctè, coniunxerit, vt eos in ſua perſona voluerit eſſe indiuiſos, vtpotè qui ex vtraque ſecundum carnem tribu nobis ſit & Rex, & ſacerdos factus.

Imperij & ſacerdotij arctiſſima colligatio.

Immò quos non in ſe tantum, ſed & in ſuo corpore myſtico, cuius ipſe caput eſt, adeò commiſcuit, vt Chriſtianorum genus hominum per Apoſtolum, *genus electum*, *regale ſacerdotium*, appellati, & quotquot ad vitam ſunt prædeſtinati, Reges & ſacerdotes nominari voluerit. Verè proinde dicitur vtriuſq; tam profanæ, quam eccleſiaſticæ monarchiæ ante huius ſeculi conſummationem diſceſſio futura.

1. Pet. 3.

Apoc. 1. & 3.

Diſceſſio autem ab obediẽtia Rom. Pontificis, adeoq́ue ab eccleſia Romana eſt certiſſimum inſtantis Antichriſti ſignum. Nec poſtre-

Extremum inter hæc ſigna locum obtinet, nam ſi rectè ratiocinabimur, ex hac ſuboriūtur alia fermè ſigna vniuerſa, quippe qui ab eccleſia deſciſcunt, fidentius ac impunius, in quæuis ſcelerum genera eos ſe dare præcipites in confeſſo eſt. Et vt infideles, ac Iudæos taceamus, Pſeudodoctores, Pſeudoprophetæ ac hæretici omnes ad omnia ſcelera viam parant latiſſimam, quæ poſtquam ſupra modum accreuerint ac exundauerint, mundum certiſſimo interiturum nō poſſunt non portendere. Hoc ſignū eſt inter præcipua connumerandū.

Sanè cum hæretici carnalia, peruerſa, ac Diabolo, carni, mundo, placentia docere ac credula ingenia pernicioſiſſimarum opinionum laqueis implicare, ſoliti ſint, omninò ad quæuis peccata feneſtram adaperiūt, & anſam peccandi mortalibus præbent. Hinc (Deo ſic iuſtiſſimo permittente) peccatorum flagella, bella, fames, peſtilentiæ, terræ motus, impreſſiones in firmamento cæli terribiles & inſolitæ &c. turmatim enaſcuntur. Hinc tot à vera Chriſti fide & religione defectiones, ac ab ea apoſtaſiæ, qui adſertor eſt & apex religionis & fidei catholicæ, nimirum à Chriſti vicario, ſummo ſub Chriſto Pontifice, quem nos rectè vocamus Papam, hoc & Patrem Patrum, quod vti verus Pater & Paſtor bonus, quotquot ſunt ſub ipſo Chriſtiani, non ſecus, atque ſuos ſpirituales filios diligere, paſcere, nihilque non paternæ bonitatis Papa vnde dicatur.

& dilectionis in ipsos exhibere conferreque debeat.

Vt verò serpat hæc, quam schismata & hæreses inuehunt defectio, & vt longè lateque diffundatur, nostro hoc seculo, immò nostro malo, plus satis experimur: non Petri nauis placido vt solebat mari impulsa fertur, horribiles eam procellæ agitant. Tot nouarum opinionum fluctus mortales inuoluunt, vt vix inde enatare aut emergere possint. Mahumeti impura secta maximam Orientis, atque Africæ partem occupat. Græcorum amplissima regna inimicis Christi substernuntur. Sed & qui nomine christiano gloriantur à fide Ro. ecclesiæ sese subducunt. Septentrionem penè totam, magnamque occidentis partem deformat pestis Lutherana, ac Caluiniana.

Matt. 24. Mar. 13. De hoc quarto signo sic Christus: *& multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.* Itē: *Exurgent Pseudochristi, & Pseudoprophetæ ad seducendos, si fieri potest etiam electos, & seducent multos. Vos ergò videte, ego prædixi vobis omnia.*

Act. 20. Quos & futuros prædixit Paulus, sic enim discessurus Episcopos alloquebatur: *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes peruersa vt adducant discipulos post se.*

1. Tim. 4 Et alibi: *Spiritus autem manifestè dicit; quia in nouis-*

nouißimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam suam. Hæc ille.

Cuius sententiæ D. Petrus superni numinis afflatu perculsus, subscribit: *Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erũt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, superinducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, &c.* Et idem paulò post: *Hoc primum,* inquit, *scientes, quod venient in nouißimis diebus illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes.* 2.Pet. 2. & 3.

Isti nimirum nouatores ac fidei desertores, eò omnes suas cogitationes, consilia, & omnia studia conferunt, vt fidem & religionem impugnent catholicam, simplicium animos vanissimis commentis, mendacijs, imposturis, verborum præstigijs à veritate abducant, & ad irreligiosas, carnalesque sectas traducant. Nec difficilè eos à veritate depellunt, quos voluptatum illecebræ molliunt, sitis adurit fluxarum opum, ac inanium dignitatum. nullo etiam negotio eos in suam nassam pertrahunt, quos parum ergà clerum, aut sedem apostolicam affectos animaduertunt.

Hæreticorũ omniũ erga Ro. Pontif. odiũ acerrimum. & quare.

Equidem hæreticis omnibus semper fuit, & est perquam familiare, vt Christi in terris Vicarium odio prosequantur acerbissimo, nullo non loco, nullo non tempore obliquè

perstringant, ac omni conuitiorum, contumeliarumq; genera proscindant. At quis tanti odij, obtrectationis, furoris fomes? non omnes æquè intelligunt, non omnes in quo calceus sycophantas illos premat, agnoscunt. Laruâ, quo in summum Pontificem feruntur odium, contegunt: nimirum Papæ, & eorum qui sub ipso sunt, maximè Clericorũ peccata, scelera, mores deprauatos prætexunt: se non posse eos non persequi, horrere, execrari. Hãc causam esse cur seipsos à corpore Ecclesię abscindant. Sed latet hic sub dulci melle venenũ.

Status Pontificius, vtpotè à Seruatore nostro IESV Christo institutus sanctissimus nõ potest nõ esse & optimus. Cur igitur Pseudodoctores, Pseudoprophetæ ac hæretici oẽs adeò linguæ suæ virulentiâ eum lacerant, & contaminant? Cur obtrectatores hi vocẽ stultitiæ & inuidentiæ indicem non comprimũt? Dicam quod res est. Sciunt Pontificẽ summũ non ex officio solũ, & statu semper persecutorem esse & exterminatorẽ omnium fidem impugnantium, quam B. Petrus professus est, hæresum, ac sectarum; sed & seipsos, nec cõtra ipsum, nec eius fidem & ecclesiam, quæ Petri est, vnquam præualere potuisse, nec in posterum præualituros: ipsa siquidem veritas ęterna in illo vult sua promissio firma hæc stet, & inconcussa: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduersus eam.* Et alibi: *Ego enim Petre rogaui pro te, vt non deficiat*

Papa hæresum extinctor, & veræ fidei assertor.

Matt. 16.

Luc. 22.

ciat fides tua. Hoc eſt eccleſiæ tuæ.

Vt igitur Seruator & σωτὴρ humani generis tot centenis annis inter tot hęreſum ac perſecutionum procellas, inter tot rerum ac temporum varietates & viciſſitudines, inter tot bellorum, ſeditionum, tumultuum procellas hanc Petri fidem, aſſidua ſua bonitate ac prouidentiâ illęſam eſſe voluit: ita ad conſummationem vſque mundi integram ſeruabit, & incorruptam: nec enim ante eam fides Papæ, qui Petri ſucceſſor eſt, deficiet. Hoc ipſe Chriſtus promittit: *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Matt. vlt.

Hoc ſeminarium, hęc prorſus cauſa eſt, cur hæretici omnes tam hoſtili in Papam ſint animo, tam acri eum inſectentur odio, ac in eundem Pontificioſq; omnes comitiorum plauſtra effundant. Hæc inquam cauſa eſt, cur nullum non moueant lapidem, vt ab ipſius Papæ obedientiâ veræ ac ſynceræ fidei alumnos abducant.

Si qui verò ſint, qui Rom. Pontificem ante ſeculi finem prorſus è medio tollere, & in ordinem redigere ſe poſſe perſuadeant, vel Petri fidem & religionem labefactare & conuellere, ſciant tales ſe contra ſtimulum calcitrare, ſe inſaniæ certamen ſuſcipere. quippè duratura eſt Petri fides vſque ad finem ſeculi, & contra omnes inferorum portas immobiliter perſeueratura: ſic de ſeipſa per Prophetam: *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.* Pſal. 128.

Vnde B. Paulus insinuat tum Antichristũ, tum etiam interitum mundi affuturum, quãdo Christiani deficient à Romano Pontifice, adeoque à Romana ecclesia: *In nouissimis, ait, temporibus, discedent quidam à fide.* Vt enim Christus Prophetas habuit, præcursores, qui illi viam in mentibus hominum pararent: ita Antichristus Pseudoprophetas prænuncios habet, qui hominum mentes ad ipsius aduentum disponant. Hi sunt Hæretici, & maximè Heresiarchæ. Hi *seducent multos.* Hi sunt veri Antichristi præambulones, vt doctè ex decẽ comparationibus doctrinæ & operum Antichristi, cum doctrina & operibus nostrorum nouatorum ostendit Lessius in sua disputatione de Antichristo. Et nos, si suo numine dexter affuerit Deus, materiam hanc à nobis inceptam, suâ adornabimus coronide.

1. Thes. 4.

Magna vtique facta est ab ecclesia Romana discessio. Plurimæ gentes, fallacibus improborum hominum sermonibus in laqueos erroris inductæ; varia sunt ac multiplicia Ecclesiarum particularium, quibus ab Ecclesiæ Romanę vberibus diuelluntur, & ab eius vnitate discinduntur, schismata, ob quæ vniuersæ christianæ reipublicæ pristinus ille splendor, magno bonorum omnium mœrore, apud plurimas gentes prauis opinionibus corruptas obsoleuit.

Ex multitudine hæresũ vel schisma tũ liquidò colligi nõ potest, vtrum sit illa discessio cõpleta.

Nemo hinc dixerit generalem esse à fide discessionem, & apertam contra eandem rebellionem, cum & adhuc integræ Prouinciç,

sed

-ed & integra regna, Dei beneficio, ſub vno, & ſummo poſt Chriſtum Capite, nimirum Romano Pontifice, fidem & doctrinam profiteantur catholicam, totoque pectore in hoc incumbant, vt omnes impiorum dogmatum fibras elidant, & omnes radices euellant. Ita vt ſpes ſit, ceſſuram tandem aliquando rationi temeritatem, luci tenebras, mendacium veritati.

De hac generali à fide apoſtaſiâ, & extremis malis, quæ ſub finem ſeculi obuentura ſunt, hunc ferè in modum, referente Florimundo, B. Hildegardis vaticinata eſt. *Tot*, ait, *hæreſes futuræ ſunt, tot ab Apoſtolica ſede apoſtaſiæ, tanta ataxia, & rerum ac criminum exundantia, quod quiuis facilè ſibi perſuadebit Antichriſti aduentum præ foribus eſſe; nec enim vnquam tot calamitates, miſeriæ, ac perſecutiones viſæ ſunt, quot in extremis temporibus exundabunt.* S. Hildegildis præſagitio. *In ſuo Antichriſto cap 9.*

Id etiam in ſpiritu præcinuit B. Apoſtolus: *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide.* Tunc enim Regulares ſeſe ab obedientia Romanæ eccleſiæ diuellent: Sæculares à Romano imperio deſciſcent. Tanta hæc erit à fide catholica diſceſſio, vt vix decennis quiſque chriſtianorum in ſuorum maiorum fide & religione ſit perſeueraturus, quamuis ea vel vnica ſit, per quã oporteat nos ſaluos fieri. Hoc teſtatur ipſa veritas: *Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* *1. Tim. 4.*

Et quamuis hæc diſceſſio de eâ, quæ à fide catho-

catholica fiet, possit intelligi; tamen Pauli sen-
Dan. 8. sus, cum Danielis sermone coniunctus, magis significare videtur regni temporalis Roman. quâ spiritualis interitũ, cũ legamus aliàs: *Portæ inferi non prævalebunt aduersus eã.* Et: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.* Siue igitur de apostasia à Romano imperio, siue à fide catholica, aut de vtraque simul Apostolum loqui dixeris, nihil inde certi de aduentu Antichristi statui potest: quis enim scire possit, quanta hæc debeat esse discessio, vt tandem filius ille perditionis erumpat?

Mat. vlt. Mat. 16.

Sciri non potest quanta hæc debeat esse discessio, vt veniat Antichristus.

SIGNVM QVINTVM *Aduentus Antichristi.*

Aliud aduẽtus Antichristi signũ est peccatorũ exundantia.

EX ijs etiam, quæ diximus, aliud aduentus Antichristi imminentis signum colligimus: quia non prius veniet, quam multorum abundet iniquitas, & completa fuerit Ro. imperij malitia. Testis est propheta Daniel: *Cum creuerint,* ait, *iniquitates, consurget Rex impudẽs facie, & intelliget propositiones, & roborabitur fortitudo eius, &c.* Et Iob: *Regnare faciet hominẽ hypocritam propter peccata populi.* Homo iste hypocrita Antichristus est. Tunc complebitur illud Oseæ: *Audite verbum Dei filij Israel, quia iudicium Domino cum habitantibus terra: nõ est .n. veritas, & nõ est misericordia, & nõ est scientia Dei in terra, maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, propter quod lugebit terra.*

Cap. 8. Cap. 34. Cap. 4.

Quæ

Quæ autem peccata sint, quæ & præcedent & portendent tã Antichristi aduentũ quam finẽ mundi, D. Paul. sic exprimit: *in nouissimis*, ait, *diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem eius abnegantes.* Huiusmodi etiam futuros in extremis diebus peccatores, tradunt S. Petrus & Iudas Thaddæus Apostolus. In aduentu Antichristi fore perditissimos hominum mores etiam scriptis prodiderunt Hippolit. de cons. mundi. Lactant. li 7. ca. 15. & 16. Cyril. cat. 15. 2. Tim. 3.

Non est quod quis hic curiosius perquirat, quid causæ sit, quod Deus ter Opt. Max. qui solo verbo ac nutu ex nihilo mundũ hũc architectatus est, eũq; assidua sua bonitate, ac prudentia continet, fouet, moderatur, eũdem sit ita perditurus, vt nunquã in hunc statũ, in quo est, sit rediturus. Nam huius desolationis & consummationis causam peccata & scelera esse, quibus totus complebitur orbis, intelligimus non obscurè. Malos quippe Deus mundi interitu, temporali vita priuabit, ac eosdem cruciatibus addicet sempiternis, tam graue etenim onus est peccatum, vt nec cœlum ferat, aut terra, sed illud cum suo auctore in abyssum infernalem demergatur. Ipsos verò bonos ita ab omnibus liberabit malis, vt eis

Peccata mundo exitium adferent.

Vt igitur propter ſceleratiſſimorum perditiſſimorumque hominum peccata, ſcelera & ſcandala, mundum vel ex toto, vel ex parte euertit Deus, labefactauit, & funditus deleuit: ſic quin ſit ob eandem cauſam totus ſuo tempore interiturus, nemo in dubium reuocauerit Præſertim cum & ipſa veritas increata Christus Ieſus hoc ipſum confirmet, innuens, abundantiam ſcelerum eſſe ſignum conſummationis ſeculi: Et quo magis excreſcent, augebuntur ac inualeſcent, eo magis ſecundus, ac nouiſſimus eius aduentus vna cum ſuo iudicio appropinquaturus eſt. *Matt.24.*

Inter hæc autem peccata & ſcelera, quibus mundus in extremis temporibus redundabit, & quæ ipſam mundi cataſtrophen antecedent & portendent, principem locum habere videtur diuinę admonitionis contemptus, homines ſiquidem prorſus increduli, ac indurati ſalutis monita negligent, aſpernabuntur, reſpuent. immò benè monentibus reclamitabunt, & obſtrepent corde præfracto & peruicaci.

Ita peccandi vſus & conſuetudo ſenſum illis adimet, vt peccata ipſa quamuis execrabilia, ſint contempturi, & nec Deum aut homines reuerituri. Placidè monentibus vt ſapiant, vt intelligant, vt nouiſſima prouideant, tantum abeſt vt ſint obtemperaturi, vt etiam illud ſint obiectaturi: *Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius? Ex quo enim Patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.* Tam per- Hominũ in fine mundi obduratio, vt ante diluuiũ, & Sodomæ ruinã. *2.Pet.3.*

peruerso tunc erunt homines iudicio ; tam duro, tam ab omni ratione auerso.

Quanta etiam ante generalem illam aquarum inundationem fuerit hominum peruersitas, fidem facit scripturæ auctoritas. Adam, Seth, Henoch, Noe & alij Patriarchæ in illorum profligatæ salutis hominum peccata inuehebantur, hortabantur seriò scelera & flagitia, quibus sese contaminabant, vt colubrũ fugerent, vitæ retroactæ pœniterent, vindictam Dei pro foribus adesse, ipso permittente, mundum vniuersum cataclysmo perdendum. *At peruersi difficile corriguntur.* Censores non admittebant illi, correctionem non suscipiebant. Immò illam explodentes vt veritas ait : *comedebant, bibebant, vxores ducebant, nubebantq;,* donec Noe *ingrederetur arcam, & tollerentur omnes.*

Matt. 24. Marci 13.

Sic cum Sodomitis actum esse & legimus, & alias diximus. Hi siquidem synceras ac amicas Abrahæ, Isaac, Iacob, Loth & aliorum admonitiones exsibilantes, irreligiosius quam antea tantisper se habebant, donec è cælo sulphureus ignis descendens, eos cum quinque ciuitatibus vna cum tota regione, liberato dumtaxat Loth cum suis, horrendo modo absumpsit.

Quid de Iudæis durissima ceruice hominibus dicemus? *Quoties eos voluit congregare* dulcis seruator IESVS, *& noluerunt?* Quam seriò, quam frequenter, quam amanter eos scelerum, peccatorum, ac plagarum futura-

rum commonuit, *Amen dico vobis*, sic eos affabatur, nisi pænitueritis, *simul omnes peribitis*. Et flens, dicebat: *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo &c. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod nō cognoueris tempus visitationis tuæ.* Et quid tandem? in malo permanserunt obfirmati, hæcque paterna monita neglexerunt ac despicatui habuerunt. *Luc. 11.* *Luc. 19.*

Quin & horrenda illa, crudelissimi contra eos ab Imp. Rom. belli paulò post futuri signa (quippe traduntur in aere currus, equites armati, & acies præliantes, comparuisse, totoque anno, stellam gladij instar illuxisse) habuerunt contemptui. Si qui tamen fuerint, qui quicquid eius fuit admirandæ visionis, interpretati sint, diuinam vltionem populo, propter eius peccatum modis omnibus imminentem prænunciare. Cæteri nihilominus ita sunt interpretati, vt quicquid huius fuit, & id genus signi, naturâ obuenisse dixerint, sicque indurati neglexerint. Vnde eâ postea sunt clade percussi, quâ non fuit à creatione mundi crudelior alia, nec vlla futura præter eam, de qua paulò post disputabimus: appropinquante siquidem Antichristi aduentu humanarum rerum statum commutari necesse est, & in deterius nequitiâ inualescente prolabi. *Ioseph. l. 7. de bello Iud. ca. 27. Euseb. l. 3. cap 8.*

Et licet hac tempestate malitia & iniquitas vsque ad summum gradum excreuisse videatur,

tur, in illius tamen insanabilis mali comparatione, fælicia & prope aurea possunt hæc tẽpora iudicari. Non defuerunt tamen qui eam de mundo imbiberint sententiam, vt illius malitiam iam esse completam pronunciare, ac eius interitum imminere ausi sint.

Sanè peccatorum, scelerum, criminum monstris sic affluit ac redundat mundus, vt vix enormioribus, vix etiam pluribus possit abundare: ita vt hoc nequam seculo illud cõprobetur verissimum: *Mundus totus in maligno positus est*; nam *omne quod est in mũdo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Ioan 5.

Ita mundus à recto viuendi tramite deflexit, vt cum Seneca verè dixerimus:

Seneca in Octauia.

Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum, cruenta cæde pollutas manus,
Astrea virgo, syderum magnum decus.
Cupido belli creuit, atque auri fames,
Totum per orbem maximum exortum est malum.
Luxuria, pestis blanda, cui dedit vires,
Roburq; longum tempus, atque error grauis
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant, seculo premimur graui,
Quo scelera regnant, sæuit impietas furens,
Turpis libido dominatur potens Venere.
Luxuria victrix orbis immensas opes
Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

Hæc, inquam, de exulceratissimo nostro seculo possunt astrui. At initia sunt respectu fu-

futurorũ malorum, & tanquam velitationes perexiguæ. *ita enim iustitia*, vt quidã ait, *rarescet; ita impietas, & auaritia, & cupiditas, & libido crebrescet vt si qui tum fortè fuerint boni, prædæ sint futuri sceleratis, ac diuexentur vndiq; ab iniustis. Soli autem mali opulenti sint, boni verò in omnibus contumelijs, atque in egestate iactentur.*

Hartmãnus Scedel in fine suæ Chro.

Malorũ, quæ Antichristum præcedẽt, agmen.

Confundetur omne ius, & leges interibunt. Audaciâ, aut vi omnia possidebuntur. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor erit, atque ita neque securitas neque regimen, neque requies à malis vlla: omnis enim terra tumultuabitur, frement vndique bella. Cæterum vtrũ hæc mala, & peccata, quibus iam mundus oppleri videtur, proximam Antichristo viam parent, vel iniquitas imperij Rom. ad summum prauitatis fastigium, ita vt nihil huic addi queat, peruenerit, quo ore, quâ fronte quis prædefinierit? vt hinc vel insignis Calculatoris nostri temeritas conuincatur, qui certum annum venturo Antichristo præscribere præsumat. Equidem interroganti quando venturus sit Antichristus, dicendum est, tam incertum hoc esse, quam est incertum, quando dies iudicij sit futurus, de cuius incertitudine est Diui Augustini sententia, lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 13. *Omnium*, inquit, *calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet, qui dixit: Non est vestrum nôsse tempora, & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Perfricent iam frontem, si quam habent, isti verborum

Ex abundantia iniquitatũ nostræ ætatis nihil certi potest statuĩ de aduẽtu Antichristi.

magistri, fabularum interpretes, nugarum architecti, & quotquot suis calculis certum aliquod tempus mundo perituro audent adsignare.

SEXTVM ADVENTVS ANtichristi signum.

Charitatis refrigeratio.

Signis, quæ proximè Antichristi aduentum prænuntiatura sunt, charitatis refrigerationem & remissionem possumus annectere: Christus etenim enumeratis varijs, ac multiplicibus malis quibus mundus in nouissimis temporibus infestabitur, & exagitabitur, statim subdit: *Et refrigescet charitas multorum.* Rationem innuit B. Apostolus his verbis. *Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, &c.* Quippe amor sui, Dei aut proximi amorem non admittit: Duo, attestante Beato Augustino, amores, duas conflant, & stabiliunt ciuitates: amor Dei vsque ad contemptum sui, cælestem: amor verò sui vsque ad contemptum Dei, Babylonicam.

2. *Tim.* 3.

Duo amores duas constituunt ciuitates.

Appropinquante igitur mundi interitu homines infiinitam illam bonitatem, Deum ter opt. max. quem tot rationibus & tot titulis summo complecti tenebuntur amore, suis excessibus ac criminibus, ad iram concitabunt.

bunt, Dei præcepta ſuſque deque habebunt. Eum vt creatorem ſuum, vt rerum omnium largitorem non agnoſcent, & tantum abeſt, vt pro beneficijs innumerabilibus ab ipſa ſuprema bonitate ſibi collatis gratias acturi ſint, vt etiam in ipſius opprobrium illis ſint abuſuri. Immo ſupremum illud numen, tanquam coniuratiſſimi ipſius inimici, varijs modis blaſphematuri.

Nec tantum, fine mundi propius accedente, erga Deum, ſed etiam erga proximum deferueſcet charitas. dico tam erga viuos, quã defunctos, nec enim deerunt, ſicut nec iam deſunt, qui ipſis defunctis bellum videbuntur indixiſſe. Alij cum Epicuro animos corporeis ſolutos vinculis interituros non ſecus ac ipſa corpora aſſerere non verebuntur. Alij cum Stoicis longam eis vitam, vt cornicibus, ſed non perpetuam tribuent. Nonnulli cum Pythagora illos quidem remanere, ſed ex corporibus in alia corpora migrare docebunt. Sic ſe deliramentis ſub finem mundi inuoluent homines. Philoſophorũ de animabus poſt mortem opiniones.

Multi ſic eos, qui iam cum Deo regnant animos, exoſos habebunt vt nec pro nobis aliquid poſſe, nec eoſdem aliquo ſint honore dignaturi; cum tamẽ illos in *regione viuorum* viuere, eorumque *memoriam eſſe in benedictione*, perpetuam & apud Deum, & apud homines notam, ſcripturæ conteſtentur euidentiſſimè. *Sap.5.* *Pſal.114.* *Pſal.41.* *Pſal.111.*

Sententia Catholicorum de anima.

Catholicorum igitur vera de animo hæc est sententia. Animum hominis simplicem quandam & indiuiduam esse naturam, ad exemplar diuinitatis expressam, licet ortus p rticipem tamen interitus expertem. Quæ c rpore soluta, si se purè, ac piè gesserit, in cælũ euolet, æternam illic Dei beneficio adeptura fælicitatem, quam nos tanquam dilectissimã Dei amicam, ac patronam colere merito debeamus & inuocare. Sin verò se malis, ac peruersis cupiditatibus corrumpendam dederit, ad inferos nunquam desituris damnanda supplicijs deprimatur.

Ipsi verò viuentes adhuc homines sub ipsam mundi catastrophen mutuò sese persecuturi sunt. Quæ sua sunt, non alterius quærent. fraude, dolo, circumuentione omnia peracturi, sub lingua mel, corde venenum diffusuri: manu dextra panem, sinistra lapidem ostensuri, de alterius damno gauisuri, de prospero successu contristaturi. Ad mordendum, & calumniãdum, linguas paratissimas habituri, nihil tam blande, nihil tam simpliciter, nihil tam circumspectè agi diciue poterit, quin illud maleuoli non sint in calumniam rapturi.

Hanc charitatis refrigerationem tam erga Deum, quam proximum, rythmicè quidam hunc in modum describit:

P. Thomas Seilliusin thes Litaniarum.

Ecce mundus moritur, vitio sepultus,
Ordo reru m vertitur, sapiens fit stultus,
Exulat iustitia, cessat Christi cultus:

Et in

Et in mundo iugiter labor, & tumultus.
Mundus ad interitum pergit his diebus,
Dij facti sunt iterum Iuppiter & Phœbus.
Nam qui nummos poßidet, & abundat rebus,
Hic vt Deus colitur sceptris, aciebus.
Et quæ theologicæ virtutes vocantur:
Fides, spes, & charitas ferè suffocantur.
Fraus, & auaritia, & quæ deriuantur
Ex his, iam in seculo toto dominantur.
Si sis ortu nobilis, si vultu serenus,
Si benignus, humilis, moribusq; plenus,
Hæc tibi nil proderunt, si tu sis egenus,
Nam sola pecunia formam dat, & genus;
Dummodo sim splendidis vestibus ornatus,
Et multa familia sim circumuallatus,
Prudens sum, & sapiens, & morigeratus,
Ego tuus nepos sum, tu meus cognatus.
Ista cum defecerint statim euanescit,
Nostra consanguinitas morte refrigescit,
Cessatq; notitia, ita quod me nescit,
Qui dum diues fueram, surgens mihi ceßit.
O miranda vanitas! ô diuitiarum
Lamentabilis amor! ô virus amarum!
Cur tot viros inferis faciendo carum
Hoc quod transit citius, quam flamma stuparũ?

Verè deferbuit hac nostra tempestate charitas, Deique ac sanctorum cultus factus est neglectior, tot prouincijs, quæ ecclesiarũ cuneis fulciabantur, ac ordinibus sacerdotũ ornabantur, desolatis, viduis & abiectis. Iam Sion ciuitas Dei nostri, facta est vilis: facta quasi polluta menstruis inter inimicos suos. Manũ

suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Viæ eius lugent, eò quod nemo veniat in die festo. Egressus est à facie eius omnis decor, & deliciæ. Didicerunt asperas hæresum, & difficiles peccati vias ambulare. Virgines, & iuuenes eius in aulis educati monasteriorum, abierunt in captiuitatem mortis, dū lapides sancti eius disperguntur in capitibus omnium platearum.

DE ALIIS ADVENTVS ANTIchristi signis, ac inprimis de bello.

HAec sunt igitur præcipua signa, quibus Antichristi aduĕtum in propinquo esse potest præcognosci. His tamen addere possumus bellorum atrocitatem, ac abundātiam, famem, pestilentiam, terrę motum, hæc siquidem etiam in nouissimis temporibus obuen-
Matt. 24. tura esse prædixit ipsa veritas increata. *Audituri*, ait, *estis prælia & opinionem præliorum, & seditiones. Consurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum.* Parens autem & procreatrix bellorū, præliorum, seditionum, litiū, discordiarū erit superbia & ambitio: hoc ex D.
2. Tim. 3. Paulo colligere est, qui in nouissimis dieb. ho-
Bellorum origo. mines futuros *elatos, superbos, proteruos, tumidos*, astruit clarissimè. Quia ergò eius notę hominibus mundus in suo extremo decursu circūfluet, etiā plurima ac grauissima futura esse bella, nemini potest esse ambiguū. Quippè superbia nec parem ferre potest, nec superiorē.
Prou. 13. Rectè Script. *Inter superbos*, inquit, *semper sunt*
Eccl. 17. *iurgia: & in ijs est effusio sanguinis.*

Cæte-

Cæterùm noſtra & Patrum memoria, quã-tum eccleſiæ Catholicæ bella, & inter Principes diſſentiones, perniciei attulerint, proh dolor ipſa ſatis experientia edocuit: habet ſiquidem in ſe bellum cum alia mala plurima, tum illud imprimis, quòd & malè animatis hominibus affert peccandi facultatem, & plerumq; Principibus conniuendi neceſſitatem.

Muretus oratio. pro Franciſco II. Gall. Rege.

Occaſio propagationis hæreſum.

Superioribus annis, ait quidam, *cum duo Chriſtianorum maximi potentiſſimiq; Reges*, (Carolũ V. intelligit, & Franciſcum Galliæ Regem) *graui & diuturno bello inter ſe contenderent: cæterorum autem Principum non ferè quiſquã eſſet, qui non ad alterutram partem aut ſuapte voluntate inclinaret, aut aliqua officij ratione adduceretur, aut etiam neceſſitate traheretur: Cum vndique armorum fulgor, ſtrepitus, terror, omnium oculos, aures, animos perſtringeret, obtunderet, cõſternaret: cum quibuſdam locis pauciores iam reperirentur, qui fructus ex agris perciperent, quam qui agros ipſos, aut ſua, aut aliena cæde quotidiè cruentando pinguiores efficerent, eueniebat, vt in illa rerum omnium perturbatione & improbi ac conſcelerati homines* (Lutherus nimirum & Caluinus) *opinionum ſuarum venena per omnes populos fidentius, atq; impunius ſpargerẽt, & Principes alijs cogitationibus occupati, ad coercendam illorum audaciam animos conuertere non ſatis cõmodè poſſint.* Hæc ille. Sic perditi iſti homines turbida exiſtente aqua, vt in prou. eſt, piſcati ſunt, ſic peſtilẽtiſſimas opiniones per oẽs propemodũ chriſtiani orbis prouincias, diſſemi-nârunt,

Vt

Rad'x bellorum & litium a auaritia & luxuria.

Vt autem bella ex superbia & ambitione sub finem mundi, sic ex auaritia, ac etiam carnis libidine enascẽtur. Auarus siquidem cum dolium habeat inexplebile, & suis non sit cõtentus, fit, vt dum alienis inhiat, ac ea vi auferre molitur, lites moueat & bella. Exempla passim sunt obuia. Quid Alexandrum Magnum, Antiochum, Sennacheribem, Turcam, & id genus tyrannos mouit, vt tot bellis cæteras gentes diuexârint, nisi immensa illa & inexplebilis accumulandarum opum auiditas?

Quantas etiam turbas excitet, & hactenus excitârit fœda voluptas, quot peccato libidinis, regna, prouinciæ, ciuitates dissipatæ, dilectæ, & funditus euersæ fuerint, nemo nisi in superiorum sit temporum historiis peregrinus atque hospes, ignorare potest.

Et quia his tribus peccatis circa seculi consummationem, testante scriptura, totus defœdabitur orbis, etiam bellorum, Deo ita permittente, totus tempestatibus exagitabitur, vt vel sic *Discat in auctores pœna redire suos*. Illudque fiat, quod SS.PP. futurum asseuerant: nimirum vbique terrarum Antichristo nascente, bellum ardeat & dissentio: sicut nascente Christo pax fuit emissa per orbem.

Et quamuis hoc nostro turbulentissimo seculo varijs, ac àtrocissimis, perniciosissimisque bellis agitetur orbis: iam enim non modo gens aliena consurgit aduersus aliènam, vtpotè infidelis contra fidelem; Iudaica con-

tra

Christianam: Sed fideles contra fideles,& Christianæ contra Christianas inimicissimè, & infestissimè contendunt.

Adhuc vt inclusum, intestinum ac domesticum malum in dies singulos ingrauescat, plus satis experimur: ita enim patres contra filios desæuiunt, fratres contra fratres,cósanguinei contra consanguineos, vt iam illud compleri videatur: *Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis,& amicis,& morte afficient ex vobis.* Luc. 21. Quamuis inquam, hæc ita se habeant, initia tamen tantum sunt futurorum malorum, ac dissidiorum. Nec ex his quicquá certi potest de aduentu Antichristi definiri.

DE ALIO ADVENTVS ANTIchristi signo scilicet fame.

HOc autem signum naturali quadam consequétia comitatur aliud, nimirum fames, rerumque fermè omnium egestas, dicente Christo: *Et erit fames.* Matt. 24. Marc 13. Luc. 21. Cum etenim bellorum futura sit multitudo, & præliorum abundantia, quibus colonorum bona diripiantur, ac ipsum solum, rusticis passim fugatis & abductis, partim trucidatis,sterile remaneat, & incultum, quibus etiam fana compilentur,& æraria publica exhauriantur,magna annonæ caritas, ac rerum inopia inde emergat, necesse est.

Et licet ita se hæc habeant, in confesso tamen est, Deum, vtpotè iustissimum,ac prudentissimum iudicem,eiusmodi plagam,& in

pœnam

pœnam peccati, & in signum sui aduentus, in consummatione seculi futuri, immissurum, quâ appropinquante frequentissima eiusmodi fames, & rerum indigentia futura est.

Dabit verò tam frequenti fami non minimam causam, quasi præter naturam temporũ, elementorum, astrorumque qualitas, at natura sibi non æquè constans syderum & planetarum; quippè insolitæ subsequuturæ sunt solis & lunæ eclypses, præter alia nocumenta sterilitatem terræ inducentes.

DE PESTILENTIA.

FAmem etiam ac bellum naturali quadam consequentia sequitur pestilentia, quam futurã in extremis temporibus prædicit magister noster cœlestis locis iam commemoratis. At illam Deus iustus iudex, tum in pęnam peccati, tum in prænotionem sui ad iudicium aduentus solito crebrius sub occasum mundi ac inclementius debacchari permittet.

Famis & belli comes pestilentia.

Quod autem à fame pestilentia naturali quadam consecutione proueniat, nemini dubium esse potest, cum siquidem populus, qui Martis castra non sequitur, ob famem & rerũ inopiã plerũq; esculentis ac poculentis vtatur naturæ suæ nõ cõsentaneis, fit, vt quibuslibet morbis & ægritudinibus reddatur obnoxius.

Idem de bello dici potest, cuius etiã comes est pestilentia, cũ etenim ij qui militię nomen dedêre, statam non habeant & firmã aliquam viuendi rationem, quippè necessitate rerum, per-

personarũ,locorum,temporũ, & id genus rerum aliarũ vrgente, noctem persępè vertũt in diem,& è diuersò cibis,non quos appetũt,sed quibus possunt plerũq; vescuntur, fit vt propter hæc & eiusmodi belli varia incommoda corporũ qualitates varijs morborũ & ægritudinũ generibus nõ possint non esse expositæ.

At alia adhuc subest causa: Dominus Deus luxuriam,crapulam, libidinem, & alia peccata, vitia,scelera,(ad quæ perpetranda proiecti ferè sunt militiæ destinati,sic ille canit:

Nulla fides,pietasq́; viris,qui castra sequuntur, *Lucan. li. 10 belli ciuilis.*
Venalesq́; manus:vbi fas,ibi maxima merces.)
pestilentiâ vel alio morbi genere punit & expurgat. Quis enim ignoret, has & similes plagas probrorum sceleribus procurari,& hominibus à mandatis Dei aberrantibus, & in lege eius nolentibus ambulare,irrogari?

Et quia in nouissimis diebus, fames, bellũ, seditiones, prælia inualescent & percrebrescent, etiam frequentissimæ ac generalissimæ futuræ sint pestilentiæ,necesse est.

Tria iam signa futuri aduentus Antichristi ac interitus totius vniuersi,breuiter & modicè perstrinximus,quę sunt bellorum,famis, pestilentiæ frequentia ac inualescentia. Hæ sunt communes illæ plagæ, quibus Deus ter Opt.Max. qui mirabilis est, & in omnibus operibus suis sapiens & iustus,ab ipso fermè rerum exordio vtitur, & in pœnã peccatorũ, & in signa posterioris aduentus sui, simulque ijs nos paternè admonet vitiorum fœditate *Psal.144. Psal.67.*

post-

postposita, ad saniorem mentem redeamus, ac erroris veniam, deposita omni peruicacia, humiliter imploremus. Ne scilicet per animi obstinationem ad extremum pereamus.

DE TERRAE MOTV.

PORRO his tribus signis addamus aliud, nimirum motus terræ insolitos; de his etenim consummationis seculi signis sic Christus: *Et erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca.* Qui nostra, nostrorumque Patrũ memoria terræ motus fuerint, & quid portenderint, litteris proditum est & consignatum.

Matt. 24. *Mar. 13.* *Luc. 21.*

Et quamuis naturâ cooperante obtingere soleant, nequaquam tamen frustra eos fieri arbitramur, sed occulta ratione aliquid, vel secundi, vel aduersi portendere, tot rerum exemplis huic sententiæ suffragantibus.

Accedit increata illa veritas seruator Iesus totius creaturæ naturæque effector & Dominus, *in quo omnes sunt sapientiæ & scientiæ thesauri*, qui de his motibus terræ sic loquitur: *Et erunt terræ motus per loca. Hæc autem omnia sunt initia dolorum.* Nimirum subindicat, futuros ante nouissimum huius seculi diem terræ motus. Et quam ob causam? vt signa sint & initia eorum, qui futuri sunt dolorum, in vniuerso scilicet mundo generalium, ac eorum qui sequuturi sunt, impiosque excruciaturi.

Col. 2.

Ita nimirum ex verbo Domini intelligimus

mus, terræ motus non ſimpliciter ſecundum conſuetudinem, ſed cum quadam ſignificatione accidentes, plerumque ſemper diuinam nobis iram prænuntiare, vtpote belli rabiem, peſtilentiam, famem, nec non alios futuros non ſine miſerrima calamitate & clade dolores.

Quæ de bellis, fame, peſtilentia, terræ motibus dicta ſunt, analogiâ quadam poſſunt Tyrannorum perſecutionibus, martyrum paſſionibus, hæreticorum falſis dogmatibus & ſchiſmatibus, conuenire: vt enim illis, ſic his percrebreſcentibus malis, affluentibus ac inualeſcentibus, Antichriſti aduentum, mundique periodum imminere, affirmatè poſſumus concludere. At de his vberius tractaturi ſumus antitheſi prima.

DE TERRORIBVS IN ELEmentis futuris.

PRæter hæc iam à nobis futuræ vaſtationis mundi ac aduentus Antichriſti, ſigna, erit frequentia terribilium inſolitarumque in quatuor elementis, & maximè in aere, non minus interdiu, quam internoctu apparentium formarum: *terrores*, ait ipſa veritas, *de cælo, & ſigna magna erunt.* *Matt.24. Mar.13. Luc.21.*

Siquidem mundo in occaſum tendente, crebræ futuræ ſunt ſolis & lunæ eclypſes, in aere cometæ, dracones volantes, capræ ſaltantes, caſtra, turres, trabes, columnæ, lanceæ, candelæ, globi, cohortes, ignitæ pyramides,

gladij idque genus aliæ formæ, figuræ & diuersæ exhalationes, & impressiones, quas ipse Dominus & Saluator noster appellat, *terrores de cælo*, quod non modo semper eas secutæ sint plagæ terribiles, vtpotè lites, seditiones, fames, pestilentiæ, cædes, Principum interitus, dominiorũ mutationes, sed etiam quod designent res multo terribiliores, quæ circa tempus consummationis affuturæ sunt, quæ homines tunc existẽtes & perterrefactos reddent & attonitos. nam teste domino. *præ timore & terrore arescent*, consteruabuntur, exanimabuntur. De his numine inspiratus Propheta: *Vlulate*, ait, *quia propè est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur: torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisq; ad proximum suum stupebit, &c.*

Luc.21.

Isai.13.

At hic, ita auguror, quæret quispiã curiosus, cur hæc vltima signa, inter signa aduentus Antichristi, ac mundi occasus connumerem, cum omnibus ferè retro seculis bella acerba diuturnaque, annonæ caritatem, ac rerũ omnium penuriam, pestilentias etiam grauissimas, motus terræ ingentes, deniq; in quatuor elementis signa horribilia, quibus totus mundus concutiebatur, premebatur, atterebatur, formidine prosternebatur, semper fuisse historię, monumenta, & tota testetur antiquitas? Et si hæc signa sunt impendentis interitus seculi, quomodo hoc præsens seculum perseuerat? Res-

Respondeo fuisse quidem effluxis tēporibus hæc signa, sed multò quā nunc rariora, nostra ætate frequentiora sunt, & abundantia, quod argumento est firmissimo, etiam ipsum mundum senectute pressum ad suam properare periodum. Isa. 12.

Atque hinc primum omnibus existit, neminem certò posse ex hisce ac alijs signis præscire diem vel annum aduentus Christi, aut consummationis seculi, quia ad quem vsque gradum excrescere debeat, ac inualescere horum signorum abundantia, nec à Deo reuelatum est, nec certum nobis esse potest, aut determinatè exploratum, cum soliusDei hoc sit scientiæ reseruatum.

Hoc tamen certo certius est, tunc tanto Antichristi aduentum, ac ipsam orbis totius vastitatem fore propinquiorem, quanto hæc affluentius, frequentius, ac generalius obtingere signa videbuntur. Sed nec his signis concurrentibus præsciri potest tempus aduentus Antichristi, aut dies vel annus futuræ extremæ orbis desolationis: Quippe voluit præpotens Deus, vt inter hæc signa, & ipsam mundi consummationem nonnihil temporis intercurreret, cuius determinationem nemo sit præsciturus: sic enim veritas ipsa: *Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis.* Matt. 24.

Si quis scrupulosius hic quærat, cur Deus ille opt. max. diem annumque huius seculi nouissimum, in quo è cælo quo ascendit, re-

uersurus est nobis occultum esse voluerit, responderi poterit.

Primo hanc præcognitionem non esse rerum ad beatitudinem pertinentium, quas nos scire dumtaxat voluit, easque inquisitè, atque sollicitè circumspectare, nec non etiam, opere complere. Sic Christus Petro: *Si eum, volo manere donec veniam, quid ad te?* q. d. ne hoc curiosius perquiras, quo intellecto, nihilo es beatior, tua quod nihil refert, percunctari desinas.

Equidem quæ latere voluit suprema illa *Ioan. vlt.* bonitas, sollicitius indagare hominis phrenesi excitati esse videtur. Quippe omnia facit Deus in sapientia pondere & mensura, & cum nihil mali velit aut faciat, qui non optimus solum est, sed ipsissima bonitas, vnde manat quicquid boni est, quis ausit quærere cur ita faciat?

Itaque hæc aduentus Antichristi, aut temporis nouissimi diei inquisitio earum est rerum, quæ minimè nostra intersunt. Vnde de hac re discipulis interrogantibus, magno cum verborum pondere respondit magister ille cælestis: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos.* Hanc quærite, hanc omnibus modis, & votis exoptate, quâ obtenta beati efficiamini: non vos rerum alienarum cura remordeat.

Non

Non expedit diem illum præscire nouissimum, imò prodest nobis esse incertum, ne scilicet inertes, & ignaui ad operandum reddamur, sed semper eum credamus futurum, quem ignoramus quando venturus sit. Non est igitur nostrum, nec nobis prodest nosse determinatam secundi aduentus Domini diem, quæ huius mundi erit nouissima, vltra quam vel reuelatur, vel per scripturas traditur, hoc siquidem eruditionis est, illud verò præsumptionis. At scriptura docet eundem diem certo esse venturum, sed quando venturus sit conticet.

Quod etiam de vniuscuiusque hominis nouissima die scriptura vult esse intelligendum, quam Dominus ijsdem rationibus nobis voluit esse incertam: nisi gratiosa quadam reuelatione certam quibusdam esse voluerit & determinatam: *Nescit*, ait Ecclesiastes, *homo finem suum, sed sicut piscis capitur hamo, & sicut auis comprehenditur laqueo, sic homo capitur in tempore malo.* Eccl. 9.

Quæ cum ita se habeant non dicat Calculator Antichristum nasciturum anno *26.* seculi currentis, non obtrudat nobis nænias pro oraculis, insulsissimas.

DE SIGNIS ANTICHRISTVM *concomitantibus.*

Expeditis signis, quæ Antichristum antecedent, superest agamus de ijs, quæ ipsum comitabuntur, Inter quæ est prædicatio Henoch, De prædicatione Henoch & Eliæ.

noch, & Eliæ: diuina siquidem illa bonitas, vt innecessarijs nunquam deficit, sic in extremis illis temporibus, ac validis persecutionibns dilectam suam non deseret Ecclesiam, nec diutius patietur aduersarium suæ insultare gloriæ. Quin potius, quanto erit hostis potentia maior: tanto de illo triumphum aget splendidiorem.

In extremis temporibus suæ Deus succurret ecclesiæ.

Stant pacta firmissima, & pollicitationes plurimæ: *Super hanc Petram*, ait, Christus, *ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam*: Et alibi: *veritas in nobis permanet, & erit nobiscum in æternum*. Sunt & passim obuia eiusmodi testimonia, quibus certi sumus nunquam Deum bonum & benignum suis defuturum.

Matt. 16.

2.*Ioan*.1.

Auxilia verò, quibus tunc Deus suæ succurret Ecclesiæ, duplicis sunt formæ: Quædã inuisibilia & interna: alia visibilia & externa: vtroque modo Ecclesiæ suæ aderit Christus: Interna erunt fidei admirabile robur, charitatis & patientiæ inuictus spiritus, sapientiȩ lux tam eximia, quæ nullâ poterit diabolicæ potestatis, & operationis caligine offundi.

Duplicia Christi auxilia; interna & externa.

Inter externa verò auxilia principem locum tenent Angeli sancti; nec enim frustra à Daniele scriptum est: *In tempore autem illo, cõsurget Michael, Princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui.*

Dan.12.

Ad omnes etiam Diaboli insidias detegẽdas, ad omnes mendacij machinas superandas, valebit excelsũ, atq; insuperabile diuini eloquij robur,

robur, iuxta illud. *Omnis sermo Dei ignitus, Clypeus est sperantibus in se, & gladius spiritus, est verbum Dei.* *Prou.30.*

Præterea tunc temporis, perfectos viros, & Apostolicæ sanctitatis, excitabit Deus, quibus regnum Christi sempiternum, profligato huius mundi principe, gloriosissimè cedat.

Mittentur denique ætate mundi iam interuétis extremâ, ab omnipotéte Deo Henoch, & Elias, vt corda filiorũ nutantia, ac penè deficientia confirment, & ad Patrũ primorũ, Apostolorũ Christi firmissimã fidẽ, constantiáq; conuertant. Et quamuis addubitent de hac re nonnulli; non potest tamẽ salua fide scripturæ canonicę eorũ ante iudiciũ aduẽtus denegari. Sub finem mundi mittentur Henoch & Elias. De missione Henoch & Eliæ varij variè loquuntur.

Ac primo quidem quod ad Eliæ aduentum spectat, locus illustris est apud Malachiã, qui volume suũ ita claudit: *Ecce ego mittã vobis Eliam prophetam antequã veniat dies Domini magnus, & conuertet corda patrũ ad filios, & corda filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam & percutiam terram anathemate.* Quod autẽ de Elia in cælũ rapto loquatur Malachias, patet ex lectione 70. Interpretũ, ij enim Eliam Thesbitẽ vertunt, vt exploratò sciamus hæc de vero Elia dici. Quibus cõsentiunt Aug. Chrys. & alij. Deinde certã de Elia venturo fidẽ facit Ecclesiastici auctoritas, vbi de Elia legimus: *Qui scriptus est in iudicijs temporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filiũ, & restituere tribus Iacob.* Hæc qui de Ioanne, non vero Elia dicta contendit, delirat planè, cum Elias venturus est & probatur. *Malach.4.* *Aug. lib. 20. de ciu. cap. 29. & 30. Chrys. hom. 58. in Matth. Hier super Malac. 4. Eccl. 48.*

proximè dixerit: *Qui receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorū*. Apud Matthæum etiam sic legitur: *Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Hoc est, veterem & collapsam religionem reuocabit in integrum. Non potest igitur non inter temerarias, ac erroneas eorum sententia numerari, qui Eliæ in fine mundi aduentum pernegant.

Matt. 27.

Errãt, qui Eliæ aduentum negant.

Henoch etiam vẽturus est.

Gen. 5.

De Henoch verò certa sunt etiam scripturæ testimonia. Primum in Gen. vbi legimus: *Ambulauit Henoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus*. Vbi satis docemur, hunc præ cæteris à præsenti seculo raptum, & dilata morte substractum in eadem carne mansisse, sic testatur D. Paul. *Fide Henoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia trāslulit illum Deus, ante translationem eius testimonium habuit placuisse Deo*. Et in Ecclesiastico legimus: *Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum vt det gentibus pœnitentiam.*

Ad Heb. 11.

Eccl. 44.

His planè verbis vltimis prædicatio illius in fine mundi futura denunciatur, ac etiam congruentia, ob quam ante secundum Christi aduentum duo mittentur pręcursores, cū ante primum vnus aduenerit, exprimitur: nimirum quia in primo aduẽtu Christus immediatè missus est ad Iudæos: *Non sum missus*, ait, *nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*, igitur vnus dumtaxat missus est præcursor, isq; ex ipsis Iudæis oriundus: At verò in secundo aduentu, veniet ad vniuersam ecclesiam ex Iudæis, gentibusq; congregatam, & ideo vnus præ-

Cur duo præcursores mittẽtur ante secundū Christi aduentū.

Cur ante Christi primum aduentū vnus sit mntum atissus præcursor.

præcursor ex circumcisione mittetur, alius verò ex præputio.

Videtur autem diuina scriptura vtriusque munus propriũ expresse signasse. Et Henoch dicit seruari: *Vt annuntiet gentibus pœnitentiam.* Eliam verò: *Vt restituat tribus Iacob.* Prorsus benè, atque ex ordine: sumptus est enim Henoch de Gentibus, hoc est de prȩputio, quum ea solum lex vigeret, quȩ inscripta erat cordibus hominum: Huius itaq; propriè erit, illas ad Christi admirabile lumen vocare gentes, quæ necdum manus euangelio dederunt, & quæ errorum tenebris iacent obcæcatæ. Eliæ verò hoc munus incumbet, quem de Hebraico populo extitisse nouimus, vt eidẽ populo conuertendo impigrã nauet operam; neq; tũc erit difficilè Iudæos ad veræ fidei lumẽ adducere: quia verisimile est, audita fama Antichristi & quod à suis vt messias sit receptus, quod Ierusalem & templũ sit reædificaturus, ex orbe vniuerso Iudæos in Ierusalẽ confluxuros, quos facili negotio & paruo tẽpore docere poterit Elias, & eosdẽ ab inueteratis suis erroribus reuocare, eorum cæcitatem coarguere, & amentiam exagitare. Officium horũ præcursorum.

De his etiã duobus præcursoribus loquitur B. Ioannes in sua Apoc. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt, diebus 1260. amicti saccis: hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Dei &c.* Ex quo intelligimus eorum prȩdicationẽ breuiorem esse futuram quã Antichristi imperiũ 30. diebus. Etiã instruimur hos futuros Cap. 11. Prædicatio Henoch, & Eliæ quãdiu duratura sit.

Henoch & Elias vitæ austerita te ac omnigenis virtutibus clarescẽt.

vitæ austerissimæ ac virtutũ omniũ amplitudine insignes: hi siquidẽ velut in speculo positi se alijs formã, atq; omnium virtutũ exemplar, exhibebunt, mortales ad pænitentiam, & mũdi contemptũ prouocabunt. Vnã eandẽq; esse legẽ, naturę, Moysi, gratię, cunctis persuadere adlaborabunt. A vera fide per Antichristũ & eius ministros auulsos ad veritatis tramitẽ reducere desudabũt, vacillantes corroborabunt: verbis, exẽplis, miraculis omnes in vera fidei confessione constantes sint & firmi, placidè cõmonebunt. Bestię, quę ascẽdit de abysso, hoc est Antichristo, bellũ spirituale denunciabunt, & cum eodem generose cõcertabunt.

Cur Henoch & Elias à Deo ad hoc munus sint reseruati & delecti?

Sed cum sancto hoc munere multi alij fungi queãt, diligentiusculè inuestigandũ est, cur hos duos præ reliquis ad hoc officium Deus cooptauerit. Sacri scriptores aliquas rationes assignant. Henoch, inquiunt, vir fuit omni virtutum genere instructissimus, cælesti contemplationi ac etiã primus diuino cultui addictissimus deditissimusq; : Elias autẽ feruẽtissimus, ac veritatis prædicandæ studiosissimus. Deinde cũ hi antiquissimi sint, fieri non potest, quin eorum prædicationes, maximam sint habituræ auctoritatem & efficaciam. Adde quod sub lege naturæ cum vixerit Henoch; Elias sub lege scripta, omnibus Deũ vtriusq; legis esse auctorem intrepidè proclamabunt. Hæc ferè DD. Cęterũ huius rei causã soli Deo esse cognitã, neq; nobis reuelatã ingenuè fateamur oportet, & cũ sapiente dicamus:

mus: Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? *Sap. 9.*

Hos igitur duos ſibi Chriſtus præcurſores adſciuit, qui adhuc vita & communi ſpiritu fruuntur vt ſcriptura docet euidentiſſimè. De Henoch ſic B. Apoſtolus: *Tranſlatus eſt ne videret mortem.* Et Eccleſ. 44. *Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum.* De Elia etiam dubitari non poteſt cum eum per turbinem in cælum aſſumptum eſſe clarè diuinũ teſtetur eloquium. Huic quoque opinioni veterum Patrum ſenatus vno ore ſuffragatur. Iræneus, Tertullianus, Hieron. Auguſt. & alij. Et quãuis adhuc vitam agant, morituri tamen ſunt, vt ijdem SS. PP. conſtanter aſſeuerant, & plus ſatis confirmat ſcripturæ auctoritas, de qua dicturi ſum⁹ loco oportuniore, nimirũ theſi 30. *Henoch & Elias adhuc ſunt in viuis Heb. 11. 4. Reg. c. 2. & eccl. 47. Iren. lib. 5. de Henoch. & Elia. Tert lib. contra Iudæos. Hier. Epiſt ad Pammachio. 61. Aug. li. 2. de pecc. orig. c. 23. & alij.*

Quod ſi curioſus quis etiã inquirat, qua de cauſa Deus hoſce duos famulos tanto tẽpore in viuis voluerit conſeruare, cum vel reſuſcitare eos conuenienti tempore, vel alios etiam ſimiles ex illius tẽporis hominibus delegere poſſet, nec. n. ſub illa Antichriſti perſecutione defuturi ſunt viri excellentiâ virtutis, ac ſciẽtiæ clariſſimi, & ad præcurſorum munus obeundum maximè idonei. Paucis dicendum eſt totum hoc ex conſilio, ac ordinatione diuina dependere, nec poſſe nos aliã adferre rationẽ, quã ipſam diuinam voluntatẽ. Plerique SS. PP. cò deuenerunt opinationis, vt exiſtiment hoc ita ſupernè factum eſſe vt, Deus hominibus vitã illam beatã, ac immortalẽ, quam ſuis electis eſt largiturus, adumbraret. Vel ſignifica- *Amb. de fide lib. 4. cap. 1. Greg. li 9. mor. c. 4.*

retse, si ita collibuisset, & si protoplasti inobedientia non obstitisset, facile omnes homines immortales potuisse ita conseruare, vt mortis legibus minimè essent obnoxij.

Ieremias non erit prȩcursor. Hi ergò duo dumtaxat erunt præcursores, non propheta Ieremias, vt asseruit Victorinus, cum enim prȩcursores de quibus agimus, *Cap. 11. in Apoc.* adhuc in viuis superſint, vt concors eſt DD. sententia, Ieremiam lapidibus obrutum interijsse in Aegypto, confirmant asseueranter Epiphanius lib. de Proph. Isidorus de vita & morte SS. & Dorothæus in synopsi.

Non erit præcursor Moyses. His duobus quidam connumerârunt Moysem, siquidem cum Elia apparuit in trāsfiguratione Domini, deinde, conuertit aquam in sanguinem, & potestatem habuit percutiendi omni plagâ terram Aegypti, immò totum quod gessit Moyses in Aegypto, typus fuit eorum, quæ sub finem seculi gerenda sūt. Quid enim Aegyptus, nisi mundum hunc, Pharao cum Aegyptijs, nisi Antichristum cū impiorum colluuie suorum, plagæ Aegypti, nisi plagas, quibus tunc ferietur mundus, prænunciant? Eductio quoque filiorum Israel in terram promissionis, immigrationem populi Dei in regnum cœleste; submersio Pharaonis & eius exercitus, impiorum in abyssum inferorum transmissionem & deuolutionem cōcinnè designant. His & similibus coniecturis permotus S. Hilarius, Moysen in extremis *Super Matth.* diebus affuturum cum Henoch & Elia sibi persuasit: At parum solidæ sunt hæ coniecturæ,

tæ, cum è vita Moysen excessisse testetur scriptura manifestè: & duos tantum numero futuros clarè ostendat: *Dabo*, inquit, *duobus testibus meis. Hæ sunt duæ oliuæ, &c.* Deut. 34.

Sunt qui velint cum Henoch & Elia tertium præcursorem extremi iudicij futurum S. Ioannem Euangelistam, his persuasi rationibus. Christus de suo aduentu ad iudicium loquens ait: *Si eum*, nimirum Ioannem, *volo manere donec veniam, quid ad te?* Igitur S. Ioannes inter viuos vsque ad secundum Christi aduẽtum est numerandus. Ioan. 23. S. Ioannes Euangelista nõ erit præcursor.

Et hoc veritati consonum esse videtur, nam nulla extat de eius obitu historia, nullæ eiusdem reliquiæ. memoriæ quidem proditũ est, eum viuum intrasse sepulchrum, discipulis etiam suis ne discederent præcepisse, qui sequenti die reuersi, nec corpus eius, nec sepulchrum inuenerunt.

Quin & Angelus sic B. Ioannem alloquitur: *Oportet te iterum prophetare gentibus, & linguis, & Regibus multis*, quod necdum completum est, nec adimplebitur, nisi vnus ex Christi sit præcursoribus futurus. Apoc. 10.

Ratio etiam ipsa videtur suadere: vt enim Henoch de lege naturæ, Elias de lege scripta, sic B. Ioannes de lege gratiȩ testimonium perhibeat oportet.

In hanc sententiam pedibus eunt, Hyppolytus in orat. de consummatione. S. Damascenus in orat. de transfiguratione. S. Ambro. lib. 7. in Lucam.

At alij ab hac sententia pedibus recedunt & manibus, ac velut pro aris & focis defendunt duos tantum futuros præcursores, Henoch, & Eliam. Ratio est, quia B. Ioannes vita functus est, sic testantur plurimi & antiquissimi Patres. S. Hieronymus his verbis: *Confectus senio, sexagesimo octauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem sepultus est.* Eusebius, Nicephorus, Tertullianus, alijq; innumeri, quos citat Suarez tom. 2. q. 59. art. 6. disp 55. sect. 3.

Cum igitur B. Ioannes vitam cum morte commutârit, anima eius beata sit oportet, alioquin cur festiuitatem eius celebraret ecclesia? At si præcursor esset futurus, necessarium foret, vt anima illius iterum corporis terrestris, quod mortalis concreti passibilis, vniretur domicilio, quod miraculum foret inusitatum. Quid? quod B. ipse Apostolus asserit perspicuè futurū, vt duo præcursores Henoch & Elias ab Antichristo occidātur truculētissimè?

Cap. 11. Apoc.

Quod ad Christi attinet auctoritatem, dici potest, Christum eo loco conditionaliter loqui, ac per interrogationem, nulla certa posita affirmatione. ita interpretantur B. Chryso. & Cyrillus. Vel loquitur Christus de aduentu suo ad ruinam ciuitatis Ierosolymitanæ, hanc Theophyl. & Toletus expositionē sequūtur.

Quod verò viuus sepulchrum intrasse dicitur, incertum est & apocryphum. Sed donemus ita esse, non tamen inde sequitur, eum è viuis non fuisse abreptum, de quo sic B. Hierony-

ronymus in prol.ſup.Ioann.*Deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione poſitus eſt ad Patres ſuos, tam extraneus à dolore mortis, quàm à coruptione carnis inuenitur alienus.* S.etiã Chryſ. B.Ioannis Euang. reliquias multo tẽpore Epheſi fuiſſe conſeruatas aſſerit. *Hom.26. ad Heb.*

Ad locum Apoc.dicimus illum poſſe de ipſius euãgelio exponi, quod de nouo erat per orbem diuulgãdum. Ratio etiam infirma eſt, nec enim eſt neceſſarium vt B. Ioannes in nouiſſimis diebus de lege gratiæ ferat teſtimonium, futuri quippè ſancti ſunt,& prædicatores, qui & doctrinâ & ſanguine de lege gratiæ teſtimonium graue ſint exhibituri. Multa hic de duobus iſtis præcurſoribus ſcrupuloſius perquiri poſſent,ſed ne à propoſito mihi ſcopo plus nimio deflectam, & ne actum agere videar, ad eos, qui hæc ſtudioſè pertractant,Lectorem ablegabo.

Hic tamen inueſtigandum eſt quo tempore venturi ſint Henoch & Elias. Vtrum prodituri ſint in medium ante tẽpora Antichriſti an poſt illa,an potius vno eodemq; tempore? Diſcrepans eſt hac in re DD.ſententia. D.Auguſt.li.20.de ciu.cap.30.exiſtimat Eliæ aduentum & Iudæorum conuerſionem prius futuram,quam Antichriſtus prorumpat. Quo tempore ſint venturi duo præcurſores.

Beda in 11.Apoc. quorundã ſententiam refert,& probat quòd abſoluta prædicatione Eliæ atq; Henoch,ipſiſq; occiſis,tunc Antichriſti regnũ ſit exoriturũ, vt hui⁹ exordia, illorũ finib.proximè ſuccedãt.Atq;hoc modo intel-

ligi

ligi vult Danielis prophetiam, asserentis in dimidio hebdomadis fore, vt sacrificium cesset, atque aboleatur: nam annos septem hebdomadæ comprehendi in illa Danielis prophetia notissimum est, vltimam verò hebdomadem de fine mundi intelligi, & Beda & alij antiquiores volunt.

In illa ergo hebdomada siue septennio, ita erunt diuisa spatia, vt dimidium illius anterius, hoc est annos tres & senis præcurrat testimonium Eliæ & Henoch: Posterius verò dimidium, id est annos tres & semis, qui supersunt, occupet Antichristi regnum, sed hæc incerta est & improbabilis sententia: ostendimus enim superius hebdomades Danielis ad Christi aduentum priorem, non posteriorem pertinere.

Thesi 19. Itaque Richardus de sancto Victore, & D. Thom. videntur annos illos tres cum dimidio, communes facere, & prædicationi duorū Prophetarum & persecutioni Antichristi, fieri enim potest, vt diuersis in locis hic sæuiat in Christum, & illi pro Christo, eiusque fidei defensione generosè, ac intrepidè decertent, & hoc tantisper donec in bello spirituali cōgrediantur, & duo hi Prophetæ, vbi tempus à Deo præstitutum aduenerit, iussu illius truculentissimæ bestiæ, morte afficiantur.

Suarez. tom. 2. q. 59. art. 6. disp. 35. sect. 2. In hanc sententiam propendet Suarez, sic enim ait: Verisimile est eos venturos postquam Antichristus iam rerum omnium potitus fuerit, vt significat Augustinus lib. 1.

quæst.

quæſt. euang. q. 21. dicens, *venturum Eliam, vt restituat eos, quos persecutio Antichristi conturbârat*. Clariuſque id docet Anſelmus in Elucidario.

Et ratio adhiberi poteſt, quia hi ſanctiſſimi viri venient vt Antichriſto repugnent & obſiſtant, ergo tunc affuturi ſunt quando perſecutio apertior erit & potentior. Item quia vt ex Apoc. cap. 11. colligitur, paulo poſt mortem horum præcurſorum Antichriſtus trucidabitur, & intermittetur perſecutio eius, cum igitur hæc ſit duratura 1260. diebus, ſimul ferè cum illa, vel paulò poſt illam, incipiet præcurſorum prædicatio. Scriptura ſiquidem æquale tempus aſſignat & prædicationi horum præcurſorum, & perſecutioni Antichriſtianæ, nimirum, tres annos & medium. Prædicatio Henoch & Eliæ, eo fiet tempore quo perſecutio Antichriſti futura eſt.

Porrò venturi ſunt duo hi Prophetæ, vt particulares perſonæ, & ſuis definitæ proprietatibus; nec enim per eos intelligendi ſunt omnes fideles Chriſti miniſtri, vt quidam ſibi imaginantur, ſed ſingulares perſonæ: hæc ſiquidem eſt *communis*, ipſo B. Auguſtino atteſtante, *fidelium interpretatio*. De modo quo hi duo Præcurſores venturi ſunt.

Aſſerunt autem SS. PP. ſuper Apoc. eos per aerem deſcenſuros in nebula quadam, ſiue curru igneo, non ſecus ac Elias aſcendit cum de terra in cælum tranſportaretur. Deinde eoſdem ex improuiſo in medio Ieruſalem, aut alterius ciuitatis celebrioris prodituros. Eorumque prædicationem, vt dictum eſt, duraturam eſſe 1260. diebus. *Lib. 20. de ciuitate cap. 29.*

Quomodo Henoch & Elias tam paruo spatio potuerunt mũdum sua prædicatione peruagare.

Sed quomodo tam breui tempore mundũ vniuersum Antichristi fraudibus à veritate depulsum,& eius imposturis inescatum, poterunt ad viam veritatis reducere & sua prædicatione collustrare? Respondemus non esse necessarium vt totum mundum circumeant, ac in minutissimis etiam locis concionentur, satis erit si in celebrioribus id fiat ciuitatibus. Etiam verisimile est eos ab inuicem diuisos, per diuersas orbis partes prædicaturos, neque solum voce, sed & litteris, ac scriptis proximos suos adiuturos. Addunt nonnulli eos habituros discipulos: quos per orbẽ terrarũ ad propagãdũ auxiliũ salutis humanæ tanquã veritatis satores sint ablegaturi.

Prædicatione Henoch & Eliæ non omnes credent.

Iam satis in quem finem vterque mittendus sit insinuauimus: Enoch: *Vt annunciet gentibus pœnitentiam.* Elias verò, *Vt restituat tribus Iacob.* Et quamuis per horum prædicationem multi tam ex Iudæis, quam gentibus sint conuertendi, non tamen sequitur omnes in vniuersum homines esse credituros: hoc quippe nec necessarium est, nec vllo testimonio probabili potest affirmari, neque est humanæ libertati consentaneũ quin repugnare videtur diuinæ prædestinationis modo, quæ ita videtur res hominũ disposuisse, ordinasse ac permisisse, vt semper inter eos sint boni & mali, fideles & infideles, quod varijs parabolis in euangelio Christus expressit, & in omnibus indicat hanc permixtionem vsque ad finem mundi duraturam.

At de

At de Iudæis exurgit difficultas, sic enim ait Paulus. *Tuncque omnis Israel saluus erit*, num igitur salui fient omnes Israelitæ qui tunc erunt in terra? Oecomenius in illud Pauli. *Donec plenitudo gentium intraret*. Ita respondet *sicut non omnes ex omnibus gentibus intrauerunt, sed pars maior, ita non omnes Iudæi, sed ferè omnes saluabuntur*. Nam præter sanctitatem Eliæ, & vim, efficaciamque dicendi, atque operandi, erit ex parte Iudæorum apta dispositio ad veritatem suscipiendam: ipsi siquidem experientia agnoscent se ab Antichristo eiusque ministris delusos esse, qui non ad veri Dei cultum, sed ad se adorandum, vt Deum, omnes conabitur allicere. Rom. 11. Iudæi in fine maiori ex parte conuertētur.

Nec tamen cogimur dicere cunctos, omninò Iudæos esse conuertendos, sed solum eos, qui ad vitam æternam fuerint præordinati, iuxta illud Danielis: *In illo tempore saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro*. Soli ergo illi credent, fide nimirū viua, & stabili ac permanente ad finem vsque. Quem etiam sensum habent illa Saluatoris verba: Elias quidem veniet & restituet omnia, hoc est omnes Israelitas quos dociles inueniet & persuasibiles, vt rectè exponit B. Chrysost. Quia tamen aliquid specialius illo tempore promittitur, credendum est maiori ex parte tunc fore Iudæos conuertendos, quod obseruauit Oecumenius loco iam à nobis commemorato, dicens: *Verè omnis Israel saluus erit, id est, plu-* Dan. c. 12.

res quidem auertentur à peccatis, & conuertentur ad ipsum. Et huic sententiæ subscribit Theophylactus in 11. cap. ad Romanos.

Quicumque igitur scripti non fuerint in libro, hi omnes magno agmine ducem suum Diaboli filium, sequentur, eiusque doctrinæ adhærebunt; & tandem cùm ipso infælicissimi pœnis addicentur sempiternis. Hi sunt de quibus S. Ioannes. *Et adorauerunt bestiã omnes qui habitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni.* *Apoc. 13.*

Quod verò ad alios pertinet, quamuis Elias, & Henoch multos sint in fide confirmaturi, ij tamen omnes paucissimi erunt, si cum residua hominum vniuersitate conferantur. Hinc Christus Luc. 18. *Verumtamen filius hominis veniens, putasne inueniet fidem super terrã?* Et Apoc. 11. post necem Eliæ & Henoch dicitur: *Inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, &c.* Si ergo huiusmodi futuri sunt homines illius ciuitatis, in qua ipsi fructuosa vitæ verba prædicabunt, quales in reliqua orbis parte futuros credemus?

Ex dictis liquidò constat, quam erronea sit Calculatoris de aduentu Antichristi, sententia, cum enim eodem tempore futurum sit Antichristi regnum, & testimonium illorum duorum prophetarum, vt illius aduentus, ita horum nobis occultus planè est & incognitus.

SECVN-

SECVNDVM SIGNVM ANtichristum concomitans.

ALterum signum quod Antichristum comitabitur, erit persecutio omnium, quæ retroactis seculis fuerit, grauissima. Antichristus siquidē confirmato iam regno suo, & totius orbis imperio, vi, fraude, ac varijs prælijs quæsito, tanquam syluestris aper, & fera singularis in electam Dei ecclesiam, toto orbe longè, lateq; grassabitur.

Immanis autem ille Draco, vt DD. est sententia, suum auspicabitur imperium, & eius habenas tractare aggredietur in Babylonica ciuitate, ex qua prorumpet crudelia bella, & exitiosa cum vicinis Regibus administraturus. Regnum Antichristi Babylone inchoandū.

Equidem impotentissima dominandi libidine percitus, adepto regno, immensisque exercitibus coactis, ac reliquis belli cunctis apparatibus Babylone comparatis, omnes in procinctu paratos esse iubebit, vt ad primum classicum, prompto alacriq; animo se ad maximas expeditiones, quibus orbem terrarum sit debellaturus, sequantur. Longè lateque Imperij sui fines dilataturus est Antichristus.

Porro, Reges, qui eo tempore in mundo rerum potientur, vel socordia, vel sui fiduciâ, neglectuque atque contemptu noui Regis, parum rebus suis prospiciētes. Vel certè quod tunc discordijs bellisque omnia perstrepent, ac turbabuntur, ex improuiso ferociter adorietur ac expugnabit.

Nec cordatus quisque dubitârit, quin Diabolus potentissima operâ ad regnum adipiscẽdum Antichristum sit adiuturus. Atque ita, permittente Deo, propter humana scelera incitaturus perditorum hominũ mentes, vt ipsum pro Rege suscipiant, ipsum venerentur, & colant. Quin & ea omnia, quibuscumque poterit apparatibus præstiturum quæ Antichristo ad monarchiæ apicẽ capiendũ, fauorẽ cõciliare poterũt, facilè quisq; sibi persuaserit.

His & alijs præsidijs de quibus nobis sermo futurus est, ingens erit Antichristi monarchia, & longè lateq; per innumeras Prouincias ac regna diffusa. Erit & Antichristo prodigiosa exercituum, opũ, diuitiarum, bellicorum apparatuum potentia, toti mundo tremenda, ac formidabilis.

Immo pluribus prouincijs, ac terris, maioribusque regionibus Antichristum imperaturum, quã vllũ retrò se monarcham à seculo condito, non dubitamus asserere: nam & totũ ipsum Romanũ orbem, & ditionẽ imperij, quã latè patet possidebit. Et multò plures regiones, suo sub dominatu ponet, quã vel Augustus, vel Traianus, vel alij Ro. monarchę, quãdo Ro. imperiũ, florentius extitit, tenuerunt.

Cæterum cum tres ex illis decem Regibus, inter quos Rom. imperium dispertietur, prę- lijs fregerit, & morte affecerit, Regem nimirum AEgypti, Regem Libiæ, & Regẽ AEthiopiæ, reliquos septẽ atq; vniuersum orbẽ suo subijciet imperio. Hæc cum sacræ scripturę tũ SS, PP. quos supra agentes de Antichristi reg-

no citauimus, auctoritate fiũt manifesta. Quæ omnia per allegoriã decem cornuum bestiæ insinuantur.

Quod regnũ Anti. hristi inchoandũ sit Babylone multi colligũt ex his verbis Zachariæ: *Quo isti deferunt amphorã? & dixit ad me vt ædificetur ei domus in terra Senaar & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.* nã, *Senaar*, vt adnotat D. Hier. campus est Chaldæorũ, in quo extructa est Babylon. Et 70. legunt, *in terra Babylonis.* Adhæc Rupertus ibidẽ asserit illa visione Iudęorũcõtumaciũ, & refractariorũ, supplicium denotari quod ad finẽ vsque mundi, & Antichristi aduentũ duraturum est. at tunc Iudæis Babylone domus ædificabitur, ibique Antichristum pro messia excipient, ac eum ad regni gubernacula ad mouebunt. Zachar. 5. Gen. 10. 11. & 12.

Quippè Deo ita permittẽte in pænã suæ incredulitatis Iudæi Antichristi astutiã, hypocrysi admirabili, verborũ præstigijs, ludificabuntur: sic testatur B. Paulus: *mittet illis Deus operationem erroris:* Q. D. Deus permittet vt Iudæi ab Antichristo deludantur in pęnam peccatorum eorũ, vt qui verũ messiã Iesũ Christũ adspernati sunt, nec recipere voluerũt, falso messiæ, pro vero, scil. Antichristo adhæreant. 2. Thess. 2.

Ita etiã prædixit ipsa veritas: *Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepistis me: si alius venerit in nomine suo* (vti venturus est Antichristus) *illum accipietis*, me qui veritatem dixi vobis, recipere noluistis, alium qui captione & impostura verborum vobis imponet, nõ reci- Iudæorũ cæcitas.

pietis tantum, sed & in vestrum messiam, in Regem vestrum cooptabitis. In hanc sententiam consentientibus animis eunt Cyrillus Ierosolymitanus, catech. 15. Damascenus lib. 4. cap. 27. Hippolitus de consummatione mundi.

Ex his habemus vafrum illum Antichristum prius artificio simulationis aliquos sibi adiuncturum, quam aperto marte, ac per vim ipsos aggrediatur homines. At quis hic erit astus? quæ calliditas?

PRIMVS HOMINES DECIPIENDI MODUS.

Primus modus decipiendi erit Antichristi eloquentia.

PRimo ad persuadendum erit concinnus, & politus; quippè vt astruit B. Anselmus in elucidario suo, *à Diabolo instruetur in omnium genere litterarum ac scientiarum.*

Homines curiosos, & rerum nouarum cupidos, qui prurigine quadam immensa sciendi, arcanaque naturæ perscrutandi titillãtur, ad se facilè alliciet, incredibili scientiarum omnium ostentatione, ac præsertim magiæ omnis generis, ingenti peritiâ quâ omnes obstupefaciet.

Quos animaduertet opum, ac delitiarum amantes, immanes illis thesauros, & rerũ omnium copiam largietur. Vnde S. Hieron. ait in 11. Danielis. *Quos minis & terroribus non subijciet, eos subiugabit auaritia: largietur enim deceptis munera.* Huc spectat quod Daniel inquit: *& in copia reeum omnium occidet plurimos.*

Daniel. 8.

Ambi-

Ambitiosis, quibus inerit honorum, gloriæ ac dominandi cupido: vt est totum ferè humanum genus (nisi pauci, quibus Deus singularem gratiam præstitit ista contemnendi) innumeros honores, magistratus, præfecturas conferet. Vt eos deijciat: Illud satis innuisse visus est Daniel cum ait: *Et multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet grauitò*. Hoc est, honoribus immodicis suos assectas augebit,. & dabit eis amplissimos magistratus, vt præsint multis hominibus, vel vrbibus, aut etiam prouincijs. Et terras liberalissimè distribuet, hoc est, oppida, vrbes, aut regna suis sectatoribus concedet. Cap. 11.

Præterea eloquentiâ, & arte dicendi, quâ prodigiosè valebit, & per se, & per suos ministros concionatoresque ita homines suis cauillis, & argutijs capiet, vt ne doctissimi quiq; ac facũdissimi catholici coram hiscere ausuri sint. Argumentis & sophismatibus vtetur tã perniciosis, vt videri possint mathematicæ, vt aiunt demonstrationes, cum reuera non nisi mera mendacia sint futura.

Immani illâ scripturarum diuinarum notitiâ, quâ pollebit: enorme dictu! quantis dolis & fraudibus his nonnisi in perniciẽ Christianorum abutetur? Cum doctissimo quoque fidelium in publico differet, & tantis verborum inuolucris, tãto dicendi lenocinio instar Prothei in omnes se partes versabit, vt cunctis astantibus videri queat ipsum diuinis om-

nibus & humanis rationibus luculentissimè demonstrasse, Christum Dominum nonnisi delirum fuisse seductorem.

Antichristi doctrina impia. Erit equidem doctrina Antichristi impia, rebellis, maliciosa, & vt voti sui compos fiat, vt pro messia recipiatur, populum ad legem Moysi & circumcisionem inducere pro virili conabitur. Quod vt assequatur facilius, Christum verum messiam & mundi saluatorem fuisse pernegabit, vt iam dictum est, impudentissimè. Hac doctrina impijssima à fide Iesu Christi diuellentur quamplurimi.

Deinde omnes istius pestis teterrimæ conatus eò dirigentur, vt hominibus persuadeat se verum esse Deum, nec alium præter se Deum esse. Hoc præcipuè imbibet, hoc spectabit, hæc ei à principio mens, hoc consilium ac propositum erit. His quæ dicimus, subscribit S. Paulus: *Extolletur*, ait, *suprà omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Vbi in quibusdam exemplaribus legitur: *Ostendens se, quia sit Deus.* 2. *Thes.* 2.

Immò fulgore suæ fortunæ ita insolescet, vt se plus quam Deum esse sit existimaturus. Quod & prophetico corroboratur oraculo: *Eleuabitur*, inquit Daniel, *aduersus omnem Deum*, quæ sunt idola, *& aduersus Deum Deorum*, qui verus est Deus. *Cap.* 11.

Quippè, vt testes sunt Lyranus, ac glossa ordinaria, Antichristus palàm idola omnia exscindet, ac eorum cultum de medio tollet,

vt nimirum omnis honor sibi soli deferatur. Qui tamen dœmonem ipsum adoraturus, eumque *Moazim*, teste Daniele, appellaturus est, quòd ipsius dœmonis ope & auxilio, nullo natalium splendore ad tantum dignitatis fastigium ascensurus sit.

At quis ex his principijs perspicuè Antichristum verum futurum Atheum non videat? *Deum Patrum suorum*, sic loquitur Propheta Daniel, *non reputabit, nec quenquam Deorum curabit*. Si nec Deum quem adorauerunt Iudæi, parentes & maiores eius, *non reputabit*, quem colet, cui credet, quem adorabit?

Hinc etiam discimus, quam effrons, arrogans fastuosus sit Antichristus futurus, vt non iniuria B. Gregorius, *Regem superbiæ*, eum audeat nominare, indicans in hoc vitio cum Lucifero posse conferri. maximè verò tunc tollet cristas, & ad tam prodigiosæ superbiæ, insolentiæ, & elationis culmen, cum rerum potitus fuerit, erigetur. *Lib. 4. epist. 38.*

SECVNDVS MODVS, QVO Antichristus vtetur homines fraudandi.

Secundò, vt impia, & detestabili doctrina Iudæos, ac alios in fraudem pelliciet, sic & promissionibus temporalibus, quas Iudæi potissimum expectant, versutus ille ludificabit. nam (quod caput. & maximum illius robur erit) ingentibus diuitijs circumfluet, & amplissimam auri & argenti vim conflabit, quo infinitam hominum multitudi- *Secundus modus decipiendi, quo Antichristus vtetur promissiones & liberalitas.*

nem trahat & allectet. hoc scriptura exprimit:
Dan. 11. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis AEgypti.*

Anselm. in elucid. Vnde Anselmus ait: *quod industria dæmonum omnis pecunia occulta, erit ei manifesta,* siue sit in mari, siue in reconditis terræ finibus. Immo mineralia fortassis auri, & argenti, virtute dæmonum elaborata offerentur & dabũtur ei, vt nimirum his facilius ac citius ad imperialem prouehatur dignitatem.

Sedes monarchiæ Antichristi erit Ierosolyma. Et quamuis Iudæi Antichristum in ciuitate Babylonica in suum sint Regem ac messiã, vt diximus, adsciturі, constans tamen est DD. sententia, eum Ierosolymis principalem imperij ac monarchiæ suæ sedem collocaturum. AEmulus equidem diuinitatis, templi à se restaurati, sedem sibi pro palatio decernet, vbi ad instar Dei se cunctis populis præbebit adorandum: hoc clarè testatur B. Paulus: 2. Thess. 2 *Ita,* inquit, *vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.*

Quanquam etenim Patres interdum alijs modis illud templum metaphoricè interpretentur, tamen sensus maximè proprius, & litteralis esse videtur, vt de templo Ierosolymitano intelligatur, Ita exponũt Irenæus & Cyrillus, Seuerus Sulpitius lib. 2. dialog. Sedulius 2, Thess. 2. Hippolitus de consummatione mundi, & alij.

Idem etiam prædixit Daniel Propheta: *Et* Cap. 9. *erit in templo abominatio desolationis.* Vbi Antichristus abominatio appellatur, quod omnia

nia ſcelera & flagitia tanquam cœnoſa latrina ſuſcepturus ſit &contracturus. Atq; ita locum illum interpretantur S. Irenæus lib. 5. contra Hær. cap. 25. Orig. tractatu 29. in Matth. S. Hilarius cap. 25. in Matth. Et S. Ambro. lib. 10. in Lucam, qui per deſolationem, eam intelligunt quam Antichriſtus in templo Ieroſolymitano facturus eſt.

Ab horum tamen ſententia plerique recedunt & per deſolationem, eam exiſtimant deuaſtationem eſſe intelligendam, quæ temporibus Titi & Veſpaſiani obtigit. Quidam per templum animas hominum exponunt, quæ templa Dei ſunt, in quibus regnaturus eſt Antichriſtus. At hæc expoſitio non litteralis ſed ſpiritualis, eſt de qua hic nobis non eſt ſermo.

Poſtpoſitis autem varijs hac de re PP. expoſitionibus, illam lubentes amplectimur, quæ per *abominationem* ipſum Antichriſtum propter abominanda eius ſcelera: *deſolationis* autem, ob atrociſſimam, quam in Eccleſiam exercebit, & de quâ iam verba facere in votis eſt, perſecutionem interpretatur.

Itaque Antichriſtus adeptâ iam totius orbis monarchia, omnes ſuas cogitationes, conſilia, machinas, in electiſſima Chriſti membra conuertet, nempè vt vel ea in ſuam pertrahat ſententiam, vel exquiſitiſſimis, ſi renuant, excruciat tormentis, nec enim Antichriſtus totam ſuam impietatem manifeſtabit ac effundet, donec plenam regni poteſtatem obtineat.

Vt ex-

res quidem auertentur à peccatis, & conuertentur ad ipsum. Et huic sententiæ subscribit Theophylactus in 11. cap. ad Romanos.

Quicumque igitur scripti non fuerint in libro, hi omnes magno agmine ducem suum Diaboli filium, sequentur, eiusque doctrinæ adhærebunt; & tandem cum ipso infœlicissimi pœnis addicentur sempiternis. Hi sunt de

Apoc. 13. quibus S. Ioannes. *Et adorauerunt bestiā omnes qui habitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni.*

Quod verò ad alios pertinet, quamuis Elias, & Henoch multos sint in fide confirmaturi, ij tamen omnes paucissimi erunt, si cum residua hominum vniuersitate conferantur. Hinc Christus Luc. 18. *Verumtamen filius hominis veniens, putasne inueniet fidem super terrā?* Et Apoc. 11. post necem Eliæ & Henoch dicitur: *Inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, &c.* Si ergo huiusmodi futuri sunt homines illius ciuitatis, in qua ipsi fructuosa vitæ verba prædicabunt, quales in reliqua orbis parte futuros credemus?

Ex dictis liquidò constat, quam erronea sit Calculatoris de aduentu Antichristi, sententia, cum enim eodem tempore futurum sit Antichristi regnum, & testimonium illorum duorum prophetarum, vt illius aduentus, ita horum nobis occultus planè est & incognitus.

SECVN-

SECVNDVM SIGNVM ANtichristum concomitans.

ALterum signum quod Antichristum comitabitur, erit persecutio omnium, quæ retroactis seculis fuerit, grauissima. Antichristus siquidẽ confirmato iam regno suo, & totius orbis imperio, vi, fraude, ac varijs prælijs quæsito, tanquam syluestris aper, & fera singularis in electam Dei ecclesiam, toto orbe longè, lateq; grassabitur.

Immanis autem ille Draco, vt DD. est sententia, suum auspicabitur imperium, & eius habenas tractare aggredietur in Babylonica ciuitate, ex qua prorumpet crudelia bella, & exitiosa cum vicinis Regibus administraturus.

Regnum Antichristi Babylone inchoandũ.

Equidem impotentissima dominandi libidine percitus, adepto regno, immensisque exercitibus coactis, ac reliquis belli cunctis apparatibus Babylone comparatis, omnes in procinctu paratos esse iubebit, vt ad primum classicum, prompto alacriq; animo se ad maximas expeditiones, quibus orbem terrarum sit debellaturus, sequantur.

Longè lateque Imperij sui fines dilataturus est Antichristus.

Porro, Reges, qui eo tempore in mundo rerum potientur, vel socordia, vel sui fiduciâ, neglectuque atque contemptu noui Regis, parum rebus suis prospiciẽtes. Vel certè quod tunc discordijs bellisque omnia perstrepent, ac turbabuntur, ex improuiso ferociter adorietur ac expugnabit.

no citauimus, auctoritate fiũt manifesta. Quæ omnia per allegoriã decem cornuum bestiæ insinuantur.

Quod regnũ Antichristi inchoandũ sit Babylone multi colligũt ex his verbis Zachariæ: *Quo isti deferunt amphorã? & dixit ad me vt ædificetur ei domus in terra Senaar & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.* nã, *Senaar*, vt adnotat D.Hier. campus est Chaldæorũ, in quo extructa est Babylon. Et 70. legunt, *in terra Babylonis.* Adhæc Rupertus ibidẽ asserit illa visione Iudęorũ cõtumaciũ, & refractariorũ, supplicium denotari quod ad finẽ vsque mundi, & Antichristi aduentũ duraturum est. at tunc Iudæis Babylone domus ædificabitur, ibique Antichristum pro messia excipient, ac eum ad regni gubernacula ad mouebunt. *Zachar.5.* *Gen.10. 11.& 12.*

Quippè Deo ita permittẽte in pænã suæ incredulitatis Iudæi Antichristi astutitiã, hypocrysi admirabili, verborũ præstigijs, ludificabuntur: sic testatur B. Paulus: *mittet illis Deus operationem erroris:* Q. D. Deus permittet vt Iudæi ab Antichristo deludantur in pęnam peccatorum eorũ, vt qui verũ messiã Iesũ Christũ adspernati sunt, nec recipere voluerũt, falso messiæ, pro vero, scil. Antichristo adhæreant. *2.Thess.2.*

Ita etiã prædixit ipsa veritas: *Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepistis me: si alius venerit in nomine suo* (vti venturus est Antichristus) *illum accipietis*, me qui veritatem dixi vobis, recipere noluistis, alium qui captione & imposturâ verborum vobis imponet, nõ reci- *Iudæorũ cæcitas.*

pietis tantum, sed & in vestrum messiam, in Regem vestrum cooptabitis. In hanc sententiam consentientibus animis eunt Cyrillus Ierosolymitanus, catech. 15. Damascenus lib. 4. cap. 27. Hippolitus de consummatione mundi.

Ex his habemus vafrum illum Antichristum prius artificio simulationis aliquos sibi adiuncturum, quam aperto marte, ac per vim ipsos aggrediatur homines. At quis hic erit astus? quæ calliditas?

PRIMVS HOMINES DECIpiendi modus.

Primus modus decipiendi erit Antichristi eloquẽtia.

PRimo ad persuadendum erit concinnus, & politus; quippè vt astruit B. Anselmus in elucidario suo, *à Diabolo instruetur in omnium genere litterarum ac scientiarum.*

Homines curiosos, & rerum nouarum cupidos, qui prurigine quadam immensa sciendi, arcanaque naturæ perscrutandi titillãtur, ad se facilè alliciet, incredibili scientiarum omnium ostentatione, ac præsertim magiæ omnis generis, ingenti peritiâ quâ omnes obstupefaciet.

Quos animaduertet opum, ac delitiarum amantes, immanes illis thesauros, & rerũ omnium copiam largietur. Vnde S. Hieron. ait in 11. Danielis. *Quos minis & terroribus non subiiciet, eos subiugabit auaritia: largietur enim deceptis munera.* Huc spectat quod Daniel inquit: *& in copia rerum omnium occidet plurimos.*

Daniel. 8.

Ambi-

Ambitiosis,quibus inerit honorum, gloriæ ac dominandi cupido: vt est totum fernè humanum genus (nisi pauci,quibus Deus singularem gratiam prę̈stitit ista contemnendi) innumeros honores, magistratus, præfecturas conferet, Vt eos deijciat : Illud satis innuisse visus est Daniel cum ait: *Et multiplicabit gloriam,& dabit eis potestatem in multis,& terram diuidet grauitò*. Hoc est, honoribus immodicis suos asseclas augebit,. & dabit eis amplissimos magistratus, vt præsint multis hominibus, vel vrbibus, aut etiam prouincijs, Et terras liberalissimè distribuet,hoc est, oppida,vrbes, aut regna suis sectatoribus concedet. *Cap.11.*

Præterea eloquentiâ, &arte dicendi, quâ prodigiosè valebit, & per se,& per suos ministros concionatoresque ita homines suis cauillis,& argutijs capiet, vt ne doctissimi quiq; ac facũdissimi catholici coram hiscere ausuri sint. Argumentis & sophismatibus vtetur tã perniciosis,vt videri possint mathematicæ,vt aiunt demonstrationes, cum reuera non nisi mera mendacia sint futura.

Immani illâ scripturarum diuinarum notitiâ, quâ pollebit: enorme dictu! quantis dolis & fraudibus his nonnisi in perniciẽ Christianorum abutetur? Cum doctissimo quoque fidelium in publico differet, & tantis verborum inuolucris, tãto dicendi lenocinio instar Prothei in omnes se partes versabit, vt cunctis astantibus videri queat ipsum diuinis om-

nibus & humanis rationibus luculentissimè demonstrasse, Christum Dominum nonnisi delirum fuisse seductorem.

Antichristi doctrina impia. Erit equidem doctrina Antichristi impia, rebellis, malitiosa, & vt voti sui compos fiat, vt pro messia recipiatur, populum ad legem Moysi & circumcisionem inducere pro virili conabitur. Quod vt assequatur facilius, Christum verum messiam & mundi saluatorem fuisse pernegabit, vt iam dictum est, impudentissimè. Hac doctrinâ impijssima à fide Iesu Christi diuellentur quamplurimi.

Deinde omnes istius pestis teterrimæ conatus eò dirigentur, vt hominibus persuadeat se verum esse Deum, nec alium præter se Deum esse. Hoc præcipuè imbibet, hoc spectabit, hæc ei à principio mens, hoc consilium ac propositum erit. His quæ dicimus, subscri-

2. Thess. 2. bit S. Paulus: *Extolletur*, ait, *suprà omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Vbi in quibusdam exemplaribus legitur: *Ostendens se, quia sit Deus.*

Immò fulgore suæ fortunæ ita insolescet, vt se plus quam Deum esse sit existimaturus. Quod & prophetico corroboratur oraculo:

Cap. 11. *Eleuabitur*, inquit Daniel, *aduersus omnem Deum*, quæ sunt idola, *& aduersus Deum Deorum*, qui verus est Deus.

Quippè, vt testes sunt Lyranus, ac glossa ordinaria, Antichristus palàm idola omnia exscindet, ac eorum cultum de medio tollet, vt ni-

vt nimirum omnis honor sibi soli deferatur. Qui tamen dœmonem ipsum adoraturus, eumque *Moazim*, teste Daniele, appellaturus est, quòd ipsius dœmonis ope & auxilio, nullo natalium splendore ad tantum dignitatis fastigium ascensurus sit.

At quis ex his principijs perspicuè Antichristum verum futurum Atheum non videat? *Deum Patrum suorum*, sic loquitur Propheta Daniel, *non reputabit, nec quenquam Deorum curabit.* Si nec Deum quem adorauerunt Iudæi, parentes & maiores eius, *non reputabit*, quem colet, cui credet, quem adorabit?

Hinc etiam discimus, quam effrons, arrogans fastuosus sit Antichristus futurus, vt non iniuria B. Gregorius, *Regem superbiæ*, eum audeat nominare, indicans in hoc vitio cum Lucifero posse conferri. maximè verò tunc tollet cristas, & ad tam prodigiosæ superbiæ, insolentiæ, & elationis culmen, cum rerum potitus fuerit, erigetur. *Lib. 4. epist. 38.*

SECVNDVS MODVS, QVO Antichristus vtetur homines fraudandi.

SEcundò, vt impia, & detestabili doctrina Iudæos, ac alios in fraudem pelliciet, sic & promissionibus temporalibus, quas Iudæi potissimum expectant, versutus ille ludificabit. nam (quod caput, & maximum illius robur erit) ingentibus diuitijs circumfluet, & amplissimam auri & argenti vim conflabit, quo infinitam hominum multitudinem

Secundus modus decipiendi, quo Antichristus vtetur erũt promissiones & liberalitas.

nem trahat & allectet. hoc scriptura exprimit: *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis AEgypti.*

Da. 11.

Ansel. in elucid.

Vnde Anselmus ait: *quod industria damonum omnis pecunia occulta, erit ei manifesta,* siue sit in mari, siue in reconditis terræ finibus. Immo mineralia fortassis auri, & argenti, virtute dæmonum elaborata offerentur & dabũtur ei, vt nimirum his facilius ac citius ad imperialem prouehatur dignitatem.

Sedes monarchiæ Antichristi erit Ierosolyma.

Et quamuis Iudæi Antichristum in ciuitate Babylonica in suum sint Regem ac messiã, vt diximus, adsciturі, constans tamen est DD. sententia, eum Ierosolymis principalem imperij ac monarchiæ suæ sedem collocaturum. AEmulus equidem diuinitatis, templi à se restaurati, sedem sibi pro palatio decernet, vbi ad instar Dei se cunctis populis præbebit adorandum: hoc clarè testatur B. Paulus: *Ita,* inquit, *vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.*

2. Thess. 2

Quanquam etenim Patres interdum alijs modis illud templum metaphoricè interpretentur, tamen sensus maximè proprius, & litteralis esse videtur, vt de templo Ierosolymitano intelligatur, Ita exponũt Irenæus & Cyrillus, Seuerus Sulpitius lib. 2. dialog. Sedulius 2. Thess. 2. Hippolitus de consummatione mundi, & alij.

Idem etiam prædixit Daniel Propheta: *Et erit in templo abominatio desolationis.* Vbi Antichristus abominatio appellatur, quod om-

Cap. 9.

nia

nia ſcelera & flagitia tanquam cœnoſa latrina ſuſcepturus ſit & contracturus. Atq; ita locum illum interpretantur S. Irenæus lib. 5. contra Hær. cap. 25. Orig. tractatu 29. in Matth. S. Hilarius cap. 25. in Matth. Et S. Ambro. lib. 10. in Lucam, qui per deſolationem, eam intelligunt quam Antichriſtus in templo Ieroſolymitano facturus eſt.

Ab horum tamen ſententia plerique recedunt & per deſolationem, eam exiſtimant deuaſtationem eſſe intelligendam, quæ temporibus Titi & Veſpaſiani obtigit. Quidam per templum animas hominum exponunt, quæ templa Dei ſunt, in quibus regnaturus eſt. Antichriſtus. At hæc expoſitio non litteralis ſed ſpiritualis, eſt de qua hic nobis non eſt ſermo.

Poſtpoſitis autem varijs hac de re PP. expoſitionibus, illam lubentes amplectimur, quæ per *abominationem* ipſum Antichriſtum propter abominanda eius ſcelera: *deſolationis* autem, ob atrociſſimam, quam in Eccleſiam exercebit, & de quâ iam verba facere in votis eſt, perſecutionem interpretatur.

Itaque Antichriſtus adeptâ iam totius orbis monarchia, omnes ſuas cogitationes, conſilia, machinas, in electiſſima Chriſti membra conuertet, nempè vt vel ea in ſuam pertrahat ſententiam, vel exquiſitiſſimis, ſi renuant, excruciat tormentis, nec enim Antichriſtus totam ſuam impietatem manifeſtabit ac effundet, donec plenam regni poteſtatem obtineat.

Vt ex-

vt expressè notant Damasc. Cyrill. Hippolit. Patres, iam citati.

Hanc Antichristi futuram persecutionem ita veritas ipsa exaggerat, vt amplius non pos-
Matt. 24. sit amplificari: *Erit*, inquit, *tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo*
Marc. 13. *neque fiet.* Et apud Marcum dicitur: *Erunt dies tribulationis illius, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit vsque nunc, nec fient: Et nisi breuiasset Deus dies, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos, quos elegit, breuiati sunt dies.* Apud Matthæum est: *Breuiabuntur.*

De hac etiam tempestate loquens Chri-
Matt. 24. stus, ait: *Cum videritis abominationem desolationis, &c.* Et paucis interpositis: *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes &c.* significans illa procella detonante, opus esse fugâ concitâ.

Idem in Daniele c. 7. legimus: *Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis.* Idem colligitur ex capite 8. 11. & 12. vbi habetur: *Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud.*

Igitur est de fide, Antichristum persecuturum esse Ecclesiam, & fideles, ac sanctos inhumanius, crudelius & acerbius, quam ab vllo vnquam tyranno conflictati sint, & excruciati. Immò quæcunque hactenus dicta sunt, de Tyrannis sæuientibus in Ecclesiam, de Diocletiani, Decij, Maximini, Neronis, & aliorum Imperatorum, ac Principum violentâ per-

persecutione, leuia sunt in huius comparatione.

Præclarè Diuus Gregorius lib. 32. moral. in illud Iob 11. *Stringit, scilicet Behemot caudam suam quasi cedrum. Videndum,* ait, *valdè est, cum Behemot iste caudam suam, vt cedrum sublcuat, in quo tunc atrocior, quàm nunc se erexerit, surgat. Quæ enim pœnarum genera nouimus, quæ non iam vires martyrum exercuisse gaudemus?*

Alios enim improuiso ictu immensus gladius strauit: alios crucis patibulo affixit, in quo & mors prouocata repellitur, & repulsa prouocatur: Alios hirsutis serra dentibus attriuit: Alios armatos ferro insulcans virgula sparsit: Alios belluina rabies morsibus detruncando comminuit: Alios ab intimis visceribus per cutem pressa vis verberum rupit: Alios effossa terra viuos operuit: Alios demersos in morte præcipitium fregit: Alios infra protecta aqua replendo absorbuit: Alios edax flamma vsque ad cineres depasta consumpsit.

Varia, quibus olim affecti sūt fideles, suppliciorū genera.

Cùm ergò Behemot iste caudam suam in fine seculi amplius dilatat, quid in illis tormentis tunc atrocius exurgit, nisi illud quod in euangelio Dominus Matthæi 24. capite dicit: *Surgent pseudoprophetæ & dabunt signa magna, & prodigia; ita vt in errorem mittantur, si fieri potest, etiam electi?* nunc enim fideles nostri mira agunt cum peruersa patiuntur: tunc autem Behemot huius satellites, scilicet Antichristi, etiam cum praua ingerunt, mira acturi sunt.

Behemot Antichristi repræsentat satellites.

Pensemus igitur ; quæ erit illa humanæ mentis tentatio, quando, quiuis martyr & corpus tormentis ingerit,& tamen ante oculos eius mira tortor facit? cuius virtus non ab ipso cogitationum fundo quatitur,quando is qui flagris cruciat signis coruscat? *Sic ergo Behemot stringit caudam suam,quia nimirum & altus erit veneratione prodigij, & durus crudelitate tormenti.* Hæc B.Greg.

Cæterum quæuam hæc prodigia erunt, ob quæ futurus altus est Behemot?

TERTIVS HOMINES FALlendi modus.

Tertius modus fraudandi homines erunt signa & prodigia.

INter media quibus Antichristus homines in fraudem inducturus est, miracula, & prodigia stupenda numerantur, quæ tamen miracnla vera non erunt,qualia fuêre Christi miracula,sic enim B. Apostolus Paulus testatur: *In omni virtute &,signis,&prodigijs mendacibus,& in omni seductione iniquitatis.* Eam ob causam S. Irenæus,asserit Antichristum insignem magum futurum,idque ex his D.Pauli verbis colligit non obscurè.

2.*Thess*.2. *Iren.lib.*5. *cap*.25.

Cap.13.

Quidam verba illa apocalypseos:*Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est* . Hac expositione illustrant,nimirum Antichristum simulaturum se mortuum esse,ac postea resuscitari;ita B.Gregorius lib.*11*. epist.3.

Alij asserunt aliquem ex Antesignanis Antichristi,siue prædicatoribus ad mortem vsq; feri-

ferlendum esse, à quibus tamen plagis diabolicis artibus per Antichristum sit liberandus & pristinæ sanitati restituendus.

Quod imperita multitudo, quæ cæco potius & inconsiderato impetu, quam certo, & explorato iudicio fertur, vehementer admiratura est ac summi prodigij loco habitura. Vnde subditur: *Et admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ?*

Postea verò aliud subiungitur signum: *fecit signa magna, vt etiam ignem faceret descendere è cœlo in terram in conspectu hominum.* Hæc tamen non de Antichristo, sed de eius aliquo ministro exponunt Anselmus & Richardus ibidem, & Irenæus lib. 5 cap. 28. vt hinc instruamur Antichristum non solum per seipsum, sed per suos etiam signa & prodigia operaturum, quibus impiam suam hominibus persuadeat doctrinam.

Et hæc omnium grauissima erit ac periculosissima tētatio, nimirum signorum multitudo & magnitudo. *Olim*, siquidem, vt ait Isid. *faciebant miracula martyres, tunc autem videbuntur facere ipsi persequutores.* Et eleganter B. Augustinus: *Antichristi persecutio superest, quâ nihil est periculosius, quoniam violenta, & fraudulenta erit. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis.* *Isid. lib. 1. de summo bono c. 28.* *Aug. in Psal. 9.*

De his Antichristi prodigijs fusius S. Hippolitus oratione de consummatione mundi: Nam mundabit leprosos, curabit paralyticos,

sanabit infirmos, dęmonia eijciet, res in partibus longissimè distantibus factas commemorabit, finget se mortuos resuscitare, montes transferet, ambulabit super aquas, solem etiam circumire faciet præstigijs & arte magica. Imago seu statua sua in templis collocata loquatur efficiet arte diabolica.

Et quia in omnibus locis esse non poterit Antichristus, ministri imaginem ipsius adorandam populis proponent & venerandam. Hæc autem imago in cunctis Christianorum templis & ecclesijs erigetur, cuius si qui adorationem respuerit, mox crudelissima morte tolletur de medio, secundum illud Apoc. 13. *Et faciet vt quicunq; non adorauerint imaginem bestiæ, occidentur.*

Paucis, signa faciet admiratione digna, quæ etiam Lactantius enumerat & persequitur, & de quibus ipsa veritas: *Dabunt signa, & prodigia magna, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.*

Lact. li.7. cap.17.

Atque hæc omnia, Deo permittente, quo nimirum fides fiat & constantia electorum manifestior. Et stabit semper illud verissimum; scilicet, nemo tentabitur, *supra id quod potest.* Quippe fideles, Dei gratiâ, has signorum fraudes cauere poterunt ac prospicere.

1.Cor.10.

QVAE-

QVARTVS ET VLTIMVS modus quo Antichristus homines subuertet.

SVpereſt vt ad quartum & vltimum modum, quo vtetur Antichriſtus, vt homines in laqueos ſuos pertrahat, eoſque ſubuertat contento ſtudio, veniamus. Modus hic minæ erunt, terrores, ſupplicia, cruciatus, gladij, cruces, ſerræ, beluina rabies, viſcerum ruptiones, viuorum effoſſiones, præcipitia, ſubmerſiones, rotæ, laminæ candentes, pali, equulei, vngulæ, ſcorpiones plumbatæ, culei, plumbum liquatum, viuorum hominum cum mortuis colligationes, crurifragia, corporum intercisiones, cutis detractiones, ſinapiſmi, eſus carnis humanæ, & id genus ſexcenta inſtrumentorum, ac tormentorum genera, quæ à truculentiſſima illa beſtia, eiuſque carnificibus excogitabuntur, ac iiſdem conſtantes & inconcuſſi IESV CHRISTI athletæ, cruciabuntur, dilaniabuntur, excarnificabuntur.

Hi nimirum qui contemptis omnibus delicijs, honoribus, diuitijs, promiſſionibus, ac rebus omnibus quas vulgus admiratur, neglectis, in confeſſione fidei ſtabiles permanebunt & immobiles. Varijs ſiquidem vt diximus, verſipellis ille, propoſitis rerum caducarum

præmijs, fideles conabitur allicere, vt quorum inuictos animos infringere tyrannica crudelitas non poterit, voluptatum saltem illecebræ emolliant.

Ob hanc itaque tormentorum acerbitatem, multitudinem ac immensitatem hæc persecutio omnium erit crudelissima, quorū inuentor erit Diabolus, tūc enim solutus erit, vt solito inclementius in sanctos Christique electos omnem exerceat sæuitiam.

Cyril. cat. 15.
Hippol de consummatione mundi.

Eam ob causam Cyrillus & Hippolitus acutè adnotarunt eo tempore martyres futuros illustriores, quam prius fuerint: his siquidem contra homines, Diaboli ministros luctamen fuit, futuris verò Antichristi tempore martyribus certamen cōtra ipsum antiquum serpentem solutum erit, & pugna atrocissima.

Huc accedit quod ab hominibus crudelissimis, qui nihil humani, nisi corpus & nomen referent, in reliquis rebus Diabolis ipsis simillimis futuri sunt, hæc tormentorum genera sint perpessuri. Sane crudelissimus erit, ferocissimus, ac immanissimus Antichristus: cuius mores his depingit epithetis Cyrillus

Cyril. cat. 15.

Ierosolymitanus: *Inducet*, ait, *quemdam magnum hominem*, sic vocat Antichristum, *veneficijs*, & *incantationibus* & *malis artibus instructissimum.* Et subdit: *Omnes, qui ante illum improbi, & impij fuerint, excellet malitiâ, mentemque habebit homicidianam, præfractam, immisericordē & variam.* Bonos & iustos, quasi malefica & noxia

noxia animalia refugiet, auersabitur, odio habebit, quin eorum concursum dirum sibi, scelestum atque omninosum putabit.

Nec crudelissima duntaxat, sed generalissima etiam hæc persecutio futura est, ac per totum Christianum orbem grassatura: hoc expressit scriptura: *Ascenderunt*, ait B. Ioannes in sua Apoc *super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum.* *Apoc.13. & 20.*

Ex his verbis, elicit B. Augustinus homines omni scelerum, ac flagitiorum genere cōtaminatissimos, quales sunt magi, malefici, Turcæ, hæretici,& eius farinæ homines flagitiosissimi Antichristo adhæsuros, & ei coniūctissimos futuros, vt scilicet viribus coniunctis fideles quosque affligentur,ac eos impetant truculentissimè. Nec iustis illis mors per vnam, aut alteram torturam subito accelerabitur, sed longis varijsque afflicti cruciatibus, & quasi oppressi,concident lentâ morte.

Tertio hæc persecutio perniciosissima futura est, nec illa in temporalibus duntaxat rebus, sed in spiritualibus etiam nocumentum ac exitium Christianis illatura est ingens, & immane. nec enim bonorum suorum tantum iacturam facturi sunt, possessiones eorum, inuadentibus ac deuastantibus Antichristi satellitibus, verùm & à cultu diuino auellentur,& à fide catholica,& hoc tanta cum astutia,& truculentia. *Vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi.* *Matt. 24.*

Denique impijssima erit hæc tribulatio &

persecutio: nam vi ac violentia Christiani Christum abnegare, eique abrenunciare cogentur: Sacramenta ritusq; & ceremonias omnes Christianas deserere. Quippe sacramenta omnia, tēpla, altaria, sacraq; ac diuina impius ille detestabitur, damnabit, conculcabit.

Iuge sacrificium, quod est vnicum perpetuumq; populi Christiani sacrificium, de medio tollet, publicam dico & solemnem illius celebrationem abolebit, occulta etenim eius celebratio vsque in diem iudicij perseuerabit.

Hoc sublato sacrificio, reliqua, quæ sunt huius aut ornamenta, aut ministeria, polluet, proijciet, exterminabit. Ob hanc caussam dixit Daniel: *auferetur iuge sacrificium*, tempore nimirum persecutionis Antichristianæ, ut testantur ibidem Hieron. & Theodoret. Irenæus & Hippolitus locis aliquoties citatis, Quo etiam tempore omnem cultum diuinum, qui à Christianis solet exhiberi, cessaturum asserunt persecutionis acerbitate, & violentia.

Dan.6.12.

Adhæc quod omnium grauissimum est, & sanguineis deplorandum lachrymis, cogentur verum Deum abnegare, nullique supremo numini cultum exhibere: sed Antichristo dumtaxat, homini omnium quos vnquam terra tulit, perditissimo, ac sceleratissimo. Quod cum ex B. Pauli epistola ad Thessalonicenses, tum ex alijs scripturæ locis non difficile est colligere.

2. ad Thess 2.

Vbi

Vbi verò præsens non fuerit Antichristus, ad eius imaginem adorandam, quæ in templis, & ecclesijs Christianorum collocabitur, [illegible] fideles compellentur violentiâ, vt paulò ante docuimus.

Sed inspice infælicissimam Iudæorum sortem illo tempore. Qui cum alijs retrò seculis ipsis videntibus, atque præsentibus, & in vita manentibus, nunquam passi sunt in templum imagines Deorum seu idola, aut simulachra Regum, hominumue inferri. Vel illud templum alteri Deo quam vero sacrari: Nam quid egerint, quid moliti fuerint, cum Caius Caligula, in illud suam imaginem inducere, & idem templum suo numini, sub titulo noui [illegible] Illustris dedicare conatus est, nôrunt omnes. nec potuit iuuenis Imperator incredibili superbia ferox, quantumuis enixissimè concupisceret, nec tamē vires, opesue, summæ potestate deessē, quod adeò optauit, efficere. Vt Philon, atque Iosephus pluribus referunt. *Phil in legat ad Caium.*

At semper natio patriarum tenacissima legum, parata fuerit prius mille mortes occumbere, quam ferre, vt ipsis cernentibus templū, vel in minimo contaminaretur; tempore tamen Antichristi ipsis præsentibus, inque eorū oculis statua Antichristi in medio templo ponetur, ibique Antichristus se ab omnibus, vt Deum adorandum exhibebit, ac templum sibi soli consecratum dedicabit, quo maius & execrabilius idolum nunquam in templo potuit collocari. *Ioseph. lib. 18. antiq. cap. 11.*

Et quamuis Antichristus omnem aliam publicam idololatriam sit exturbaturus, tamē fideles ad idololatriam detestandam, ac horrendam inducturus est. Et quæ potest execrabilior esse idololatria, quam cultum diuinum, quem latriæ cultum appellamus, homini perditissimo, flagitiosissimo, atque eius imagini exhibere?

Antichristi character quis sit.

Denique totos suos huc inflectet conatus, consilia, intentiones, vt in professionem huius cultus suum characterem in frontibus deferant, seu manibus. ita habetur Apocal. 13. *Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextra manu sua, aut in frontibus suis.*

Quis sit futurus hic character, non omnes in vnam DD. concurrunt sententiam. Illud ante omnia sedulò considerandum est, quod quemadmodum Christiani orthodoxi proprium habent, ac germinum sacræ suę professionis characterem, nempe signũ viuificę crucis, quod fronti, & ori pectoriq; affigunt, tanquam indubitatam tesseram, quâ se Christianos profitentur, & à falsis, impijsq; religionibus, ac sectis longè semotos. Quod quidem ex Christi institutione, & Apostolica traditione est deruiatum, & deinceps ad finem vsque mundi propagabitur. Et hoc mille SS. PP. testimonijs, & ipsa, totius Christiani orbis consuetudine, habetur exploratissimum.

Pari

Pari etiam ratione Antichristum daturum illis peculiarem characterem quendam, hoc est notam, ac symbolum, quo palam discernantur, & internoscantur ab alijs, qui partes Antichristi non sequentur vt eo certo signo se veros Antichristi famulos & sectatores publice ostentent, iam B. Ioannis testimonio fit compertissimum.

At quis iste character? Multi existimârunt characterem Antichristi nil aliud futurû nisi nomen ipsum propriû Antichristi. Quod sane nomen bifariam suis asseclis tanquam characterem imprimet orbis vastator. Primo suis litteris vel integris, vel compendio decurtatis inscriptum, & exaratum. Secundo in calculo illo, seu numero nominis *666.* vel litteris, vel notis tantum expresso. Ita in Apoc. Primasius, S. Beda, Aretas, Rupertus, & plerique recentiores. Hanc tamen sententiam refellunt Bellarminus & Ribera.

Bellar. de Ro. Pont. cap. 10.
Ribera in 30. Apoc.

S. Hippolitus arbitratus est characterem Antichristi fore hoc inscriptum elogium: *Nego Iesum: vel nego baptismum: vel nego crucifixum,* aut aliud eiusmodi impietatis & blasphemiæ symbolum. *Sigillum,* inquit, *Antichristi iam in fronte, quam dextera manu est calculus* χξς; *at vt opinor, neque certò hoc scio. quod in scriptura, quæ est in calculo illo per multa repetantur nomina, quæ numerum illum habeant. Sed dicimus fortasse scripturam illius sigilli esse* ἀρνοῦμαι *hoc est nego.* Hæc ille.

In 13. Apoc. Ribera & Melus dixerunt forsitan Antichristi characterem futurum effigiem aliquam seu insigne Draconis, quem Antichristus adorari iubebit: nam & Romani quondam inter militaria signa Dracones præferebant.

Alij dixerunt characterẽ futurum aliquod certum, & expressum signum, ab ipso Antichristo excogitandum: Sicut nos Christiani signum sanctæ Crucis habemus, tanquam sacræ nostræ professionis tesseram. Sed quale illud ab Antichristo conflandum, & quod futurum sit signum prorsus ignorari asseverant Gagnæus in 13. Apoc. Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 10. Suarez tomo 2 quæst. 59 art. 6. disput. 54. sect. 6. Pinellus de altera vita lib. 2. cap. 7. Et huic sententiæ accedit Lact. lib. 7. cap. 17. D. autem Thom. parte 3. quæst. 63. art. 3. arbitratur per hunc bestiæ, hoc est Antichristi characterem, professionem illicitus cultus Antichristi esse interpretandam. Vt res se habeat, character iste haud dubiè signum aliquod futurum est, quod quasi ad sigillandum cultores suos instituet Antichristus.

Apoc. 13. Porro tam necessaria futura est omnibus huiusmodi characteris gestatio, *vt non possit emere, aut vendere, nisi qui habuerit characterem, aut nomen, aut bestiæ numerum nominis eius.* Et quotquot illud signum non receperint verbis laudat exquisitissimis scriptura. E contrario his qui illud receperint grauissimas perpetuasque comminatur pœnas.

Hæc de Antichristi callida persuasione,

duno-

...orum amplissima largitione, miraculorũ ...ac tormentorũ inflictione, hac si... via quadruplici Antichristũ vsurũ ad ho... seducẽdos, & subuertendos cõmuniter ...DD. ecclesiastici, cõmemorasse sufficiat.

Quamuis verò in crudelissima hac Anti... & violentissima persecutione, clypeũ ..., vt aiunt, plurimi abiecturi sint, à fide ..., Christoq; renũtiaturi, nihilominus ... Christi ecclesia, tanquã petra firmissi... manebit: licet .n. pro sãctissima ... fide infiniti sint occubituri, non dee... qui diuinis obuallati præsidijs, verũ Christi cultũ sint & professuri, & obseruaturi. ... minus quibusdã placet hæc sententia, exi... siquidem omnes ob immanẽ illam cru... ac tyrannidẽ sedi apostolicæ rebel... omnes à tota fide recessuros, verũ falsa ... sententia & erronea, cum Christus ipse ... clarissimis apud S. Matthæũ quosdam ... in fide stabiles & immobiles perman... asseueret. *Matt. 24.*

Quod verò Lactantius ait, nimirum in per... illa duas potiores christianismi par... fide defecturas, prorsus incertum est, nec ... aliquo fundamento corroboratum. *Lact. li 7. cap. 16.*

Militantẽ igitur ecclesiã nunquã à vera fi... defecturam certissimum est, prorsusque in... quippe semper remansurus est cœtus ... fidelium, prout probat B. Augustinus ... verbis Christi Matthæi 16. *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Præterea verisimile *Aug 20. de ciuit. Dei ca. 11.*

est,

est, desæuiente illa persecutione fideles plurimos ad montes, ad vasta ac deserta, & ab omni hominum cultu ac consortio remota loca fideli recepturos, in quibus & sacramenta poterunt frequentare, & ecclesiastica munia obire & exercere.

Vt tandem ad rem recurrat sermo, persecutio Antichristiana omnium, quæ vnquam extitere, futura est sæuissima. Ita vt quæ de Tyrannis, de Hæresiarchis populos seducentibus dici possunt, vmbra tantum sint respectu huius nouissimæ persecutionis.

Varia etiam sunt quæ de bellorum immensis tumultibus, de tempestate, fame, pestilentia, terræ concussionibus, ac portentis cælestibus litteris consignata leguntur. Insignis fuit vrbis Ierosolymitanæ vastatio, incredibilis gentis Iudaicæ afflictio, totius orbis alluuies, vrbium illarum flagitiosarum igne & sulphure cœlitus immisso deuastatio.

Tot hominum millia gladio trucidata, attritâ fame, peste, ac bello exhausta, & cuius generis cladium, ac vastationum [illegible] humanæ atrocia exempla attonitos reddunt homines, at si cum extrema hac calamitate conferuntur, quid quæso sunt, nisi figuræ, nisi næniæ?

Et ne tantùm vetera commemoremus, qualis sit futurus status ecclesiastici ordinis, & quanta sit fidelium persecutio futura extremo illo tempore, nullo potest melius modo intelligi, quam propositâ ante oculos [illegible]

[illegible]

[illegible], & præludio Antichristi, quod ætas [illegible] vidit, & tulit.

Qui sectariorum in Gallia, in Anglia, in Germania, ac Belgio nostro rabiem experti sunt, hi optimè cogitare poterunt, quæ erunt [illegible], quorum prælibatio quædam hæc sunt, [illegible] liceat mihi dicere, quod quondam B. A[illegible] de Constantio Imperatore, in epist. ad solitariam vitam agentes, scribebat: *Quid [illegible] quod Antichristus non sit facturus omisit? aut [illegible] ille vbi venerit, plus committere poterit? aut [illegible] ille in aduentu suo non repererit sibi expedi[illegible] ad dolos ab isto præparatam?* Quæ sanè de Imperatore illo dicebat, eadem iure optimo hæreticorum nostræ ætatis colluuiei possumus adaptare.

Rabies & furor hæreticorũ nostræ ætatis, est velut prænuncius futuræ Antichristianæ persecutionis

Nam si grauem vllam, & acerbam Christi ecclesia retrò temporibus cladem pertulit; si [illegible]nquam afflicta est à sæuis hominibus, si [illegible] aliquo tempore extitit persecutio, quæ illam Antichristi futuram exprimeret; nullo pacto sanè cum impiorum nouantium implacabili isto, quod aduersus diuina & humana gerunt bello, præterita illa mala vlla ex parte poterunt comparari.

Sanctorum corpora, & Angelis veneranda sacra pignora exhumata, refossa, combusta, [illegible]que vel sparsi, vel in profluentem de[illegible]. Diuorum imagines, reliquiæ procul[illegible], confractæ, discerptæ, aut etiam concre[illegible], ecclesiæ dirutæ, altaria euersa, sacra vasa conflata, catholicorum libri in medio foro

rogo

rogo traditi, sacræ res pessundatæ, Sacrosanctæ Eucharistiæ ludibria addita, sacramenta irrisa & profligata, fidei cuncta sacra dogmata abnegata, & reiecta. Totus status Oeconomiæ Christianorum ordinum perturbatus, & inuersus, tota facies ecclesiæ deformata, seu potius extincta, Orthodoxi vbique pessime accepti, & innumerabiles martyrijs trucidati. Pudet pigetque, seu potius animus meminisse horret, luctuque refugit atrociora alia, & funestiora recensere.

Qui de crudelitate hæreticoru n scripserunt.

Sunt historiæ nostrorum temporum istiusmodi lachrymis, & iustis querimonijs repletæ, & de tam sæuis stragibus integri commentarij editi, ac inter alios Sanderi de origine, & progressu schismatis Anglicani, Theatrum crudelitatum hæreticorum nostri temporis, Libellus de persecutione Anglicana, Responsio Andreæ Philopatri ad edictum Reginæ Angliæ promulgatum anno Domini 1592.

Hos si quis perlegere libros dignabitur, non dubito fatebitur, & hanc hæreticorum persecutionem esse grauissimam, & eosdem verissimos esse Antichristi prænuncios.

Bulla Pauli 3. contra Henricũ 8 Angliæ Regem.

Quid Paulus 3. Rom. Pont. in bulla contra Henricum 8. Angliæ Regem, data calend. Ian. anno incar. 1538. prodiderit, reddamus. Inter alia sic ait: *Henricus quotidie magis se in sua feritate, ac temeritate confirmans, in noua etiam scelera prorupit, quippe qui non contentus viuorum Prælatorum, & sacerdotum crudelissima-*

...itudatione, etiam in mortuos & eos quidem ... sanctorum numerum relatos vniuersalis ... pluribus seculis venerata est feritatem ex... non expauit.

...enim Thomæ Cantuarien. Archiepiscopi & ... ossa quæ in dicto regno Angliæ, ob innu... ab omni potēte Deo illic perpetrata miracula, ... cum veneratione in arca aurea, in ciuitate Cantuariensi seruabantur, postquā ipsum D. Thom. ... maiorē religionis cōtēmptū in iudiciū vocari, & ... contumacē dānari ac proditorē declarari ... exhumari & comburi, cineres in ventum ... iussit. Hæc & plura ibi Rom. Pontifex.

Scelus etiā Turcis inauditū.

Immensum etiā opus esset omnia Reginæ Elisabethæ atrocia aduersus Ecclesiā, Romanos Pontifices, Christianos Principes, Catholicæ fidei cultores, Episcopos, ecclesiarū Doctores, sacerdotes, catholicos quoscumq; pa... describere. multa Pius Quintus in bulla ... eandem. Quam etiam acerba, quam seueri & immani modernus Angliæ Rex crudelitate in fideles deseuiat, toti orbi exploratissimum est. At persecutiones hæ ac ærumnæ ... velitationes, & ferè ludicra quædā pręludia ... sunt, si cum omnium atrocissimo bello, quo ab Antichristo Ecclesia est infestanda, conferantur.

Immanis etenim illa bestia repugnātes omnes cruciatu, omni ignominiæ & sæuæ mortis genere excogitato, affliget & excruciabit. Sic B. Hyppolitus: *Recusantes impe... ipsius pœnis incomparabilibus, tormentisque & ma-*

De consummatione mundi.

& machinis absumet, quales nunquam fuerunt, nec auribus homo percepit, nec oculis mortalium concepta sunt: Tunc lugebit vniuersa terra vitam cruciatuum plenam, lugebit mare, lugebit sol, lugebunt montes & colles propter genus humanum, quod omnes defecerint a Sancto Dei, & crediderint impostori illi, suscepto charactere impuri illius, & hostis Dei, loco viuificæ crucis Saluatoris. Lugebunt etiam Ecclesiæ luctum magnum quia nec oblatio, nec suffitus fiet, nec cultus Dei gratus.

Lamentatio Christianorũ tempore Antichristi.

Sed ecclesiarum ædes sacræ augurij instar erunt, pretiosumq; corpus, & sanguis Christi non extabit in diebus illis, liturgia extinguetur, psalmorum decantatio cessabit, sed erunt apud homines tenebræ, lamentatio super lamentationem, væ super væ. Hæc ille, & fusius.

Sed Dei misericordia benignè rebus humanis consuluit: quod tyrannidem illam non amplius, quàm tres annos cum dimidio prorogârit: *Nisi enim breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur.*

Matt. 24.

Idcircò toties, ac tantoperè Spiritus Sanctus tempora fæuientis Antichristi definit computatione temporum, mensium expressione, dierum etiam enumeratione, ne scilicet animum despondeat populus christianus, sed suæ spei in Deo anchoram figat, dum breui etiam omnem tempestatem finiendam sibi auctoritate cœlesti persuadet.

Cur scriptura tẽpus persecutionis Antichristianæ exprimat sæpiùs.

Temporum quidem computatione, Danielis 7. & 12. cap. *Iurauit Angelus per viuentem*

æternum, quod in tempus, ſcilicet vnius anni, *& tempora*, ſcilicet duorum annorum, *& dimidium temporis*, id eſt dimidij anni. Gloſ. *Hoc ſpatio dicitur duratura deſolatio ſub Antichriſto.* Apoc. 12

Sic & Ioannes in ſua Apoc. ſcribit mulierem quâ ſignatur Eccleſia, in deſerto ali: *per tempus, & tempora & dimidium temporis*. Propterea, quod toto tempore ſæuæ illius perſecutionis ſancti viri, & fideles, vt aſſerunt SS. PP. vrbium frequentia deſerta, ad vltimas ſolitudines confugient, *in ſolitudinibus errabunt, in montibus. & ſpeluncis, & in cauernis terræ delitteſcent in melotis, in pellibus caprinis, afflicti, extrema trepidatione concuſsi*, ac rerum omnium penuria cōflictati vitam viuent miſerrimam, iuxta illud Chriſti *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes &c.*

Tempore Antichriſti antra deſerti petent fideles.

Ad Heb. 11

Matt. 24.

Sed & menſium expreſſione, ſcriptura illud tempus deſignat: nam ciuitatem calcandam menſibus quadraginta duobus Apoc. 15. legimus.

Quod etiam enumeratione dierum idem tempus exprimat, patet ex Daniele: *A tempore*, inquit, *cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationē, dies 1290.* qui conficiunt annos tres & ſemis pauculis diebus amplius. *Apoc. 15.* *Cap. 12.*

Quia igitur, vt ait D. Greg. *ſuperbos nos & infirmos aſpicit Deus, dies quos ſingulariter malos intulit, miſericorditer breuiandos dicit.* Et Gloſ. ſuper Matth. *Hæc tribulatio quanto cæteris*

grauior, tanto breuitate moderatior.

Tanto igitur tempore Antichristianæ persecutionis tempestas mundum exagitabit: quanto leuis & placida IESV CHRISTI prædicationis aura eundem mundum inspirauit, tribus scilicet annis & dimidio.

Sed quomodo tam angusto temporis interuallo tot regnis potiri, ac totius orbis poterit monarcha proclamari? Quomodo vastissimas illas Indiarum Prouincias, cum vix eas trium annorum spatio lustrare queat, subiugabit?

Sanè humana mens capere non potest quonam pacto tam breui spatio vnus homo, omnium, nulla relictâ, quantumuis extremarum mundi partium, imperium, & monarchiam rapere valeat, factuque prorsus videtur impossibile.

Vt Antichristus breui temporis spatio toto potietur orbe.

Nodus hic facilius soluetur, si in memoriam redeant, quæ superius de regno Antichristi à nobis sunt præmissa: nec enim dicitur, quod tribus illis annis & medio sit Antichristus bella instructurus, aut gentibus illaturus, vt vniuersas mundi partes suæ faciat potestatis. Sed vbi vi armorum, & fallacijs, ac fraudibus diabolicis omnia regna mundi subegerit, iamque totius orbis monarcha denuntiatus fuerit, trium annorum & sex mensium tempore imperiali arce

arce sceptra tenebit, ac impetu crudelissimo & violentissimo in electissima Christi membra debacchabitur. Tempus itaque persecutionis ecclesię breue quidem erit, sed quantum illud sit tempus futurum, quo cum gentibus decertaturus est Antichristus, incompertum prorsus est.

Deinde non desunt, qui arbitrantur cum Antichristus regnaturus dicitur in toto orbe, non esse necesse, vt illud de omnibus mundi prouincijs intelligamus, sed de Romano imperio veteri, & de ijs prouincijs Asiæ, Africæ & Europæ, in quibus diutius fides viguit Christiana.

At S. Hieronymus innuere videtur Antichristum in toto orbe regnaturum, nam ait: *Nullus enim Iudæorum absque Antichristo in toto vnquam orbe regnauit.* Andreas etiam Cæsariensis Episcopus, & Aretas indicant Antichristum in se omnes simul monarchias, quæ vnquam in mundo viguerunt comprehensurum. His accinit Rabanus. Et optimè congruere videntur verba Apoc. de gentibus ac nationibus parituris Antichristi imperio: *Et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ.*

Hier in Dan. cap. 11.

In Apoc. 13.

Opusculo de Antichristo.

Apoc. 12.

Vt res se habeat, qui probè apud se reputauerit hominis post conditum orbem prodigiosissimam potentiã, opes, diuitias, exercitus,

classes, arma, quæ nulli vnquam tot tantaque fuêre, ac in mentem reduxerit tunc soluendũ Diabolum, ac totum fermè infernum patefaciendum: omnesque tunc Satanæ ad euertendum orbem effundendas habenas, vt quibuscumque poterit artibus, quantis polleat viribus, pro Antichristo in mundo debacchetur. Haud sanè mirabitur vel breuissimo tẽporis spatio tot tantaque confici posse.

Innumeri scilicet fortissimi duces cum validissimis exercitibus, classibusque, per orbis varias prouincias missi, fama rerũ gestarum, terror nominis, dæmones vbique terrarum, velut fulmina discurrentes, potentissimæ, istorum vires, & aliæ multæ artes, quæ humana ingenia superant, Antichristo, vel paucissimis annis totum mundum subijcient, monarchiamque Vniuersi comparabunt.

Sed neque vis, auri, & argenti tunc ingentissima defutura est. Adhæc debellatis tribus primis Regibus, & in ordinem redactis, nimirum Rege AEgypti, Rege Libyę, Rege AEthyopiæ, cæteri Reges tanto percellentur timore, tantus in eos irruet terror, ita cor elanguescet eorum, vt facile eos sit Antichristus expugnaturus.

Nec si modus quo tam horrenda, & immania conficiantur nos lateat, propterea non esse perficienda debemus existimare, cum sa-n plura posse colluuiem dæmonum, inferni claustris, & repagulis solutam, in orbis perniciem, quam nos cogitare possimus, nullus

sani

ſani iudicij valeat dubitare.

SIGNVM TERTIVM, QVOD Antichriſtum comitabitur.

IAM duo ſigna, quæ ex ſententia Bellarmini Antichriſtum comitabuntur, ſcilicet Henoch. & Eliæ prædicationem, ac Antichriſti perſecutionem perſtrinximus. His tertium innectimus, nimirum Satanæ ſolutionem. Nempe exurgente Antichriſto, & grauiſſimâ omnium perſecutionem tribus tantum annis cum dimidio aduerſus eccleſiam exercente, ſoluetur Satanas, hoc eſt, laxiſſimæ ei effundentur habenæ, ac permittetur, totis ſuis, ſuorumque viribus quantum poterit in eccleſiâ Chriſti graſſari. Neque enim vnquam ſæuior extitit perſecutio, nec Satanas maiores vllo tempore ad euertendam eccleſiam intendit vires, quam funeſta illâ tempeſtate. Solutio Satanæ.

Atrocem hanc perſecutionem B. Apoſtolus in hunc modum deſcribit: *Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo: Et exibit & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, cuius numerus eſt ſicut arena maris. Et aſcenderunt ſupra latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum, & ciuitatē dilectam.* Hoc eſt vniuerſalem Eccleſiam. Ita hunc locum interpretantur S. Auguſtinus de ciuit. lib. 20. cap. 11. S. Victorinus, Aretas, S. Beda & alij. Pulchre B. Aug. *Antichriſti tempore,* ait, *Diabolus ſoluendus eſt, ac proinde tanto gra-*

uior erit persecutio omnibus praecedentibus, quanto crudelius potest Diabolus saeuire solutus quam ligatus.

Per hos mille annos totum illud tempus intelligi, quod est à morte Christi, eiusque ascensione vsque ad finem mundi consentiens est SS. PP. sententia. Ita Aug. de ciuit. lib. 20. cap. 7. Greg. lib. 4. in Iob. cap. 13. & alibi. S. Victorinus, Andreas, Aretas. S. Beda, S. Anselmus, Rupertus & alij Apocalypsis explanatores, qui omnes vno ore his mille annis totum euangelicę legis decursum denotari consentiunt.

Lact. li. 7. cap. 24. Caeterum Lactantio, ac Chiliastis longè discrepans de his mille annis fuit sententia. Hunc siquidem B. Ioannis locum non de persecutione Antichristi, sed de aliâ, quam arbitrantur passuros sanctos post mille annos faelicitatis huius vitae, quam non dicunt esse persecutionem Antichristi, hanc siquidem ante mille annos antecessuram adserunt. Et dicũt Gog & Magog post mille annos à morte Antichristi, & regno Christi in terris post primam hominis resurrectionem, pugnaturos cum Christo, ac sanctis eiusdem. Hanc opinionem recenset S. Hiero. in 38. Ezech.

Quae sententia cum sacrae scripturae testimonijs repugnet, meritò repudianda est. Asserit equidem scriptura statim post necem Antichristi futuram esse mundi consummationem: vt hinc clarum fiat Antichristi persecutionem omnium futuram postremam, vnde locus

locus ille de alia posteriori perperam exponitur.

Sed nec locus iste exponi potest de alia persecutione, Antichristi persecutionem præcurrente, (quamquam id insinuet D. Ambr. per Gog Gothos intelligens:) nam B. Ioannes dicit illam persecutionem futuram post mille annos, hoc est, in fine durationis ecclesiæ, simulque asserit, quod illa finitâ statim subsecutura sit vniuersalis mortuorum resurrectio. *Amb. l. 2. de fide cap. vlt.*

Sed cur Ioannes totum illud temporis spatium à morte Domini ad finem rerũ & Antichristum, mille dumtaxat annos appellauit? Existimamus Apostolum eo vsum loquendi modo, quod millenarius numerus significare soleat, scripturarum more, maximam quandam & indefinitã multitudinem; ita, vt millenarius numerus hic pro indefinito & maximo ponatur. huius testis est B. Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 7. Aretas, Beda & alij in hunc locum.

Deinde, si Ioannes posuisset apertè, ac designatè annorum numerum ab initio nascentis Ecclesiæ, ad seculi vsque finem, & aduentum Antichristi, quo Diabolus vinctus mansurus est, certo & indubitato cognoscere quoque possemus, quot anni nunc supersint ad Antichristum vsque, & mundi consummationem, quod esset contra verbum Domini: *De die autem illa nemo scit.*

Denique prophetica de re tanta prænunciatio, non erat perspicuè nimis ac clarè propalanda, sed veneranda quadam, ac religiosa obscuritate velanda. Mille ergò annos dixit, hoc est plurimos: At quot exactè sint futuri, quis hominum sciuerit?

Gog & Magog quid designent. Illud autem in his Apostoli verbis perplexæ difficultatis est, quid per Gog & Magog debeat intelligi. In hoc nodo soluendo multum operæ & laboris ponunt B. Augustinus lib. 20. de ciuit. cap. 11. Et B. Hieronymus Ezech. 38. & 39. Cæterum quia instituti nostri non est varijs hac de re Doctorum sententijs recensendis immorari, hic suffecerit Cardinalis Bellarmini opinionem in medium produxisse, quam verbis hisce aperit. *Lib. 3. de Pont. c. 17.*

Primo, inquit, *asserimus Gog & Magog prælium esse Antichristi contra ecclesiam, vt rectè Augustinus docuit.*

Secundo dicimus, probabile esse admodum per Gog significari ipsum Antichristum, per Magog exercitum eius. nam Ezechiel perpetuò Gog vocat Principem, & Magog vocat terram, siue nationem.

Tertiò dicimus, probabile esse Gog dici à Magog, non è conuerso. Ita vt dicatur Antichristus Gog, quia est Princeps gentis, quæ dicitur Magog.

Porrò, exercitum Antichristi vocari Magog à gente Scythica, non quod constet ex illis Scythis, quos Iudæi fingunt esse vltra Caucasum, & Caspiũ mare, sed quod magna pars exercitus Antichristi constabit è Barbaris à Scythia oriundis, vt Turcis,

Tarta-

Tartaris & cæteris. Vel quod magis reor, quia erit exercitus immanis & crudelis valdè. Quos enim fauos dicere volumus, Scythas vocamus. Hæc ipse, cuius sententiæ etiam subscripsit Sa in 38. Ezech.

Porrò quando ligatus fuerit Satanas non in vnam concurrunt DD. sententiam. Genebrardi hæc est opinio, scilicet Diabolum alligatum fuisse tempore Constantini magni Imperatoris, ne persecutionibus amplius noceret ecclesiæ, illis à Constantino sublatis, qui christianam fidem suscipiens, ecclesiam mirificè protexit ac fouit. Mansisse verò ligatum per mille annos, ac tunc regnasse sanctos, hoc est, Christianos pacificè in ecclesia cum Christo illos mille annos. **Quando Satanas fuerit alligatus.** *Genebr. lib 4. Chron. pag. 662.*

Anno vero Domini 1300. Hoc est post mille annos à tempore Constantini, quibus Diabolus ligatus manserat (nam Constantinus sub initia quarti centenarij, hoc est, post trecentos à nato Christo annos rerum potiri cæpit, vt omnes affirmant) iterum solutum Satanam de carcere suo exisse, atque concitasse gentes Gog & Magog, nempe Othomanum, & Turcarum imperium, de gente Scytharum seu Magog, quos certum est anno restituti orbis 1300. formidabile illud regnum condidisse, quod dirè vexat ecclesiam.

Sed huic expositioni non satis congruit quod Ioannes ait: *Et post mille annos oportet Satanam solui modico tempore.* At quomodo mo-

dicum tempus existimari potest annorum plusquam trecentorum spatium, quibus iam Turcarum imperium viget ac debacchatur? Huc accedit quod omnes intelligunt solutionem illam Diaboli futuram in fine mundi tempore Antichristi. Hinc fit vt eorum sententia sit veritati magis consona, quæ asserit Satanam tunc fuisse ligatum, quando Christus, vel vt alij opinantur, Angelus, Principis dæmoniorum sæuitiam & Tyrannidem, quam in genus humanum exercebat, compescuit. Quippè ante Christi aduentum per idololatriam, & peccatum Diabolus regnabat in orbe, nondum per sanguinem Christi expiato mundo, quando *Princeps huius mundi* vocabatur. At Dominus initio exorientis ecclesiæ per suam crucem à culmine suæ potentiæ eum deturbauit, & Michael in profundum inferni ergastulum demersit, atque catenis adstrinxit, ne impediat prorsus Euangelij cursum, aut Ecclesiæ quantum ipse cupit noceat, vel suis suorumque viribus pro libidine aduersus pios grassetur. Vt verè illud Christi verbum hic congruat: *Nunc iudicium*
Ioan. 12. *est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.*

Quocirca Andreas Cæsariensis Episcopus in cap. 20. Apoc. sic ait: *Quod verò ligatus sit Diabolus argumentum est idololatriæ interitus, ac templorum idolis dicatorum euersio, defectus quoque cruoris sacrificiorum, & diuinæ voluntatis in toto orbe impletio, atque cognitio.* Hæc ille.

Hanc

Hanc exclusionem Principis huius mundi, & reclusionem in inferno declarat B. Ioannes his verbis: *Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua: Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille, &c.* Ne itaque fidelibus per baptismum gratiâ communitis tantum noceret, quantum vellet, vel quantũ ante solebat, clausus & cruce Christi velut sigillo obsignatus, tortuosus ille coluber in abyssis infernalibus constringitur vsque ad præfinitum tempus, nimirum vsque ad Antichristi aduentum. *Apoc. 20.*

Maximè verò hæc Satanæ solutio futura videtur, quando Antichristus repentè, seu rapidissimus turbo è Babylonia cum valido exercitu mouebit; atque eodem tempore Gog & Magog cum infinitis barbararum gentium copiis à Septentrionalibus regionibus erumpentes, & cuncta inundantes, magnis itineribus in Iudæam, ac Ierusalem contendent, ibique se Antichristo ex AEgypto, Lybia & AEthiopia redeunti adiungent. Quando soluetur Satanas.

Tũc Christiani, qui Ierosolymis & in Iudęa summa tranquillitate habitabũt, metu, tantarum Antichristi virium attoniti, neutiquam poterunt tantis exercitibus resistere, sed Antichristus cum suis omnia occupabit, pijs tacentibus, ac se subijcientibus. Tunc Antichri-

christus horrendam illam & à seculo nunquam auditam persecutionem in fideles exercebit,& alia perpetrabit , quæ à nobis strictim,& summatim sunt commemorata.

Tunc soluetur Satanas,vt omnes potentiæ suæ vires,omnes fallaciæ artes expromat, vt Dei amicos tétationibus,infestationibus,persecutionibus dirissimis & omnibus modis diuexet & exagitet,sciens quod *modicum tem-*
Iob.41. *pus habet.* Cuius potestas talis est, *vt nulla ei cō-pareturr super terram* . Astutiæ altitudo tanta,
Apoc.12. vt sapientes omnes irrideat. Ob hanc causam exclamat B. Ioannes: *Væ terræ & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.*

Solutus itaque Satanas longè plus solito bonos persequetur , sed ad maiorem eorum probationem,& ad purgationem perfectissimam: nam quod ligatus modo teneatur , ne noceat quantum vult, Dei est misericordiæ, ne nos qui sumus imbelles , imbecilles, inermes, ac rerum omnium inopes vincamur ab ipso,& decipiamur.

Quod extremis temporibus rursus soluendus sit,Dei ter Opt. Max. misericordiæ & sapientiæ est, vt quantas habeat gratia Dei vires, fortissimi illi Christi Athletæ , sæuissimo hosti obiecti,atque expositi toti,cum magna cœlestis Patris gloria experiantur . Quibus verò auxilijs sit bonitas illa diuina, dilectissimis suis in hoc agone concertantibus affutura, cum de prædicatiooe Henoch &

Eliæ nobis ſermo eſſet,paucis edocuimus.

Cæterũ quia de Satanæ ligatione non vno in loco agit ſcriptura,vt ea fiat, paucis diſpiciendum: Ligantur dæmones, & corporaliter, & ſpiritualiter: corporaliter,quando ſibi corpora adiungunt; quamdiu illa retinent, tãdiu per ea colligari poſſunt. Spiritualiter duplici modo. Primò quando non ſinũtur illi agere, quæ vellent.Hoc Aug.& D. Greg. teſtantur. Altero modo quando certo cuipiam loco affiguntur, vt illinc ſeſe commouere, alioque quopiam euagari non poſſint. *Matt.* 12. *Mar.*3. *Apoc.* 20. Quot modis ligentur dæmones. *Aug.loco citato.*

Hanc alligationem Theologi quidam, tã dæmonibus ingratam acerbamque putârunt, vt in ea gehennam infernumque collocârint. Cum enim ſpiritus ſint,naturâ generoſa complantati & creati cum omni libertate, vt ſcilicet in omni loco vbi voluerint, liberè operentur,cruciantur mirum in modum dum diuina potentia ita alicui loco adſtringuntur,vt inde ſeſe non poſſint expedire. 4.*ſent. diſt.*44. *&* 50.

Porrò non cenſetur Diabolus priori modo ligatus, nec enim legitur dæmonem materiatis vinculis aſtrictum fuiſſe; nec etiam ita ligatus eſt, vt certa ei ſolitudinis portiuncula, extra quam ne pilum quidem egredi poſſit, ſit definita. Sed dicuntur ligati, quia diuina poteſtate ſubſtractus eſt illis concurſus ille, quo ad omnem motionem res omnes indigent, Quod ſit, quando ab eo qui in eos ius & poteſtatem habet, imperatur,ne hoc, vel illud agant. Scitè D.Thom. *Dæmones dicuntur*

ligari

ligari quando impediuntur agere quæ naturaliter possunt, & solui, quando permittuntur. de potentia.q.6.art.5. Vide Gregor.2.Mor.cap.13.

Qui satanam ligādi potestatem habeant.

Sed qui habent eiusmodi potestatem? Deus & creatura: hæc verò, vel spiritus est, vel homo; spiritus verò aut bonus, aut malus. Hæc ergò diuini concursus subtractio, solet per translationem vocari vincula, rudentes, & catenæ: Rudentes 2. Pet.2. & S. Iudas. *Vinculis æternis sub caligine reseruauit.* catenæ. Apocalypsis 20.

Exemplo ostenditur quibus verbis satanas ligetur.

Inijciuntur verò hæc vincula vel spiritualitātum modo, vel symbolis quibusdam, quæ sub sensum cadant, adhibitis, cuiusmodi sunt res, aut verba sacra. Appositum de hac re exēplum habetur in Cæsario, de muliere obsessâ, quæ interrogata de Lucifero apud inferos ligato, quomodo scilicet ligetur, respondit per os eius diabolus: *Stulti quibus catenis putatis magistrum meum ligatum in inferno? an ferreis? nequaquam: tria verba posita sunt in silentio missæ, quibus ligatus est.* Requirentibus quibusdam, quæ essent illa verba, dicere noluit, vel potius ausa non fuit: sed ait, *adferte mihi librum, & ego vobis ostendam illa*, allatus est ei liber missalis, & clausus porrectus, quem illa aperiens, primo ictu canonem inuenit, & digitum ponens super illum locum, *Per ipsum, & cum ipso, & in ipso*, ait: *Ecce ista sunt tria verba, quibus ligatus est magister meus*. Per Patrem enim, & cum Filio, & in Spiritu S. quorum opera indiuisa sunt, fortis ille ligatus est, & vasa eius diruta.

Sed

Sed ne longius diuagemur, ad persecutionem illam Antichristi, & Satanæ solutionem reuertamur. Beatus Augustinus in illa verba Apocalyp. 20. *Et circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam*, dicit his verbis significari omnes prorsus impios simul esse in Antichristi exercitu futuros, & aperto marte oppugnaturos omnem SS. ecclesiam: nunc enim ficti sunt in ecclesia, qui tegentes malitiam suam in corde, sunt extra ecclesiam: *Attunc erumpent*, inquit, *omnes in apertam persecutionem ex latebris odiorum.*

Omnes mali Antichristo famulabuntur.

Atque hinc falsitas dogmatis nostri Calculatoris, quo Antichristum nasciturum vult anno 26. currentis seculi, plus satis cuiuis redditur perspicua: nam licet nunquam tantus fuerit numerus falsorum fratrum, & fictorum Christianorum, quàm turbulento hoc sit seculo, non tamen, vt Beatus loquitur Augustinus, *in apertam persecutionem erumpunt*, nec adhuc manifesta est persecutio, aut generalis, qualis Antichristiana est futura.

Sed nec cessat adhuc publicum, & quotidianum ecclesiæ officium, ac sacrificium, quod tamen propter atrocitatem persecutionis cessaturum astruit propheticum oraculum. Denique varia sunt in his duobus signis, nimirum persecutione Antichristi, ac Satanæ solutione mysteria, quæ sententiam Calculatoris de aduentu Antichristi non possunt non reddere temerariam,

Existi-

Iudæa recuperãda ante aduentum Antichristi à Christianis.

Existimamus etiam, (quod hic sicco pede prætermitti non debet, & quod ad euersionem falsi præsagij Calculatoris vim habet non exiguam) antequam veniat *Antichristus* terram sanctam, vrbemque Ierosolymam iterum à Christianis recuperandam, atque in eâ, vt etiã in vicinioribus locis innumeros futuros fideles, & maximè illic fidem & euangelium, plantatis ecclesijs per orientales illas regiones, florere debere, arbitramur. *At* hoc verisimile esse, hisce argumentis ostenditur.

Imprimis certum est *Antichristum* præcipuam imperij sui sedem, vt probatum est, in Iudæa, ac Ierosolymis collocaturum. Deinde in illis locis acerbiorem, quam alibi persecutionem, aduersus Christianos excitaturum esse, omnibus est in confesso. Præterea in ea vrbe Henoch & Eliam præcipuos ecclesiæ antesignanos ab *Antichristo* contrucidandos paulò post docebimus, & probabimus luce clarius Insuper Christianos innumeros metu persecutionis in proximum *Arabię* desertum recessuros etiam exploratum habetur. His ita constitutis complures ibi futuros Christianos, atque in ea prouincia victuros priusquã erumpat persecutio *Antichristi* fateamur necesse est. Et hanc sententiam amplectuntur Lyranus & Pintus in 38. Ezechielis, & alij præstantes Prophetæ Ezechielis interpretes.

QAR-

QVARTVM SIGNVM CONcomitans Antichristum.

TRibus iam enumeratis signis, quæ *Anti*christum comitabuntur, quartum possumus adiungere, nimirum Iudęorum ad fidem Christi conuersionem: nec enim hæc Iudæorum conuersio ad vniuersalem illam prædicationem, quæ Antichristi aduentum præcedet, necessaria est, sed Henoch & Eliæ opera complebitur, ac prædicatione vniuersali inchoabitur. Sic adserit B. Hilarius: *Sicut*, inquit, *pars Iudæorum per Apostolos credidit, ita & preditura per Eliam.* Idem Theodoretus, Anselmus, Hieronymus in psalmum 20. & alij. Iudæorũ cõuersio. Hilar. ca. 26 in Matth.

Confirmatur ex illis Christi verbis: *Elias venturus est, & restituet omnia.* Et ex Apoc. 11. Illis calculum addit Ioel Proph. *Ecce*, ait, *in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iudæ & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam illas in vallem Iosaphat.* Vbi expresse dicitur post Iudæorum conuersionem statim futurũ esse Iudicium. Erit igitur hæc conuersio proximè ante iudicium. Et hoc disertis etiam verbis astruit S. Aug. lib. *20.* de ciuit. cap. vltimo. Matt. 17. Ioel. 3.

Cæterum quando sint Iudæi ad Christum conuertendi, etsi expressè sacrarum non exprimat auctoritas litterarum, non ineptè tamen suspicamur, futuram hanc conuersionem cum miseri inuenerint se irrisos & delusos ab Antichristo; cum & legem Moysis,

quam tunc instaurandam,& deinceps in æternum stabiliendam putabant, viderint repudiari, atque repelli; Messiamque suum tantopere expetitum,&exoptatum,quem ipsi vnicè colerent, Messiæ proculcato nomine, derepentè in procacissimum blasphemum eu-asisse.

Nam licet Antichristus se verum Messiam ac Iudæorum Regem promissum initio simulaturus,tamen postea abiecto nomine Messiæ,Dei nomen nefariè rapiet. Sic igitur spe frustrati,opinione exclusi, ab Antichristo neglecti,omnibus contemptui habiti, malis attriti,mœrore confecti,illucescente tandem diuinæ lucis radio, reuertentur & quærent Dominum Deum suum, verumque Regem Iesum Christum.

De hac Iudæorum in fine sæculi ad ecclesiam Christi reductione varia sunt sacræ scripturæ testimonia:Clarum habetur:*Quia dies multos* Osee 4. *sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, & sine sacrificio,& sine altari,& sine Ephod,& sine Theraphim. Et post hæc reuertentur filij Israel & quærent Dominum Deum suum,& Dauid Regem suum. Et pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum.* Plerique Hebræorum teste S. Hieron. atque ex nostris Ruffinus, Theodoretus, Theophylactus, hoc vaticinium de reditu Israelitarum ab exilio Chaldaico explicant, sed perperam hauddubiè, vt est iam clarissimis argumentis ab eruditis explanatoribus patefactum.

Ergò

Ergo dicamus quod omnes alij summo cõsensu asseruisse noscuntur, Oseam prophetasse his verbis de conuersione Iudæorum ad Christianam fidem in fine seculi : Ita S. Hieron. & S. Cyrillus in 3. Oseæ, S. Augustinus de ciuit. lib. 18. cap. 28. S. Iulianus Archiepiscopus Toletanus lib. 1. contra Iudæos. Rupertus, Strabus & posteriores vt Ribera, Sa, & alij in 3. Oseæ. Rectè B. Augustinus. *Nihil, inquit, est ista prophetia manifestius, quia Dauid Regis nomine significatus intelligitur Christus.*

Sic igitur miseri Iudæi iam ferè per sexdecim secula iacent sine Rege, sine Principe, qui non seruiat, sine templo, sine altari, sine sacrificijs, sine oraculo, sine Prophetis, sine vllo magistratu, aut forma veræ reipublicæ. Gens impia & Christicida, in Tito Rom. Principe prostrata, dispersa, ac dissipata in omnes angulos orbis, per omnes nationes vaga, profuga, errabunda, exagitata, propudium & ignominiam reiecti & occisi Christi filij Dei circumferens, cunctis gentibus inuisa, abominabilis, ac prorsus execrabilis, vt nihil hodie absurdius, & contumeliosius habeatur, quam Iudæorum nomen. Iudæorũ misera conditio.

De his præclarè Tertullianus. *Exitus*, ait, *hodiernus ipsorum, dispersi, palabundi, & cæli, & soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo Rege, &c.* Aurelius Prudentius ita canit: *Tert. Apolog c. 21.*

Extirpata per omnes

Prud in Apotheosi ad finem.

Terrarum plagiq; plagas tua membra feruntur:
Exilijs vagus, huc illuc fluitantibus errat
Iudæus, postquam Patria de sede reuulsus,
Supplicium pro cæde luit, Christique negati,
Sanguine respersus, commissa piacula soluit,
Ex quo priscorum virtus defluxit auorum.

Hiero in 1. Sopho.

Sed quæ S. Hieron. dignè in Iudæos declamat audiamus: *Vsque ad præsentem*, inquit, *diem perfidi Coloni post interfectionem seruorum, & ad extremum filij Dei, excepto planctu prohibentur ingredi Ierusalem, & vt ruinam suæ eu[...]re liceat ciuitatis, pretio redimunt: vt qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lachrymas suas. Videas in die quo capta est à Romanis, & diruta Ierusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & senes, pannis annisque obsitos, & in corporibus & in habitu suo iram Dei demonstrantes, congregatur turba miserorum, & patibulo Domini coruscante, ac radiante Anastasi eius, de Oliueti monte quoque, crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi sui populum miserum, & tamen non esse miserabilem.* Hæc & plura de Iudæorum captiuitate ibi Hieron.

Deinde ad infælicem Iudæorum sortem illud addēdum, eorum omnium corporibus perpetuum, ac teterrimum fœtorem semper inhærere, vt infame nacti sint cognomen, vt perenni elogio fœtentes appellentur. Ad illum fœtorem allusisse videtur Venantius Fortunatus.

Lib. 5. car.

Abluitur Iudæus odor baptismate diuo,

Et noua progenies reddita surgit aquis.
Vincens Ambrosios suaui spiramine rores,
Vertice perfuso Chrismate efflat odor.
Hic siquidem de Iudæis baptizatis, à quibus omnis eiusmodi dirus fœtor abstergitur, loquitur.

Omitto hic Hæmorrhoidas perpetuas quibus conflictari soliti sunt miseri isti verpi, sic eos Martialis appellat.
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula, verpus erat.
At instituti mei non est hic plura de gentis infælicissimæ infortunijs, immò iustis à Deo irrogatis supplicijs, quæ tot tantaque sunt, vt illa ritè explicandis nulla humana lingua par esse possit pertractare. Sic dignè impij pœnas Christicidij, atque perfidiæ, sanguinisq; effusi in sanguine soluunt.

Mart. l. 7. Epigrã ad Monophilum.

Et hoc tantisper, donec affulgente diuinæ misericordiæ radio, auferetur velamen de corde eorum, & cognoscent Dominum, quærent illum, & sanctum Euangelium amplectentur, vt Oseas Propheta clarissimo vaticinio prædixit. Cuius verba Chaldæus interpres ita dilucidè reddidit: *Et post hæc pænitebunt filij Israel, & quærent cultum Domini Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauidis Regi suo.*

Sunt & alia innumera oracula Prophetarum, quæ futuram in fine seculi Iudæorum ad Ecclesiam aggregationem mirificè cecinerunt, quæ tu Lector si libuerit, consulas

apud Finum lib. 7. flagelli cap. 28. & alios.

De hac Iudæorum conuersione egregius est B. Pauli locus iste; *Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc,* (vt non sitis vobis ipsis sapientes) *quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, &c.* Ad Ro. 11.

Dicit igitur Iudæos non omnes, nec in totum abiectos à Deo, nec propterea quod tam longo tempore in perfidia detinentur obstinati, prorsus repulsos; sed Deum singulari suo consilio ex incredulitate Iudæorum elicuisse ingens bonum introitus gentium in ecclesiam, & occasione excæcationis Iudæorum, accitos & insertos Gentiles in Euangelium.

Sic tamen vt postquam fuerit expletus credentium ex Gentilibus numerus à Deo præfinitus, quod non erit ausi propè finem rerum humanarum, tunc etiam Iudæos maxima Dei benignitate, quâ id iam ab æterno decreuerit efficere, accessuros ad fidem & saluandos iri.

Hæc omnia ex vnanimi PP. & Posteriorũ interpretatione adeò disertè ac diuinè Paulus prosequitur, vt satis appareat, quam opulentum cælesti sapientia Apostolicum illud pectus extiterit.

Ex illo itaque Oseæ loco, ac ex isto Pauli Patres Ecclesiæ, & posteriores omnes docent conuersionem Iudæorum extremis temporibus

[illegible] futuram, S. Chrysost. elucidans verba illa Pauli *Quanto magis plenitudo eorum*, ait: *Perpende quid futurum sit, quando conuersi fuerint Iudæi: non enim dicit quanto magis conuersio eorum, aut immutatio ipsorum aut correctio ipsorum, sed quanto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quando vniuersi ad fidem accessuri sunt. Hoc autem dicens, ostendit tunc plus fore gratiæ, donique Dei, ac propè totum.* Hæc ille. Idem ferè concinit S. Hiero. in 3 Oseæ, S. Augustinus de ciuit. Dei lib. 28. cap. 28. Sanctus Greg. lib. 2. in Iob cap. 31. Et lib. 35. in Iob cap 9. Chrys. hom. 9. ad Rom.

Quin supra affatim docuimus Iudæos in fine seculi conuertendos ad Christum prædicatione Eliæ Prophetæ, attestante ipso Christo. *Elias quidem venturus est primum & restituet omnia.* Quid sibi vult istud: *restituet omnia?* S. Augustinus. S. Beda, Strabus & alij interpretantur: restituet mortem, quam hucusque distert, quia tunc morietur. Idem S. Aug. alibi sic exponit: *Restituet omnia*, id est, *perturbatos Antichristi persecutione in fide solidabit*. At illa meritò omnibus anteferenda est explanatio, Dominum hisce verbis nihil aliud breuiter insinuare voluisse, nisi quod Malachias & Ecclesiasticus dixerunt: *Et conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.* Hic igitur sensus Domini est, vẽturũ Eliã & restituturũ, seu reducturũ Iudæos ad fidẽ Christi in fine seculi: Ita SS. PP. semper intellexêre. Matt. 17. Aug. de consid. Euang. lib. 1. c. 21.

Hæc summatim de signis Antichristi aduentũ præcedẽtibus, ac signis eundẽ Antichri-

stum comitantibus præmittenda fuerunt vt lippis, quod aiunt & tonsoribus fiat perspicuū omnia quæ de Antichristi Natiuitate, ac regno à Calculatore nostro dicta sunt, ad forum excogitata, omnia prodigiosa esse figmenta. De duobus alijs signis, nimirum interitu Antichristi, & consummatione mundi, paucissimis nunc agendum.

THESIS XXX. ET VLTIMA.

Calc. *Occidetur Antichristus in monte Oliueti, in Papilione, & solio suo anno 60. finis mundi & consummationis anno 66. præsentis seculi. A creatione seculi anno 6666.*

Resp. Sic cum sua ignorent, audent tamen homines Consiliorum Dei esse censores. Nonne stultam fecit Deus huius mundi sapientiam? De victoria triumphat Calculator, & tanquam ex tripode de mundi exterminio hanc efflat vaticinationem.

Mors Henoch & Eliæ. Post beatissimum sanctorum Henoch & Eliæ exitum, non diu aberit illius primogeniti Diaboli interitus, cum reuera temporibus Antichristi illos venturos & prædicaturos ex dictis indubiè compertum habeamus.

Cap. 11. Mortem verò Henoch & Eliæ S. Ioannes in sua Apocalypsi sic exprimit: *Et cum finierint testimoniū suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet aduersū eos bellū, & vincet illos & occidet eos.*

Rectè

Rectè Antichriſtus beſtia vocatur, ob beſtiales mores, quibus contaminabitur, & vitã, quam traducet pecuinam. *Quæ aſcendit*: nam, vt teſtis eſt D. Paulus 2. Theſſ. 2. *Extolletur ſupra omne quod dicitur Deus*. Per beſtiam hanc Antichriſtum eſſe intelligendum coniunctis ſententijs aſſerunt S. Victorinus, Andreas, Aretas, Ambroſius in Pſal. 45. Gagnæus, Ribera, Melus, & alij.

At quod erit hoc bellum? Hoc non armis ferreis, & ęneis, ſed ſermonis oppoſitione ſuſcipietur, & conficietur. Equidem ſimulatque Antichriſto Chriſti præcurſorum aduentus, & opera innotuerint, eos capitali odio proſequetur, ac in hoc toto contendet conatu, vt eos ſub poteſtatem ſuam redactos è medio tollat.

Cæterùm prius diſceptationibus, blanditijs & illectamentis hos Dei teſtes fideliſſimos oppugnabit, ſed non expugnabit: tanta quippè erit miraculorum eorum efficacia, vt his ſeſe ad tempus vſque à Domino præfinitum tueri poſſint & defendere. Vnde in Apoc. dicitur: *Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum.* hoc eſt, orationibus ſuis ignem cœlitus in aduerſarios ſuos ad inſtar Eliæ impetrabunt. *Cap. 11.*

Quod ergò dicit Apoſtolus: *Vincet eos*, non ita intelligendum eſt, quaſi ſceleratiſſimus ille eorum ſit conſtantiam labefacturus, patientiam, fortitudinem, doctrinam, fidem, religionem, libertatem prædicandi Chriſtum

fracturus, nam satanicam illam peruersitatem modis omnibus execrabuntur imperterriti IESV Christi pugiles, ac in veritatis propugnatione inconcussi manebunt, sed corpore tantum *vincet*, hoc est, interficiet: nam mox subdit Beatus Ioannes: *Et occidet eos.*

Porrò duo illa omnis doctrinæ & probitatis clarissima lumina, cum cernent sibi proximè parato martyrio occumbendum fore, præmonitis, & confirmatis fidelibus, præmúciataq; palàm, & apertè morte sua, atque christianorũ animis erectis, ne in sæuissimo mortis genere, quod ipsis infligetur, scandalizentur, aut corruant: nam statim magnum quippiam ad eorum gloriam fieri cernent; tanquam mansuetissimi agni ad victimam procedent.

Vbi ergò tempus à Deo præstitutum aduenerit, crudelissimus ille prædo, re desperata violentas in eos manus inijciet, ac eosdem morte afficiet crudelissima: sed gloriosum est pro veritate & iustitia mortem oppetere.
Apoc. 11. *Occidet eos*, ait scriptura, *& corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magna, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus vbi & Dominus eorum crucifixus est*. Sodoma & Aegyptus dicitur Ierusalem ob flagitiorum imitationem, quæ in illis locis olim designabantur.

Crudele spectaculum. Corpora sanctissimorum Henoch & Eliæ per summam ignomini-

niam trahentur & raptabuntur per vicos & plateas, ludibrijs & contumelijs omnium expofita, vt folent corpora damnatorum, eorum præfertim, qui fuêre infigniter improbi, & reipublicæ magnoperè noxij. Et in hūc fenfum exponit Andreas. Fera crudelitas eft exanima corpora infepulta abijcere, etiam apud Gentes. Et fepulturæ honore carere fumma infœlicitas. Vnde & religio fepulchrorum, & tanta fepeliendi cura apud Gentes. Longè verò beftialior inhumanitas eft in corpora occiforum fæuire.

Itaque mundo fpectante eorum corpora tribus diebus, & tribus noctibus, cum dimidio infepulta, & fuo in cruore natantia, iacebunt, omni nationi & genti propofita, vt tātæ crudelitatis fpectaculo deterriti Chriftiani, à fide deficiant, impii verò in errore confirmentur.

Addit Sanctus Ioannes: *Et poft tres dies & dimidium fpiritus vitæ intrauit in eos, & fteterunt fuper pedes fuos, & timor magnus incidit fuper eos, qui viderunt eos, & audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Afcendite huc, & afcenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum.* Sicut ergò hos viros egregios, præter legem omnium mortalium, Deus in finem in corpore referuauit: fic præclarè muneri fuo functos, & ignominiosè pro CHRISTO interfectos, quodam priuilegio antè communem omnium refurrectionem, ad vitam immor-

Henoch & Elias ante generalem refurrectionem rediuiui ad vitam affumentur æternam.

mortalem, & corporum gloriam, in qua non nisi ab omni scelerum contagione puri versantur, subuecturus est. Vt etiam certum est, sacram Dei parentem iam resurrexisse, & cum corpore simul frui Deo in gloria. Et melior quoque sententia idem docet de illis, qui cum Christo resurrexerunt.

Postquàm verò Antichristus Henoch & Eliam trucidauerit, tunc Christiani maiori mentis ardore, viso tanto miraculo resurrectionis, & glorificationis illorum, fidẽ Christi palàm, publiceeque profitebuntur. Et qui in latebras prius se condiderant, illis relictis, ac omni metu discusso, in lucem, in solem quod dicitur, & puluerem, prodibunt, diuinam religionem acerrimè oppugnaturi.

Nec à vero alienum est, quod obseruârunt aliqui, tunc reperiendos in Ierusalem plurimos Christianos ex omnibus orbis partibus, qui non sine Dei nutu, sub initia prædicationis Henoch & Eliæ in Ierusalem subito impetu se effundent & certatim confluent, vt tãtos Prophetas videre possint & audire.

Sed nec dubium est, quin plurimi visis tot stupendis prodigijs, quæ in resurrectione clarissimorum Apostolorum euenient, ab Antichristo sint recessuri, fidemque Christianam amplexaturi.

Clarissimum reuera illud erit miraculum, cum post tres dies & dimidium, quibus eorũ mors satis superque cunctis erit explorata, resurgent viui, integri, & cum summa gloria,

[illegible]elos, subuehente eos nube lucidissima, ascendent stupentibus aduersarijs; nec enim erit hostibus veritatis tunc aliquis relictus tergiuersandi locus, cum in quodam quasi theatro orbis terrarum, tantum sit miraculum perpetrandum.

Quæ omnia cum viderit ipse Antichristus, dolore rumpetur, vt S. Beda quoque adnotauit in illud Apoc. 11. *Et dederunt gloriam Deo*, ac furibunda infernalique rabie cernens se hactenus nihil fecisse, sed potius cuncta sua in deterius prolabi, fideles augeri, eorumque res magis illustrari, & clariores reddi, decernet vltimo ac sæuissimo prælio simul omnes Christianos aggredi, eosque funditus perdere, vt ne pilus quidem ex ijs remaneat: sicque extrema phrenesi furens omnes suos exercitus, ac præsertim Gog & Magog copias in vnum coget, vt iam non singulos, aut per partes, sed omnes simul christianos collatis in vnum suis, suorumq; viribus, ferro & igni trucidet, nec vllus euadat.

Sed mirabile ac funestum est, quod interfectis Henoch & Elia, ipsis Antichristianis euenturum Ioannes refert his verbis: *Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia.* Apoc. 11. Vere quidem tunc terræ motu ruituram decimam partem vrbis Ierusalem, & opprimenda septem millia Antichristianorum, dubium esse non potest, cum eiusmodi exempla ob grauia flagitia orbis

orbis sæpissimè fuerit expertus. Igitur fœda illa ruina, & tot hominum clade vlciscetur tunc Deus iniustam necem suorum clarissimorum Athletarum.

Mors Antichristi. Porro sanctis his Patribus contrucidatis filium illum perditionis Antichristum etiam perdet Dominus & occidet, siue per se, siue per Archangelum Michaelem, sic B. Paulus 2.Thess.2. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Hic per spiritum oris intelligunt SS. PP. ipsum Christi Chrys. homil.4. in Epist. 2. Epist.ad Thess. præceptum. Vnde Chrysostomus: *Sufficiet* ait, *solum iubere*. Eiusdem sunt sententiæ B. Hieronymus & Theodor. in Dan. 11. Addit D. Tho. in 2. Thess. 2. Michaelem Archangelum iussu Christi interfecturum Antichristum in monte Oliueti.

Hieron. in 11. Daniel. Sed sancti Hieronymi & ecclesiasticorum PP. vt ait, de morte Antichristi sẽtentiam audiamus, quæ ex oraculo isto Dan. accipitur, nempe: *Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria super montem inclytum, & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei*; ita D. Hieron. autumat: *Tunc veniet Antichristus vsque ad summitatem montis eius, hoc est, montanæ prouinciæ, id est, verticem montis Oliueti, qui inclytus vocatur, quia ex eo Dominus atq; Saluator ascendit ad Patrẽ, & nullus Antichristo poterit auxiliari contra se Domino sæuiente. Et asserunt ibi Antichristũm esse periturum, vnde Dominus ascendit ad cælos.* Hæc S. Hieron.

Haimo in 11. Isaiæ hæc loquitur. *Antichristũ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, hoc est, po-*

lentiâ infsionis suæ: nam licet à Michaele, vt quidam asserunt, interficiatur, Domini tamen nutu totũ hoc implebitur. Occidetur autẽ sicut DD. tradunt in monte Oliueti in papilione, ac solio suo, in illo loco circaquem Dominus cælos ascendit. Hæc Haimo. Eadẽ omnino Strabus in 11. Isa. Et ferme S. Tho. in 2. Thess. 2. & alij posteriores orthodoxi, vt nihil opus sit singulos citare.

Petrus Comestor in hist. Schol. in 2. Thess. 2. mortem Antichristi in hunc modum futuram describit: Asserit Antichristũ spectante infinita hominũ turbâ ascẽsurũ in verticẽ mõtis Oliueti, vnde Dominus assumptus est in cælũ, & simulaturũ se in cælũ redire velle, vnde ad homines descenderat, ipsũ extollẽtibus specie angeloru demonib⁹, per aera euehẽdũ in cęlũ, cunctis admirantibus & diuinitatis eius acclamãtibus, sed eo ipso tẽporis puncto ascẽdente per aera Antichristo, *audietur*, inquit, *vox Christi de cælo missa, morere; & confestim fulmine percussus interibit*. Hæc ipse, quę eruditi non prorsus repudiant, vt Pererius lib. 14. in Danielem.

Quod autem cũ Antichristo igne cælitus misso perimẽdi sint alij ecclesiæ persecutores patet ex illis verbis Apoc. *Descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos.* Hinc quidã affirmant diuina virtute futurũ esse, vt eadẽ die qua interfectus fuerit Antichristus, vbiq; prosternãtur ministri eius, quia vt habetur Ezech. 38. *Gladius vniuscuiusq; in fratrem suum dirigetur, & iudicabo super eum peste, & sanguine, & igni vehementi, & lapidibus immensis.* Vel certè ante necem Antichristi, paulatim

Mors Antichristianorum.
Cap. 20.
Suarez to. 2. q. 59. dis. 55. sec. 1.

apud Finum lib. 7. flagelli cap. 28. & alios.

De hac Iudæorum conuersione egregius est B. Pauli locus iste; *Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc,* (vt non sitis vobis ipsis sapientes) *quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, &c.*

Ad Ro. 11.

Dicit igitur Iudæos non omnes, nec in totum abiectos à Deo, nec propterea quod tam longo tempore in perfidia detinentur obtusi, prorsus repulsos; sed Deum singulari suo consilio ex incredulitate Iudæorum elicuisse ingens bonum introitus gentium in ecclesiam, & occasione excæcationis Iudæorum, accitos & insertos Gentiles in Euangelium.

Sic tamen vt postquam fuerit expletus credentium ex Gentilibus numerus à Deo præfinitus, quod non erit ausi propè finem rerum humanarum, tunc etiam Iudæos maxima Dei benignitate, quâ id iam ab æterno decreuerit efficere, accessuros ad fidem & saluandos iri.

Hæc omnia ex vnanimi PP. & Posteriorũ interpretatione adeò disertè ac diuinè Paulus prosequitur, vt satis appareat, quam opulentum cælesti sapientia Apostolicum illud pectus extiterit.

Ex illo itaque Oseæ loco, ac ex isto Pauli Patres Ecclesiæ, & posteriores omnes docent conuersionem Iudæorum extremis temporibus

bus futuram, S. Chrysost. elucidans verba illa Pauli *Quanto magis plenitudo eorum*, ait: *Perpende quid futurum sit, quando conuersi fuerint Iudæi: non enim dicit quanto magis conuersio eorum, aut immutatio ipsorum aut correctio ipsorum, sed quanto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quando vniuersi ad fidem accessuri sunt. Hoc autem dicens, ostendit tunc plus fore gratiæ, donique Dei, ac propè totum.* Hæc ille. Idem ferè concinit S. Hiero. in 3, Oseæ, S. Augustinus de ciuit. Dei lib. 28. cap. 28. Sanctus Greg. lib. 2. in Iob cap. 31. Et lib. 35. in Iob cap 9. Chrys. hom. 19. ad Rom.

Quin supra affatim docuimus Iudæos in fine seculi conuertendos ad Christum prædicatione Eliæ Prophetæ, attestante ipso Christo. *Elias quidem venturus est primum & restituet omnia.* Quid sibi vult istud: *restituet omnia?* S. Augustinus. S. Beda, Strabus & alij interpretantur: restituet mortem, quam hucusque differt, quia tunc morietur. Idem S. Aug. alibi sic exponit: *Restituet omnia*, id est, *perturbatos Antichristi persecutione in fide solidabit*. At illa meritò omnibus anteferenda est explanatio, Dominum hisce verbis nihil aliud breuiter insinuare voluisse, nisi quod Malachias & Ecclesiasticus dixerunt: *Et conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.* Hic igitur sensus Domini est, vẽturũ Eliã & restituturũ, seu reducturũ Iudæos ad fidẽ Christi in fine seculi: Ita SS. PP. semper intellexẽre. Matt. 17. Aug de consid. Euang. lib. 1. c. 21.

Hæc summatim de signis Antichristi aduentũ præcedẽtibus, ac signis eundẽ Antichri-

ſtum comitantibus præmittenda fuerunt vt lippis,quod aiunt& tonſoribus fiat perſpicuũ, omnia quæ de Antichriſti Natiuitate, ac regno à Calculatore noſtro dicta ſunt, ad forum excogitata,omnia prodigioſa eſſe figmenta. De duobus alijs ſignis,nimirum interitu Antichriſti, & conſummatione mundi, pauciſſimis nunc agendum.

THESIS XXX. ET VLTIMA.

Calc. *Occidetur Antichriſtus in monte Oliueti,in Papilione, & ſolio ſuo anno 60. finis mundi & conſummationis anno 66. præſentis ſeculi. A creatione ſeculi anno 6666.*

Reſp. Sic cum ſua ignorent, audent tamen homines Conſiliorum Dei eſſe cenſores. Nõne ſtultam fecit Deus huius mundi ſapientiam? De victoria triumphat Calculator, & tanquam ex tripode de mundi exterminio hanc efflat vaticinationem.

Mors Henoch & Eliæ. Poſt beatiſſimum ſanctorum Henoch & Eliæ exitum, non diu aberit illius primogeniti Diaboli interitus, cum reuera temporibus Antichriſti illos venturos & prædicaturos ex dictis indubiè compertum habeamus.

Cap. 11. Mortem verò Henoch & Eliæ S. Ioannes in ſua Apocalypſi ſic exprimit: *Et cum finierint teſtimoniũ ſuum, beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduersũ eos bellũ, & vincet illos & occidet eos.*

Rectè Antichristus bestia vocatur, ob bestiales mores, quibus contaminabitur, & vitã, quam traducet pecuinam. *Quæ ascendit*: nam, vt testis est D. Paulus 2. Thess. 2. *Extolletur supra omne quod dicitur Deus*. Per bestiam hanc Antichristum esse intelligendum coniunctis sententijs asserunt S. Victorinus, Andreas, Aretas. Ambrosius in Psal. 45. Gagnæus, Ribera, Melus, & alij.

At quod erit hoc bellum? Hoc non armis ferreis, & ęneis, sed sermonis oppositione suscipietur, & conficietur. Equidem simulatque Antichristo Christi præcursorum aduentus, & opera innotuerint, eos capitali odio prosequetur, ac in hoc toto contendet conatu, vt eos sub potestatem suam redactos è medio tollat.

Cæterùm prius disceptationibus, blanditijs & illectamentis hos Dei testes fidelissimos oppugnabit, sed non expugnabit: tanta quippè erit miraculorum eorum efficacia, vt his sese ad tempus vsque à Domino præfinitum tueri possint & defendere. Vnde in Apoc. dicitur: *Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum.* hoc est, orationibus suis ignem cœlitus in aduersarios suos ad instar Eliæ impetrabunt. *Cap. 11.*

Quod ergò dicit Apostolus: *Vincet eos*, non ita intelligendum est, quasi sceleratissimus ille eorum sit constantiam labefacturus, patientiam, fortitudinem, doctrinam, fidem, religionem, libertatem prædicandi Christum

fracturus, nam satanicam illam peruersitatem modis omnibus execrabuntur imperterriti IESV Christi pugiles, ac in veritatis propugnatione inconcussi manebunt, sed corpore tantum *vincet*, hoc est, interficiet: nam mox subdit Beatus Ioannes: *Et occidet eos.*

Porrò duo illa omnis doctrinæ & probitatis clarissima lumina, cum cernent sibi proximè parato martyrio occumbendum fore, præmonitis, & confirmatis fidelibus, prænũciataq; palàm, & apertè morte sua, atque christianorũ animis erectis, ne in sæuissimo mortis genere, quod ipsis infligetur, scandalizentur, aut corruant: nam statim magnum quippiam ad eorum gloriam fieri cernent; tanquam mansuetissimi agni ad victimam procedent.

Vbi ergò tempus à Deo præstitutum aduenerit, crudelissimus ille prædo, re desperata violentas in eos manus inijciet, ac eosdem morte afficiet crudelissima: sed gloriosum est pro veritate & iustitia mortem oppetere.
Apoc. 11. *Occidet eos*, ait scriptura, *& corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus vbi & Dominus eorum crucifixus est*. Sodoma & Aegyptus dicitur Ierusalem ob flagitiorum imitationem, quæ in illis locis olim designabantur.

Crudele spectaculum. Corpora sanctissimorum Henoch & Eliæ per summam ignomini-

miniam trahentur & raptabuntur per vicos & plateas, ludibrijs & contumelijs omnium expoſita, vt ſolent corpora damnatorum, eorum præſertim, qui fuere inſigniter improbi, & reipublicæ magnoperè noxij. Et in hūc ſenſum exponit Andreas. Fera crudelitas eſt exanima corpora inſepulta abijcere, etiam apud Gentes. Et ſepulturæ honore carere ſumma infœlicitas. Vnde & religio ſepulchrorum, & tanta ſepeliendi cura apud Gentes. Longè verò beſtialior inhumanitas eſt in corpora occiſorum ſæuire.

Itaque mundo ſpectante eorum corpora tribus diebus, & tribus noctibus, cum dimidio inſepulta, & ſuo in cruore natantia, iacebunt, omni nationi & genti propoſita, vt tātæ crudelitatis ſpectaculo deterriti Chriſtiani, à fide deficiant, impij verò in errore confirmentur.

Addit Sanctus Ioannes: *Et poſt tres dies & dimidium ſpiritus vitæ intrauit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus inſedit ſuper eos, qui viderunt eos, & audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Aſcendite huc, & aſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum.* Sicut ergò hos viros egregios, præter legem omnium mortalium, Deus in finem in corpore referuauit: ſic præclarè muneri ſuo functos, & ignominiosè pro CHRISTO interfectos, quodam priuilegio antè communem omnium reſurrectionem, ad vitam immor-

Henoch & Elias antegeneralem reſurrectionem rediuiui ad vitam aſſumentur æternam.

mortalem, & corporum gloriam, in qua non nisi ab omni scelerum contagione puri versantur, subuecturus est. Vt etiam certum est, sacram Dei parentem iam resurrexisse, & cum corpore simul frui Deo in gloria. Et melior quoque sententia idem docet de illis, qui cum Christo resurrexerunt.

Postquàm verò Antichristus Henoch & Eliam trucidauerit, tunc Christiani maiori mentis ardore, viso tanto miraculo resurrectionis, & glorificationis illorum, fidē Christi palàm, publieeque profitebuntur. Et qui in latebras prius se condiderant, illis relictis, ac omni metu discusso, in lucem, in solem quod dicitur, & puluerem, prodibunt, diuinam religionem acerrimè oppugnaturi.

Nec à vero alienum est, quod obseruârunt aliqui, tunc reperiendos in Ierusalem plurimos Christianos ex omnibus orbis partibus, qui non sine Dei nutu, sub initia prædicationis Henoch & Eliæ in Ierusalem subito impetu se effundent & certatim confluent, vt tātos Prophetas videre possint & audire.

Sed nec dubium est, quin plurimi visis tot stupendis prodigijs, quæ in resurrectione clarissimorum Apostolorum euenient, ab Antichristo sint recessuri, fidemque Christianam amplexaturi.

Clarissimum reuera illud erit miraculum, cum post tres dies & dimidium, quibus eorū mors satis superque cunctis erit explorata, resurgent viui, integri, & cum summa gloria,

in

in cœlos, subuehente eos nube lucidissima, ascendent stupentibus aduersarijs; nec enim erit hostibus veritatis tunc aliquis relictus tergiuersandi locus, cum in quodam quasi theatro orbis terrarum, tantum sit miraculum perpetrandum.

Quæ omnia cum viderit ipse Antichristus, dolore rumpetur, vt S. Beda quoque adnotauit in illud Apoc. 11. *Et dederunt gloriam Deo*, ac furibunda infernalique rabie cernens se hactenus nihil fecisse, sed potius cuncta sua in deterius prolabi, fideles augeri, eorumque res magis illustrari, & clariores reddi, decernet vltimo ac sæuissimo prælio simul omnes Christianos aggredi, eosque funditus perdere, vt ne pilus quidem ex ijs remaneat: sicque extrema phrenesi furens omnes suos exercitus, ac præsertim Gog & Magog copias in vnum coget, vt iam non singulos, aut per partes, sed omnes simul christianos collatis in vnum suis, suorumq; viribus, ferro & igni trucidet, nec vllus euadat.

Sed mirabile ac funestum est, quod interfectis Henoch & Elia, ipsis Antichristianis euenturum Ioannes refert his verbis: *Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia.* Vere quidem tunc terræ motu ruituram decimam partem vrbis Ierusalem, & opprimenda septem millia Antichristianorum, dubium esse non potest, cum eiusmodi exempla ob grauia flagitia Apoc. 11.

orbis

orbis sæpissimè fuerit expertus. Igitur fæda illa ruina, & tot hominum clade vlciscetur tunc Deus iniustam necem suorum clarissimorum Athletarum.

Mors Antichristi. Porro sanctis his Patribus contrucidatis filium illum perditionis Antichristum etiam perdet Dominus & occidet, siue per se, siue per Archangelum Michaelem, sic B. Paulus: 2.Thess.2. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Hic per spiritum oris intelligunt SS. PP. ipsum Christi præceptum. Vnde Chrysostomus: *Sufficiet* ait, *solum iubere*. Eiusdem sunt sententiæ B. Hieronymus & Theodor. in Dan. 11. Addit D. Tho. in 2. Thess. 2. Michaelem Archangelum iussu Christi interfecturum Antichristum in monte Oliueti.

Chrys. homil. 4. in Epist. 2. Epist. ad Thess.

Hieron. in 11. Daniel. Sed sancti Hieronymi & ecclesiasticorum PP. vt ait, de morte Antichristi sẽtentiam audiamus, quæ ex oraculo isto Dan. accipitur, nempe: *Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria super montem inclytum, & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei*, ita D. Hieron. autumat: *Tunc veniet Antichristus vsque ad summitatem montis eius, hoc est, montanæ prouinciæ, id est, verticem montis Oliueti, qui inclytus vocatur, quia ex eo Dominus atq; Saluator ascendit ad Patrẽ. & nullus Antichristo poterit auxiliari contra se Domino sæuiente Et asserunt ibi Antichristũm esse periturum, vnde Dominus ascendit ad cælos.* Hæc S. Hieron.

Haimo in 11. Isaiæ hæc loquitur. *Antichristũ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, hoc est, po-*

tentiâ fusionis suæ: nam licet à Michaele, vt quidam asserunt, interficiatur, Domini tamen nutu totū hoc implebitur. Occidetur autē sicut DD. tradunt in monte Oliueti in papilione, ac solio suo, in illo loco circa quem Dominus cælos ascendit. Hæc Haymo. Eadē omnino Strabus in 11. Isa. Et ferme S. Tho. in 2. Thess. 2. & alij posteriores orthodoxi, vt nihil opus sit singulos citare.

Petrus Comestor in hist. Schol. in 2. Thess. 2. mortem Antichristi in hunc modum futuram describit: Asserit Antichristū spectante infinita hominū turbâ ascēsurū in verticē mōtis Oliueti, vnde Dominus assumptus est in cælū, & simulaturū se in cælū redire velle, vnde ad homines descenderat, ipsū extollētibus specie angelorum demonib9, per aera euehēdū in cęlū, cunctis admirantibus & diuinitatis eius acclamātibus, sed eo ipso tēporis puncto ascēdente persera Antichristo, *audietur*, inquit, *vox Christi de cælo missa, morere; & confestim fulmine percussus interibit.* Hæc ipse, quę eruditi non prorsus repudiant, vt Pererius lib. 14. in Danielem.

Quod autem cū Antichristo igne cælitus missio perimēdi sint alij ecclesiæ persecutores patet ex illis verbis Apoc. *Descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos.* Hinc quidā affirmant diuina virtute futurū esse, vt eadē die qua interfectus fuerit Antichristus, vbiq; prosternātur ministri eius, quia vt habetur Ezech. 38. *Gladius vniuscuiusq; in fratrem suum dirigetur, & iudicabo super eum peste, & sanguine, & igni vehementi, & lapidibus immensis.* Vel certè ante necem Antichristi, paulatim

Mors Antichristianorum. *Cap. 20.* *Suarez to. 2. q. 59. dis. 55. sec. 1.*

morte afficientur eius fautores, omnibus iam dictis modis, donec intra paucos menses huius sceleſtiſſimi deſtruatur imperium, quo de medio ſublato, tandem ipſe cum ſuo pſeudopropheta in ſtagnum viui præcipitabuntur.

Sed ad Calcul. reuertamur. *Occidetur*, inquit, *Antichriſtus anno ſexageſimo ſeculi currentis*. Hæc ſupputatio Sacræ ſcripturæ repugnat: nam demus ita eſſe vt vult. Naſcatur Antichriſtus anno huius ſeculi currentis 26. in occulto deliteſcat 30. annis, quemadmodum Redemptor noſter verbo ac operibus miraculoſis mundum cœpit colluſtrare anno ætatis ſuæ trigeſimo, regnare incipiat anno quinquageſimo ſexto, regnet annis tribus & ſex menſibus, vbi ſuum colliget ſexagenarium numerum? nec enim diutius regnaturum & litteræ ſacræ, & concors DD. ſententia confirmant.

Sed dicet, ita auguror, in his tam exactam non eſſe ſupputationem ineundam. Regula enim Diui Auguſtini quæſt. 47. ſuper Exodum eſt: *Diuinam ſcripturam ſolere tempora ita nuncupare, vt quod de ſummâ perfectioris numeri paulum excreſcit, aut infrà eſt, nō computetur*, id eſt, ſolet plenum numerum ponere, etiam ſi modicum deſit, aut ſuperſit. Quod hic fit, tantum enim ſex menſes deſiderantur, quibus ille numerus ſexagenarius impleatur, in quo dicit Antichriſtum interficiendum.

At ni penitus fallor, in eo totis viribus elaborat, vt numerum beſtiæ, qui eſt numerus 666. in hac ſua ſupputatione comprehendat,

dat, cùm tamen, vt suprà meminimus, numerus ille non sit temporis, sed nominis Antichristi. Habebit enim nomen Antichristum cuius litterę græcæ, numerum 666. reddent.

QVANTO TEMPORE MVNdus à nece Antichristi sit duraturus.

FInis mundi (ait Calcul.) *& consummatio anno 66. præsentis seculi, nempe à creatione anno 6666.*

Tempus ergo à nece Antichristi, vsque ad diem iudicij sex annorum decursu existimat complendum, sed cuius hoc dicat genij instinctu, me latet, si ita est, necesse est sanctarum scripturarum periclitetur auctoritas, quę vsque adeo eius diei hominibus notitiam adimunt, vt etiam angelos ab eius cognitione excludant.

Nec tamen negamus, quin aliquod tempus Antichristo deleto, vsque ad ipsam mundi consummationem futurum sit: tum vt improbis detur ad saniorem mentem redeundi opportunitas; tum etiam, vt pijs, & bonis maioris meriti offeratur occasio: Verum quantum illud futurum sit, collectis sensibus discutiendum est, Prophetam de hac re prænuntiantem audiamus. De tẽpore quod futurum erit, à nece Antichristi vsque ad finem seculi.

Et à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, Dan. 12.

dies mille ducenti nonaginta. Sic dies vſque ad Antichriſti mortem numerari certum eſt: & in hoc conſpirant omnes amicè: efficiunt namque dies 1240. tres annos & medium, quibus Antichriſtus in electiſſima Chriſti membra debacchaturus eſt.

Iam ſequitur: *Beatus, qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque.* Hic adduntur priori numero, vt palam eſt, dies 45. & dicitur Beatus qui ab interitu ſceleſtiſſimi illius Antichriſti peruenerit vſque ad diem 45. quippè, qui ex tantis augoribus fuerint ſuperſtites relicti, & conſtantes permanſerint, *Rapientur*, vt Paulus loquitur, *in nubibus obuiam Chriſto in aera.*

1.Theſſ.4.

Dies 45. poſt Antichriſti interitum vt ſint intelligẽdi.

Prius tamen quam de his 45. diebus agamus præſupponendum eſt: Hæc Prophetæ verba duobus modis poſſe explanari. Altero ſic: *Cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem dies 1290.* (id eſt tres erunt anni cum dimidio) *Beatus qui expectat, & peruenit vſque ad dies 1335.* id eſt poſt Antichriſtum, qui in eccleſiam 1290. diebus, hoc eſt tribus annis perſecutionum furore graſſabitur. Beatus erit qui ſuperſtes fuerit adhuc 45. diebus, quibus hæc poſterior ſumma priorem ſuperat.

Ita hæc verba explanant Interpretes: putant enim poſt Antichriſti necem, ſtatim iudicium affuturum, darique hominibus dies illos

illos 45. ad pænitentiam agendam, & beatum vocat Propheta, qui vixerit illo tempore, & illis 45. diebus: quia illis diebus omnes Antichristi sectatores cernet occisos, & totum ferè orbem ad Christum conuersum.

Altero modo possunt illa verba sic exponi, vt posterior summa à priori seiungatur, ita vt a priore non comprehendatur. Et sic habes post Antichristi mortem mundum duraturum 1335. dies hoc est tres annos, septem menses & semis, scilicet non comprehensos summa superiori, sed seorsim ac per se integrè computatos, tãquam dicere velis vates, ab interitu Antichristi ad diem vsque iudicij fluxuros integros 1335. dies.

At prior expositio communiter recipitur & Glossa consentit: *Interfecto Antichristo*, ait, *non statim veniet Dominus ad iudiciũ sed concedẽtur 49. dies ad refrigerium sanctorũ, & ad cõuersionem, & pœnitentiam subuersorum.* Quantum autẽ spatiũ sit inter illos 45. dies & finẽ mũdi, nemini exploratũ est. Ita compendium Theologicum lib. 7. cap. 14. Antonius Viguerius, ita alij. Nec D D. isti clare affirmant non futuros plures dies ab interitu Antichristi præfinitè ad iudicium generale, siquidem Daniel nihil de iudicio meminit: sed tantum asserũt beatum futurum illum, qui Antichristo occiso superuixerit dies 45. nam si pius quiescet interim; si impius habebit spatium pœni- Dan. 12.

 tendi.

tendi. De his itaque 45. diebus discrepantes sunt Theologorum sententiæ.

DD. Opiniones de 45. illis dieb.

Dicunt nonnulli tunc prædicationem veritatis denuò futuram, vt ab Antichristo decepti, & illusi resipiscant: Atque etiam intelligi tradunt septimi Angeli tubâ, quam proximè dies illa tremenda consequatur.

Matt. 24.

Iansenius aliud, ait, videri illorum 45. dierum significatum, quod non facile quis explicârit: est quippè hoc scripturæ secretum satis dubium, etsi verum est, nihilominus adhuc hominibus incertus erit dies ille nouissimus.

Ribera in cap. 20. Apoc. num. 73. Lyra in c. 39. Eze.

Non desunt Doctores (inter quos Ribera, & Lyranus) qui ea verba: *Beatus qui exspectat & peruenit ad dies 1335.* explicent de magna tranquillitate, tunc in Ecclesia secutura, & putant adhuc mundum vt minimum septem annos tunc duraturum.

Ribera his vtitur verbis: *Quis nouit Danielem illis verbis: Beatus qui peruenit ad dies 1335. loqui de die iudicij? Patet satis probabiliter intelligi, dictum esse quoniam post dies 1335. id est intra 45. dies à raptu Antichristi, occidentur quotquot supererunt hostes Christiani nominis, & persecutores sanctorum.*

Atque idcirco beatus ille dicitur, qui vsque ad id tempus manet, quia tunc extinctis persecutoribus, ij qui metu à Christo recesserant, redire poterunt ad eum. Et omnes qui steterant, sine vllo metu persecutionis pietatem colere poterunt. Hęc ille.

Theo-

Theodoretus eundem elucidans locum ait: *Daniel innuit & declarat fore, vt Antichristo, diuina plaga percusso, permaneat magnus Elias reliquos quinque & quadraginta prædicans dies, cum appareat Dominus veniens in nubibus cæli.* Sed illud perperam quod ait Eliam post mortem Antichristi permansurum, cum iam à nobis ex verbo Dei sit ostensum Eliam esse ab Antichristo interficiendum.

D. Hieronymus locum illum in cap. *12.* Dan. sic exponit: *Beatus*, inquit, *qui interfecto Antichristo dies supra numerum præfinitum 45. præstolatur, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. Quare autem post interfectionem Antichristi 45. dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus; dilatio regni sanctorum patientiæ comprobatio est.* Existimat ergo B. Hieron. dies ab Antichristi interitu vsque ad seculi finem, fore definitos quadraginta quinque, cui Rupertus Tuitiensis de victo. verbi Dei cap. 15. adstipulatur. Immò ipsa Prophetæ verba exprimere videntur, dũ ait. *Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies 1335.*

Cæterum eadem prorsus de 45. diebus interlapsuris à nece Antichristi ad finem vsque seculi, eisdem sancti Hieronymi penè mutuatis verbis perscribunt. S. Beda in 8. Apoc. S. Anselm 2. Thess. 2. Strabus, Anselmus Laudunensis in glossis Dan. 12. & alij recentiores, Vatablus, Pererius, Sa in 12. Danielis, Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontifice cap. 9. & 17. & alij.

mortalem, & corporum gloriam, in qua non nisi ab omni scelerum contagione puri versantur, subuecturus est. Vt etiam certum est, sacram Dei parentem iam resurrexisse, & cum corpore simul frui Deo in gloria. Et melior quoque sententia idem docet de illis, qui cum Christo resurrexerunt.

Postquàm verò Antichristus Henoch & Eliam trucidauerit, tunc Christiani maiori mentis ardore, viso tanto miraculo resurrectionis, & glorificationis illorum, fidẽ Christi palàm, publiceque profitebuntur. Et qui in latebras prius se condiderant, illis relictis, ac omni metu discusso, in lucem, in solem quod dicitur, & puluerem, prodibunt, diuinam religionem acerrimè oppugnaturi.

Nec à vero alienum est, quod obseruârunt aliqui, tunc reperiendos in Ierusalem plurimos Christianos ex omnibus orbis partibus, qui non sine Dei nutu, sub initia prædicationis Henoch & Eliæ in Ierusalem subito impetu se effundent & certatim confluent, vt tãtos Prophetas videre possint & audire.

Sed nec dubium est, quin plurimi visis tot stupendis prodigijs, quæ in resurrectione clarissimorum Apostolorum euenient, ab Antichristo sint recessuri, fidemque Christianam amplexaturi.

Clarissimum reuera illud erit miraculum, cum post tres dies & dimidium, quibus eorũ mors satis superque cunctis erit explorata, resurgent viui, integri, & cum summa gloria,

in cœlos, subuehente eos nube lucidissima, ascendent stupentibus aduersarijs; nec enim erit hostibus veritatis tunc aliquis relictus tergiuersandi locus, cum in quodam quasi theatro orbis terrarum, tantum sit miraculum perpetrandum.

Quæ omnia cum viderit ipse Antichristus, dolore rumpetur, vt S. Beda quoque adnotauit in illud Apoc. 11. *Et dederunt gloriam Deo*, ac furibunda infernalique rabie cernens se hactenus nihil fecisse, sed potius cuncta sua in deterius prolabi, fideles augeri, eorumque res magis illustrari, & clariores reddi, decernet vltimo ac sæuissimo prælio simul omnes Christianos aggredi, eosque funditus perdere, vt ne pilus quidem ex ijs remaneat: sicque extrema phrenesi furens omnes suos exercitus, ac præsertim Gog & Magog copias in vnum coget, vt iam non singulos, aut per partes, sed omnes simul christianos collatis in vnum suis, suorumq; viribus, ferro & igni trucidet, nec vllus euadat.

Sed mirabile ac funestum est, quod interfectis Henoch & Elia, ipsis Antichristianis euenturum Ioannes refert his verbis: *Et in illa* Apoc. 11. *hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia.* Vere quidem tunc terræ motu ruituram decimam partem vrbis Ierusalem, & opprimenda septem millia Antichristianorum, dubium esse non potest, cum eiusmodi exempla ob grauia flagitia orbis

orbis sæpissimè fuerit expertus. Igitur fœda illa ruina, & tot hominum clade vlciscetur tunc Deus iniustam necem suorum clarissimorum Athletarum.

Mors Antichristi.

Porro sanctis his Patribus contrucidatis filium illum perditionis Antichristum etiam perdet Dominus & occidet, siue per se, siue per Archangelum Michaelem, sic B. Paulus: *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Hic per spiritum oris intelligunt SS. PP. ipsum Christi præceptum. Vnde Chrysostomus: *Sufficiet* ait, *solum iubere.* Eiusdem sunt sententiæ B. Hieronymus & Theodor. in Dan. 11. Addit D. Tho. in 2. Thess. 2. Michaelem Archangelum iussu Christi interfecturum Antichristum in monte Oliueti.

2. Thess. 2.

Chrys. homil. 4. in Epist. 2. Epist. ad Thess.

Hieron. in 11. Daniel.

Sed sancti Hieronymi & ecclesiasticorum PP. vt ait, de morte Antichristi sētentiam audiamus, quæ ex oraculo isto Dan. accipitur, nempe: *Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria super montem inclytum, & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei*; ita D. Hieron. autumat: *Tunc veniet Antichristus vsque ad summitatem montis eius, hoc est, montanæ prouinciæ, id est, verticem montis Oliueti, qui inclytus vocatur, quia ex eo Dominus atque Saluator ascendit ad Patrē, & nullus Antichristo poterit auxiliari contra se Domino sæuiente Et asserunt ibi Antichristum esse periturum, vnde Dominus ascendit ad cælos.* Hæc S. Hieron.

Haimo in 11. Isaiæ hæc loquitur. *Antichristū Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, hoc est, po-*

tentia infusionis suæ: nam licet à Michaele, vt quidam asserunt, interficiatur, Domini tamen nutu totũ hoc implebitur. Occidetur autẽ sicut DD. tradunt in monte Oliueti in papilione, ac solio suo, in illo loco circa quem Dominus cælos ascendit. Hæc Haimo. Eadẽ omnino Strabus in 11. Isa. Et fermè S. Tho. in 2. Thess. 2. & alij posteriores orthodoxi, vt nihil opus sit singulos citare.

Petrus Comestor in hist. Schol. in 2. Thess. 2. mortem Antichristi in hunc modum futuram describit: Asserit Antichristũ spectante infinita hominũ turbâ ascẽsurũ in verticẽ mõtis Oliueti vnde Dominus assumptus est in cælũ, & simulaturũ se in cælũ redire velle, vnde ad homines descenderat, ipsũ extollẽtibus specie angelorũ demonib⁹, per aera euehẽdũ in cęlũ, cunctis admirantibus & diuinitatis eius acclamãtibus, sed eo ipso tẽporis puncto ascẽdente periret Antichristo, *audietur*, inquit, *vox Christi de cælo missa, morere; & confestim fulmine percussus interibit.* Hæc ipse, quę eruditi non prorsus repudiant, vt Pererius lib. 14. in Danielem.

Quod autem cũ Antichristo igne cælitus misso perimẽdi sint alij ecclesiæ persecutores patet ex illis verbis Apoc. *Descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos.* Hinc quidã affirmant diuina virtute futurũ esse, vt eadẽ die qua interfectus fuerit Antichristus, vbiq; prosternãtur ministri eius, quia vt habetur Ezech. 38. *Gladius vniuscuiusq; in fratrem suum dirigetur, & iudicabo super eum peste, & sanguine, & igni vehementi, & lapidibus immensis.* Vel certè ante necem Antichristi, paulatim

Mors Antichristianorum. Cap. 20. Suarez to. 2. q. 59. dis. 55. sec. 1.

morte afficientur eius fautores, omnibus iam dictis modis, donec intra paucos menses huius scelestissimi destruatur imperium, quo de medio sublato, tandem ipse cum suo pseudopropheta in stagnum viui præcipitabuntur.

Sed ad Calcul. reuertamur. *Occidetur*, inquit, *Antichristus anno sexagesimo seculi currentis*. Hæc supputatio Sacrę scripturę repugnat: nam demus ita esse vt vult. Nascatur Antichristus anno huius seculi currentis 26. in occulto delitescat 30. annis, quemadmodum Redemptor noster verbo ac operibus miraculosis mundum cœpit collustrare anno ætatis suæ trigesimo, regnare incipiat anno quinquagesimo sexto, regnet annis tribus & sex mensibus, vbi suum colliget sexagenarium numerum? nec enim diutius regnaturum & litteræ sacræ, & concors DD. sententia confirmant.

Sed dicet, ita auguror, in his tam exactam non esse supputationem ineundam. Regula enim Diui Augustini quæst. 47. super Exodum est: *Diuinam scripturam solere tempora ita nuncupare, vt quod de summâ perfectioris numeri paulùm excrescit, aut infrà est, nō computetur*, id est, solet plenum numerum ponere, etiam si modicum desit, aut supersit. Quod hic fit, tantum enim sex menses desiderantur, quibus ille numerus sexagenarius impleatur, in quo dicit Antichristum interficiendum.

At ni penitus fallor, in eo totis viribus elaborat, vt numerum bestiæ, qui est numerus 666. in hac sua supputatione comprehendat,

dat, cùm tamen, vt suprà meminimus, numerus ille non sit temporis, sed nominis Antichristi. Habebit enim nomen Antichristum cuius litterę græcæ, numerum 666. reddent.

QVANTO TEMPORE MVNdus à nece Antichristi sit duraturus.

F*Inis mundi* (ait Calcul.) *& consummatio anno 66. præsentis seculi, nempe à creatione anno 6666.*

Tempus ergo à nece Antichristi, vsque ad diem iudicij sex annorum decursu existimat complendum, sed cuius hoc dicat genij instinctu, me latet, si ita est, necesse est sanctarum scripturarum periclitetur auctoritas, quę vsque adeo eius diei hominibus notitiam adimunt, vt etiam angelos ab eius cognitione excludant.

Nec tamen negamus, quin aliquod tempus Antichristo deleto, vsque ad ipsam mundi consummationem futurum sit: tum vt improbis detur ad saniorem mentem redeundi opportunitas; tum etiam, vt pijs, & bonis maioris meriti offeratur occasio: Verum quantum illud futurum sit, collectis sensibus discutiendum est, Prophetam de hac re prænuntiantem audiamus. De tẽpore quod futurum erit, a nece Antichristi vsque ad finem seculi.

Et à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, Dan. 12.

illos 45. ad pænitentiam agendam, & beatum vocat Propheta, qui vixerit illo tempore, & illis 45. diebus: quia illis diebus omnes Antichristi sectatores cernet occisos, & totum ferè orbem ad Christum conuersum.

Altero modo possunt illa verba sic exponi, vt posterior summa à priori seiungatur, ita vt a priore non comprehendatur. Et sic habes post Antichristi mortem mundum duraturum 1335. dies hoc est tres annos, septem menses & semis, scilicet non comprehensos summa superiori, sed seorsim ac per se integrè computatos, tāquam dicere velit vates, ab interitu Antichristi ad diem vsque iudicij fluxuros integros 1335. dies.

At prior expositio communiter recipitur & Glossa consentit: *Interfecto Antichristo*, ait, *non statim veniet Dominus ad iudiciū sed concedētur 49. dies ad refrigerium sanctorū, & ad cōuersionem, & pænitentiam subuersorum.* Quantum autē spatiū sit inter illos 45. dies & finē mūdi, nemini exploratū est. Ita compendium Theologicum lib. 7. cap. 14. Antonius Viguerius, ita alij. Nec D D. isti clare affirmant non futuros plures dies ab interitu Antichristi præfinitè ad iudicium generale, siquidem Daniel nihil de iudicio meminit: sed tantum asserūt beatum futurum illum, qui Antichristo occiso superuixerit dies 45. nam si pius quiescet interim; si impius habebit spatium pænitendi. Dan. 12.

 tendi.

tendi. De his itaque 45. diebus discrepantes sunt Theologorum sententiæ.

DD. Opiniones de 45. illis dieb.

Dicunt nonnulli tunc prædicationem veritatis denuò futuram, vt ab Antichristo decepti, & illusi resipiscant: Atque etiam intelligi tradunt septimi Angeli tubâ, quam proximè dies illa tremenda consequatur.

Matt. 24.

Iansenius aliud, ait, videri illorum 45. dierum significatum, quod non facile quis explicârit: est quippè hoc scripturæ secretum satis dubium, etsi verum est, nihilominus adhuc hominibus incertus erit dies ille nouissimus.

Ribera in cap. 20. Apoc. num. 73. Lyra. in c. 39. Eze.

Non desunt Doctores (inter quos Ribera, & Lyranus) qui ea verba: *Beatus qui exspectat & peruenit ad dies 1335.* explicent de magna tranquillitate, tunc in Ecclesia secutura, & putant adhuc mundum vt minimum septem annos tunc duraturum.

Ribera his vtitur verbis: *Quis nouit Danielem illis verbis: Beatus qui peruenit ad dies 1335. loqui de die iudicij? Patet satis probabiliter intelligi, dictum esse quoniam post dies 1335. id est intra 45. dies à raptu Antichristi, occidentur quotquot supererunt hostes Christiani nominis, & persecutores sanctorum.*

Atque idcirco beatus ille dicitur, qui vsque ad id tempus manet, quia tunc extinctis persecutoribus, ij qui metu à Christo recesserant, redire poterunt ad eum. Et omnes qui steterant, sine vllo metu persecutionis pietatem colere poterunt. Hęc ille.

Theo-

Theodoretus eundem elucidans locum ait: *Daniel innuit & declarat fore, vt Antichristo, diuina plaga percusso, permaneat magnus Elias reliquos quinque & quadraginta prædicans dies, cum appareat Dominus veniens in nubibus cæli.* Sed illud perperam quod ait Eliam post mortem Antichristi permansurum, cum iam à nobis ex verbo Dei sit ostensum Eliam esse ab Antichristo interficiendum.

D. Hieronymus locum illum in cap. *12.* Dan. sic exponit: *Beatus*, inquit, *qui interfecto Antichristo dies supra numerum præfinitum 45. præstolatur, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. Quare autem post interfectionem Antichristi 45. dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus; dilatio regni sanctorum patientiæ comprobatio est.* Existimat ergo B. Hieron. dies ab Antichristi interitu vsque ad seculi finem, fore definitos quadraginta quinque, cui Rupertus Tuitiensis de victo. verbi Dei cap. 15. adstipulatur. Immò ipsa Prophetæ verba exprimere videntur, dū ait. *Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies 1335.*

Cæterum eadem prorsus de 45. diebus interlapsuris à nece Antichristi ad finem vsque seculi, eisdem sancti Hieronymi penè mutuatis verbis perscribunt. S. Beda in 8. Apoc. S. Anselm 2. Thess. 2. Strabus, Anselmus Laudunensis in glossis Dan. 12. & alij recentiores, Vatablus, Pererius, Sa in 12. Danielis, Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontifice cap. 9. & 17. & alij.

 Huic

ſure oſſa, vt ſeptem menſium ſpatio opus ſit, ſi omnia ſint ſepelienda, vt notat Bellarminus lib. 3. de Rom. Pont. cap. 17. Ribera in 20. Apoc. & alij. Veruntamen videntur verba Prophetæ, hanc interpretationem reijcere; ait enim ibidem : *Et ſepelient eos domus Iſrael, vt mundent terram ſeptem menſibus, &c.*

Hinc Lyranus ſenſu litterali relicto, hunc locum & præcedentem, ad ſenſum maximè transfert myſticum, & interpretatur de ſepultura infernali ad eum modum quo dicitur Luc. 18. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno* : Dicitur autem hæc ſepultura fieri ſeptem diebus, quia in omnem æternitatem reprobi ſepeliuntur, ac crucian-tur. Opinio Lyrani, & myſtica expoſitio.

Per habitatores, qui de ciuitatibus Iſrael egredietur & ſuccendent & comburent arma &c. Ciues, inquit, cæleſtes ſunt intelligendi, qui cum Chriſto ad iudicium egredientur : *ſuccendent & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum & ſagittas &c.* id eſt: Antichriſtum & eius exercitum condemnabunt ad ignem æternum, qui vocantur hic arma, eoquod armis impugnauerint fideles eos contrucidando. *Et ſuccendent ea igni ſeptem annis*, id eſt, æternaliter, quia vniuerſitas temporis ſeptenario numero deſignatur.

Addit tamen. Quia hæc expoſitio ſicut & præcedens videtur multum myſtica, ideò poteſt exponi de ſepultura corporali, non

propter Antichristi & suorum honorem, sed ad terræ purgationem, vnde in littera dicitur: *Vt mundent terram septem mensibus:* tantum enim tempus apponent illi, qui ad hoc statuentur, scilicet pollinctores seu cadauerum curatores, & sic hæc expositio concurrit cum responsione paulò ante datâ, quantum ad armorum & ossium multitudinem.

Ratio etiam videtur D. Hieronymi expositioni reclamare: nam si ita sit, vt post Antichristi necem, dies quadraginta quinque præcisè intercedant, vsque ad iudicij diem, igitur dies illa certò, ac definitè poterit sciri, cum tamen dicat Christus nulli hominum, aut Angelorum notum esse diem illum, & hanc obiectionem, iam pridem multi Catholicorum promouêre. Respondet Lyranus non esse certum vtrum tantum 45. dies sint futuri ab obitu Antichristi, vsque ad Dei iudicium: quia dies illi, de quibus Danielis 12. Non sunt per scripturam determinati: nimirum vtrum sint vsuales, id est, continentes tantum vnam diem, & vnam noctem: vel annales, sicut dicitur Ezech. 4. capite. *Diem pro anno dedi tibi,* & ideò de illis 45. diebus post mortem Antichristi non habetur certum, vtrum sint 45. dies naturales, vel 45. annales. Et dato quod esset determinatum de diebus vsualibus, non tamen est determinatum, vtrum statim post illos 45. dies, immediatè sequatur iudicium.

Ignotū est vtrū immediate iudicium sit post 45. illos dies futurum.

Immò

Immò videtur, quod sit maius spatium temporis intermedium, propter illud quod dicitur Matth. 24. de aduentu Christi ad iudicium: *Sicut enim erant in diebus Noe ante diluuium comedentes & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes; ita erit & aduentus filij hominis*, & istud referunt aliqui DD. nostri ad tempus, quod erit inter mortem Antichristi & diem iudicij: talis autem *pax & securitas*, in qua conuiuia & connubia absque timore exercentur, nō videtur esse tam parui temporis, sicut 45. dierum, sed maioris. Hæc Lyranus. Eiusdem etiam Pintus est sententiæ. *Pint. in 12. Dan.*

Sed vbinam in scriptura ostendi potest diem poni pro anno, aut pro mense, aut pro hebdomada? dies igitur hic pro veris diebus accipiuntur, sicut pro veris & naturalibus Daniel accipit, dum ait dies 1290.

B. Hier. sententiam confirmans Anselmus eandē obiectionem diluit hoc modo: *Occidetur autem*, loquitur de Antichristo, *sicut à volumine Danielis intelligimus in monte Oliueti, in papilione, in solio suo, illo videlicet loco, quo Dominus in cælum ascendit, post cuius interfectionem concedentur ad pænitentiam 45. dies his, qui ad vitam præordinati sunt, & in persecutione Antichristi offenderunt. Qui ad vitam præordinati non sunt, nec morte Principis sui corrigentur, sed toto corde mundanis inhærentes* *2. Thess. 2.*

gaudebunt, vxores ducent, conuiuia facient, & domos ædificabunt dicentes: Pax est nobis & securitas, licet princeps noster sit mortuus. Et dum ita paratos ac securos se esse putauerint, subitò Iudex apparebit. Hæc Ansel.

Less. disp. de Antichristo, demonst. 14. Sunt qui aliâ viâ obiectioni propositæ satisfaciendum existimant. Dicunt sententiam D. Hieronymi probabilem quidem esse, sed non certam & indubitatam, ex eaque solum coniecturam posse capi probabilem: qualem ex signis cœlestibus & alijs multis ecclesiæ sapientiores in nouissimis temporibus capient & elicient.

Deinde asserúnt nullo modo scripturæ repugnare, si dicamus Antichristi tépore, & eo occiso, posse à sapientioribus ecclesię illud tépus præsciri: imò idcircò Dominum Mat. 24. nobis tot inditia dedisse, vt ex illis cognoscamus illum diem appropinquare. *Cum,* inquit, *videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis.* Quod autem Matt. 24. & Marc. 3. ait: *De die autem illa nemo scit, &c.* intelligendum esse de ijs, qui Antichristi aduentum, & nouissima illa tempora antecedunt. Quando autem ad illa peruentum erit, facilè tunc sciri posse: neque enim vis facienda in voce *Die,* quasi solum de die proprio dicto sit sermo, sed dies more Hebręo accipitur pro tempore, etiamsi vnum mensem, vel etiam annum complectatur. Apostoli enim de tempore quærebant, quo vicinitas vel distantia illius aduentus cognosci posset. Hæc illi.

Cæ-

Cæterum quomodo tempus iudicij præsciri possit, diximus superius, & ostēdimus quod nō solum nos lateat quâ die vel hora in rigore sumptis, futurum sit iudicium, sed absolutè quo anno, vel quod in idem recidit, post quē annorum numerum futurum sit. Nec solum nos qui adhuc vitā colimus hoc præterit, sed & eos qui post Antichristum futuri sunt, præteribit, vt antithesi nona, & alibi demonstrabimus abundè. nec refert si dies in illa Christi sententia, *de die autem illa nemo scit*, proprio aut improprio modo sumatur. Thesi 6.

Licet enim B. Hier. cum Ruperto iuxta prophetiam Danielis existiment, ab occiso Antichristo definitè futuros 45. dies, (qui quidem dies in rigore pro veris & naturalibus diebus accipiuntur) vsq; ad consummationem seculi, nihil tamen in hoc periculi esse videtur, nihil quod Christi auctoritati contradicat: nam vt benè dicit Ansel. loc. cit. *finitis illis 45. diebus, an adhuc supersit aliquantulum temporis, omninò nescimus.*

Et compendium Theologicum, li. 7. c. 14. *quantum*, inquit *spatium sit inter illos 45. dies & finem mundi, nemo scit.* Nam quamuis omnibus hominibus, qui tunc erunt superstites, constaret se è viuis abripiendos intra illos 45. dies, singulis tamen esset incertū quo die morituri essent, & quanto etiā tempore post mortē, vel singulorum, vel omnium futurus esset iudicij dies. Et ita semper erit aliqua incertitudo illius diei, ac tēporis certi & definiti, licet eis cōstare posset in proximo esse. Ad-

Addo quod duo illi numeri, de quibus Propheta, vel copulatiuè, vel disiunctiuè possint intelligi: Si disiunctiuè accipiãtur, à morte Antichristi durabit mundus 1335. diebus, & tamen adhuc incertum erit, num finitis illis diebus, aliud futurum sit temporis spatium vsque ad diem iudicij. Et sic absolutissima, & omnibus modis infallibilis certitudo diei illius, atque horæ nouissimæ, à mortalium nemine haberi potest, vt verissimum illud sit: *De die autem illa nemo scit, &c.*

Illud tamen satis est exploratum, ab Antichristo deleto ad finem seculi non longum futurum tempus, cum constans verbi Dei, & totius Christiani orbis sit assertio, Antichristum propè interitum mundi esse venturum.

Quocirca sancta Christi ecclesia, quam eo tempore restitutam & redintegratam per Henoch & Eliam non dubitamus, doctrina, probitate, frequentiâ florentissimam fore, cum timore & tremore aduentum enim ad iudicium præstolabitur, sat sciens non procul abesse.

Probabile post Antichristi obitum aliquot annos futuros.

Quamuis autem hæc ita se habeant, non tamen ab omni probabilitate alienũm videtur, post Antichristi obitum, vsque ad iudicium aliquos annos superfuturos. Et huic sententiæ Pintus in cap. 39. Ezech. inter alios suffragatur. Et videtur ipsa ratio suadere: nam verisimile est Deum Iudæis in fine conuersis tempus longius concessurum, quo possint Christum serò cognitum diutius colere, sum-

umque in illum amorem mundo patefacere, ac terram promissionis inhabitare, quam inhabitaturos arbitrantur plerique DD.

Adhæc si tam parum temporis inter Antichristum de medio sublatum, & iudicium sit futurum, quomodo, vt Lyranus rectè ait, tanta poterit esse securitas, *cum dixerint*, ait Paulus 1. Thess. 5. *Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*? Hæc securitas malorum erit dices, illi enim fœdissimam vitam ac miserrimam degentes, nulla futurorum malorum solicitudine tenebuntur: non autem bonorum hæc erit securitas, hi etenim angore & anxietate nouissimorum, animum omnigeno virtutum flore decorare, ac pro virili parte, totoque molimine conabuntur.

Si à nece Antichristi iātum 45. dies erunt, quomodo poterit esse tanta securitas?

At opponitur hanc securitatem tam bonorum, quam malorum futuram, nam non erit ex incredulitate, sed ex ignornatia *De die autem illa nemo scit*, & statim sequitur, quod erit sicut in diebus Noe, in quibus erant comedentes & bibentes, &c. Videtur itaque ignorantiæ adscribendum, quod tunc sint terrenis occupationibus vacaturi. Et ibidem dicitur: *Et non cognouerunt, & venit diluuium, & tulit omnes, sic autem erit in aduentu filij hominis.* Prætcrea dicitur ibidem: *Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur, &c.* Sed qui assumuntur boni sunt, qui relinquuntur mali.

Videtur hæc securitas etiā bonorum futura.

Omnibus igitur communis erit quies illa, & securitas; & boni æquè ac mali occupationibus

nibus

nibus terrenis implicabuntur, cuiusmodi sunt agros colere, domos ædificare, matrimonium contrahere, & similes, quibus solet genus humanum destinari: nam esse in agro, molere in mola, exercitationis sunt: esse autem in lecto, quietis est & vacationis: licet enim signa ad iudicium iam præcesserint, non tamen statim aderit dies iudicij, sed aliquod tempus intermedium futurum est, quo nullo timore concutientur homines, nec multum de die iudicij, quæ ipsos latebit, erunt solliciti.

Tunc autem superueniet subitò iudicii tempus, hoc est ignis de cœlo, qui deuoret omnia, & quo è viuis abripiantur omnes, qui tunc viuent, & quasi in momento resurgant. Atque tunc fiet illud quod dicit Christus Matth. 24 *Duo erunt in agro, vnus assumetur, alius relinquetur: & ita duæ erunt in mola, & duo in lecto*, id est, tam boni, quam mali exercebunt hæc: quorum aliqui saluabuntur, alij peribunt.

At rursus hic scrupulus exurgit, quî fieri possit, vt securitas illa bonorum æquè ac malorum sit futura, & dies ille nouissimus bonis ac electis possit esse incognitus, cum scripturæ passim reclamare videantur. Diuus Paulus cum docuisset diem Domini, vt furem inopinatò venturum, adiunxit illico: *Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat*. Igitur ex sententia Diui Pauli iusto nulla mors est repentina, & verissimè; qui enim ita se præparauit, vt nun-

Vide thesin 5.

1. Thess. 5.

minò futurum exitum suum, tametsi quando sit futurus, ignarus existat, benè agendo ac vigilando præmunierit, nullo certè temporis puncto, inopinatum & improuisum ei malum obueniet. *Iustus* enim ait scriptura Sapi. 4. *si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* hoc est, intempestiue extinctus.

Iustis dies vltimus erit ignotus, sed non inopinatus, aut improuisus,

At verò qui se non parauit, vt decuit, nullo modo censeri debet obitum suum præsciuisse, quamuis multis diututurnisque cruciatibus visus sit certior impendentis exitus factus. Vnde impio nulla mors prouisa, iuxta illud Prouer. 29. *Virum qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus.* Et Christus Luc. 12. minatur seruo malo venturum Dominum horâ quâ nescit. Beatus etiam Paulus malis hominibus, & seculi voluptatibus deditis, cum omniâ sibi pacata & secura spoponderint, tunc futurum subitum interitum asserit, de quibus etiam Iob cap. 21. *Qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

1. Thess. 5.

Quamuis ergò terrores magni diem Domini præcedentes pauidos atque attonitos teneant improbos, atque ita interitus sui expectatione suspensos, tamen ne tunc quidem expectant Domini aduentum. Contra ij qui seipsos præparârunt in occursum Domini venientis, quamuis diem, atq; horam æquè atque reliqui ignorent, non tamen sunt ignari & imprudentes subiti aduentus, quia ita peruigilāt tanquam eo ipso tempore futurus esset.

Incredulis & iniquis vltimus dies erit inexpectatus ac repentinus.

Aliud bonorum & malorũ in nouissimis dieb. futurorũ discrimẽ. *Vide antithesin 3.*

In hoc etiam boni à malis differunt, quod boni & docti, ex aduentu Antichristi, & Eliæ deprehendent, certò instare iudicium, nec enim ignorabunt quod tot, tamq; apertis scripturarum oraculis proditum est. Cum igitur eo modo completa apparuerint, quo sunt in sacris litteris designata, poterunt sancti, & in litteris canonicis versati præscire, quod dies nouissimus instet; nec tamen habebunt de die illo exactam notitiam, vt semper illud verissimum sit futurum: *De die autem illa nemo scit.*

Cap. 12. Impij cognoscent signa, quæ passim erunt obuia.

Improbi verò huius vitæ amatores, hæc signa quæ doctis nota erunt, ignorabunt. Hinc Daniel: *Et impiè agent, neque intelligent omnes impij. Porrò docti intelligent.* Signa tamen impij ea cognoscent, quæ passim omnibus obuia erunt, & exposita, qualia erunt cœlestium luminarium obnubilatio, maris fluctus efferatissimi, cæterorumque intolerabilis furor in genus humanum, atque omnium maximè ignis illius vndique grassantis immanitas, quæ cum mortales intuebuntur, etiam sceleratissimi, diem iræ & furoris adesse, non poterunt ignorare; sed hęc signa non tam futurum mũdi interitum præsagiunt, quam instantem declarant.

Igitur post regnum Antichristi fideles Dei homines imminere nouissima tempora intelligentes, patientiâ sese munient, ac se in occursum Domini præparabunt: Impios verò ventris, ac Veneris cœno profundissimè immersos, & rebus secundis affluentes, nec de

futu-

futuris sollicitos dies vltimus tanquam improuisa tempestas prosternet.

Sed in extremis illis temporibus videtur. Sanct. Augustin. Epistola 80. ad Hesychium aliud discrimen inter bonos & malos futurum indicare: nam dicit, *Quod boni in nouissimis diebus in tribulationem incident maximam, ac præ magnitudine afflictionis exarescent; improbi verò & nequam homines, affluente rerum secundarum summa prosperitate, tanquam omni in posterum metu deposito, fastui & libidini securissimè indulgebunt.* Hæc Aug. Vt se boni ac mali in extremis habebũt.

Cæterum alij, & optimè, tenent etiam tunc impiorum vehementissimam futuram esse formidinem: nam ab hac scripturæ neminem excipiunt. Ita Isa. *Propter hoc*, ait, *omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur: torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt &c.* Causam verò tanti doloris & acerbitatis protinus adiungit: *Ecce dies Domini veniet crudelis.* *Cap* 13.

Similia Amos & Oseas referunt. Et hoc testatur ipse Christus: *Arescentibus*, inquit, *hominibus præ timore.* Item: *Plangent omnes tribus terræ.* Et mulieribus piè lamentantibus dixit: *Venient dies, cum dicent montibus cadite super nos, & collibus operite nos.* Et certum est signa illa: *erunt signa in sole, &c.* ab omnibus esse conspicienda: hæc igitur extrema perturbatio omnibus erit communis. Immò terrorem impijs tunc longè maiorem incutiendum *Amos* 1. *Osea* 10. *Luc.* 21. *Matt.* 24.

Sap.5. esse, quam iustis satis insinuat scriptura dum ait: *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.*

Dies iudicij formidatus erit & tamen occultus

Verum licet diem illum iudicij mortales summo pauore concussi, & quasi exanimati sint expectaturi; adhuc tamen occultus erit, ac repentinus. Id congruâ declarat mortis alicuius particularis hominis similitudine Iosephus à Costa. Protritum est illud: *Nihil est certius morte, nihil hora mortis incertius,* quo cuiusque hominis finem inopinatum esse, fatemur ingenuè.

lib.4. de temp. nouiss. cap.3. & 5.

Prognostica signa instantis mortis.

Sed quamuis incerta sit mortis hora, ea tamen signis quibusdam prognosticis in propinquo esse deprehenditur: nam si quis, gustus deordinationem, vultus immutationem, somnum inquietum, sudorem inordinatum, loquelæ amissionem, frequentem singultum, oculos defixos & caligantes, nasi distortionem, pedum ac crurium rigorem, brachia cadentia, pulsus inæqualitatem, fætoris exhalationem, memoriæ obtusionem, tactus, ac anhelitus defectum, & alia eiusmodi mortis prognostica signa, in aliquo quis deprehendat, nonne hęc certissima mortis mox futuræ prænuncia esse asseuerabit? Licet enim mortis dies incertus sit, & hora, ipsi tamen instantis præcursores tales sunt, vt fortissimum quidque timore concutiant.

His ita expositis facilè est explicare quemadmodum signa illa horribilia iudicij diem antecedentia, metu & turbatione genus omne huma-

humanum prosternent, & adhuc dies Domini incognitus sit futurus, ac impios nihil aduersi formidantes occupaturus.

Ita enim totius naturæ conuulsio, & horrenda cæli, terræque & maris coniuratio, quæ proximè dië Domini antecedet, subitò & insperatò prorsus adueniet Et quamuis moram nonnullam illa portenta ferant, ex quibus sine dubio finis vniuersi intelligitur; nihilominus interitus repentinus impiorum meritò dicitur, propterea quod ad ipsum iam interitum, illa ipsa terribilia pertinent, & tanquam Iudicis aduentantis, satellitia quædam, cum ipso iudicis aduentu, computantur.

Cur impiorum interitus dicatur repentinus.

Itaque vt hæc omnia in pauca conferamus, dies ille nouissimus, bonis quidem erit occultus, sed tamen prouisus; boni & docti quædam occulta iudicij signa ex Prophetarum oraculis præcognoscent, quæ impios & rudiores latebũt. Extrema illa rerum omniũ ataxia & perturbatio communis erit iustis & iniustis, electis & reprobis; sed cum discrimine magno; boni ad iudicis occursum sese disponent, malos vtpote vecordes, ac securè epulantes, & bibentes subitò opprimet illa dies.

Rursus ex ijs quæ de 45. diebus illis, quos à supremo Antichristi die, ad iudicium vsque futuros astruit Propheta, lippis, vt aiunt, & tonsoribus notum sit, quanta cum temeritate asserat Calculator, interuallum illud sex annorum spatio interfluxurum, & mirum est *Dan.12.*

quod illud spatium non determinârit septem annorum decursu, vt Ezechielis Prophetæ oraculo, qui dicit: *Egressuros habitatores de ciuitatibus Israel ad comburenda arma, clypeos, &c. septem annis,* propius accederet, & in eam sententiam conspiraret.

Ezech.39.

Immò ob hanc Ezechielis prophetiam, quidam in eam inciderunt opinationem, vt existiment, post cladem Gog & Magog, & mortem Antichristi, ad diem vsque iudicij saltem septem annos esse lapsuros. Cui sententiæ Lyranum ac Riberam adhæsisse, diximus paulò ante.

Nos verò cunctis diligentius consideratis, quamuis tutum existimemus sententiæ Patrum punctum & calculum addere, quę docet à morte Antichristi ad iudicium nō interijci, nisi 45. dierum tempus, tutius tamen arbitramur, ingenuè ignorantiam profiteri, ac rem totam adhuc in incerto relinquere. Itaque totam hāc perquisitionem verbis Angeli appositè claudimus: *Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus.*

Danie.12.

AXIOMA THEOLOGICVM, QVO CALCVLATORIS FVNdamenta præcipua subuertuntur.

IAM tempus est, finem primæ huius tractatus parti imponamus, prius tamē symbola,

Pro-

Prophetarum oracula, scripturas, ac coniecturas, quibus suam de mundi excidio sententiam intendit confirmare, vna ratione, tanquam ariete firmissimo concutiamus, & euertamus.

Protritum Theologis est axioma. *Theologiam symbolicam, vel mysticam non esse argumentatiuam.* Decernit etenim B. Augustin. & cæteri D D. ex solo sensu litterali argumenta esse petenda. Quod ita verum est, vt huius oppositum (teste Gersone) fuerit Parisijs condemnatum; Vt autem penitus vis huius maximæ introspiciatur, in memoriam reuocanda est distinctio illa communis, sensuum in litteralem & spiritualem, & huius rursus, in moralem, allegoricum & anagogicum.

Epist. Cōtra Vincent. Donatistam.

1. par. de sensu litterali sacræ scripturæ.

Diuisio sensuum scripturæ.

Hi per quatuor pedes mensæ panum propositionis in tabernaculo pulchrè repræsentantur. Tabernaculum est ecclesia, in quâ Christi membra generosè cum hostibus suis decertant: mensa est sacra scriptura, in qua est propositio panum, id est, refectio animarum. Quatuor pedes sunt quatuor intellectus seu sensus: nimirum litteralis, seu historicus: cum res sicut est gesta narratur: moralis, seu tropologicus, cum ad animam & spiritum refertur: Allegoricus, seu figuratiuus, cum de Christo & ecclesia res exponitur: Anagogicus, cum de superna vita scriptura intelligitur. hinc vulgares versiculi:

Leuit. 24.

Figura scripturæ sensuum

Quadruplex scripturæ sensus.

Littera gesta docet quid credas, allegoria

Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Allegoricus quæ sunt credenda; moralis, quæ agenda; anagogicus, quæ speranda decernunt: primus est fidei, secundus charitatis, tertius spei: sic v. g. Ierusalem historicè vrbem illam terrenam: allegoricè sanctam ecclesiam: tropologicè animam: anagogicè fælicitatem æternam designat.

Apoc. 5. Figura sensus litteralis & spiritualis. Sensus litteralis, & spiritualis typum gessit liber ille scriptus foris & intus: nam sensus litteralis exterior scriptura est, spiritualis seu mysticus interior: litteralis patentior, spiritualis contractior: litteralis ad instar veli, spiritualis velatæ faciei: litteralis à patribus vocatur corpus, caro, mulier, fundamentum, cortex: spiritualis, anima, spiritus, vir, ædificij culmen, fructus arboris; litteralis significatur verbis immediatè, mysticus mediatè.

Differentia sensus litteralis & spiritualis.

Quibus modis sensus litteralis cognoscatur. Porrò varijs modis cognoscitur, vtrum sit nec ne, sensus litteralis Deo à intentus. Primò quidem ipsa vocum naturali significatione, vt cum dicit scriptura: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: quis enim in hac sententia, & consimilibus sensum mysticum requirat?

Deut. 6. *Matt. 22.*

Secundo alijs scripturæ locis. Exemplo res fiat illustrior. Scio Abrahamum duos habuisse filios, & secundum sensum litteralem credo verum esse, quia sic attestatur scriptura; tamen etiam mihi certò constat, includi

sen-

ſenſum allegoricum. vnde hoc? quia ſic docet B. Paulus. Gal. 3.

Tertiò ſenſus litteralis etiam agnoſcitur eccleſiæ auctoritate, quæ ſi decernat locum aliquem ſcripturæ litteraliter intelligendum, eius ſententiæ ſtandum eſt, cum ſit columna & firmamentum veritatis. 1. Thi. 14 Hoc clarum eſt in paradiſo terreſtri, in fictione Adæ de limo terræ, in Euæ formatione de coſta Adæ, in tentatione ſerpentis, quæ omnia Originiſtæ, allegoricis figuratiſque interpretationibus, peruerterunt. At eccleſia non figuratè dicta, ſed propriè ad hiſtoriam accipit, vnde & eccleſiæ auctoritate meritò ſunt exploſi.

Spiritualis verò ſenſus, non niſi vnica viâ deprehenditur, nempe diuini ſpiritus reuelatione, quæ, aut alijs ſcripturis canonicis fulciatur, aut eccleſię probetur auctoritate. Vt ſpiritualis ſenſus deprehendatur. Cum autem & omnis veritas, & omnis ſcriptura ſiue Prophetia à Spiritu ſancto ſit, iuxta illud: *Non voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines*; 2. Pet. 1. quis niſi diuini ſpiritus afflatu, ſacrarum litterarum intelligentiam comprehendat?

Quæ cum ita ſe habeant, nemo mirabitur, ſi magnus ille Dionyſius dixerit

 Theo-

Ratio huius theologici aximatis. Theologiam *mysticam non esse argumentatiuam*; est enim certior sensus litteralis; at rarò cognoscitur spiritualis; non potest autem efficax ex aliquo loco duci argumentum, nisi sciatur sensus talis, à Deo esse intentus.

Potest tamen nec hoc negamus, etiam ex sensu spirituali efficax sumi argumentum, quando (vt D. August. loquitur) *Manifestissima sunt testimonia, quorum lumine illustrentur obscura.* Et quæ hæc testimonia nisi vel scripturæ, vel ecclesiæ auctoritas? Hæc si desint, nunquam ex sensu spirituali, firmum ad aliquod dogma stabiliendum desumetur argumentum. His consonat D. Hieronym. *Nunquam*, ait *parabola, & dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere.* Lib. 2 in Matth. cap. 13.

Generatim tamen loquendo, quo ad maiores partes, seu vt loquuntur dialectici, quo ad genera singulorum, in veteri testamento sensus est mysticus; quia: *Hæc omnia in figuris contingebant illis.* At in particulis omnibus, seu, quo ad singula generum, non semper est sensus mysticus, nec vbique est allegoria requirenda; nec omnia sunt mysticè exponenda, vt benè notauit B. Bonau. Et inter cætera sic ait: *Habet scriptura quatuor partes, vna est, in qua secundum litteram, agitur de mundanis naturis, vt patet in descriptione formationis mundi: Alia, in qua agitur de processu populi Israelitici, quo designatur deparatio generis humani tertia, in qua nudis verbis exprimuntur ea, quæ pertinent ad salutem*
1. Cor. 10.
Non sunt omnia mysticè exponenda.
In prologo in suũ breuiloquium.

tem nostram, quantum ad fidem & mores. Quarta in qua prænuntiatur nostræ salutis mysterium. partim nudis verbis, partim ænigmaticis, & obscuris. Et propterea scriptura his in locis varijs, non est vniformiter exponenda. Hæc D. Bonauentura.

Sed quorsum hæc? cur hæc vberiori filo disserimus? Vt quiuis intelligat, quam vanũ, imò nullum sit nostri Calculatoris de fine mundi præsagium; cum enim ex varijs figuris & prophetijs nobis suum protrudere conetur septimum millenarium, nonne ex symbolico & mystico sensu, totum quod molitur effingit? Sic enim ratiocinatur. *Die septimo ab omnibus operibus suis quieuit Dominus: Enoch, homo septimus, fuit translatus: septem diebus ciuitas Iericontina obsidione cincta est, & sic de consimilibus:* Igitur in septimo millenario erit mundi finis. Item: *ab origine mundi vsque ad vniuersalem eluuionem decem & septem fluxêre parua secula, ergo etiam à reparatione mundi, vsque ad nouissimũ mundi diem, totidem parua secula decurrent.* Has omnes coniecturas non ex litterali, sed spirituali sensu, ex quo efficax non ducitur argumentum, quis non videat extortas?

Argumẽtatur Calculator ex sensu mystico.

Imò nec sensus spiritualis, aut mysticus appellandus est iste, quem sibi somniat Calculator, sed falsus & abusiuus, cum has scripturas ad id traducat, quod est præter Dei, scripturarum auctoris, institutum ac scopũ: At eiusmodi sensum pro mystico venditatare, nonne temeratoris, & verbi Dei violatoris est?

Sensus quem intendit Calculator non est mysticus.

Epistola ad Paulinum.

Hos carpit & irridet B. Hieronymus hisce verbis : *Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint, & sermone composito aures populi demulcerint, quicquid dixerunt hoc legem Dei putant; nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit & non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem.*

Regula itaque generalis est, non esse recedendum à verborum proprietate in exponendis scripturis, nisi aliquid ad hoc cogat, alioquin quid certi poterit esse? Sanè si vim verbis diuinis facere fas esset, & ea contempta propria & grammatica locutione in allegorias vertere, & sensus mysticos, nonne cuiuis vniuersam scripturam eludendi, ipsamque deprauandi daretur occasio?

Quod autem omnes illæ scripturæ, quas ad id quod sibi imaginatur Calculator comprobandum, prorsus infirmæ sint ac ineptæ, hactenus ostendimus quam euidentissimè, & eas hoc, quod iam proferimus Theologorum axiomate, penitus subuertimus: nam quod in hoc negotio & controuersia caput est, crepet licet, nunquam scripturis, nunquam sacrorum conciliorum, Sanctorum Patrum, aut Sanctissimæ sedis Romanæ auctoritate, hunc sensum, quem

quem sibi fingit, ab auctore scripturæ intentum, aut præstitutum edocebit.

Frustra igitur annos (ait B. Augustinus) *qui huic seculo remanent computare ac definire conamur, cum hoc scire non esse nostrum, ex ore veritatis audiamus, quos tamen alij quadringētos, alij etiam mille ab ascensione Domini vsque ad vltimum eius aduentum compleri posse dixerint; quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare, & non necessarium, coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de scriptura canonica auctoritate profertur.* Ita B. Aug.

De ciuit. lib. 18. cap. 53.

HANC CALCVL. PRAESAgitionem esse temerariam.

EX omnibus quæ hactenus à nobis dicta sunt, cuiuis, si modo vera loquatur, compertissimum sit, hoc Calculatoris præsagium temerarium esse, erroneum, ac scandalosum. Temerarium quidem, qui etenim nulla, vel auctoritate, vel ratione firma motus, aliquid asserit, aut scribit inconsideratè, meritò eiusmodi, vt insulsum, vt temerarium, proclamamus. Et qui diem aut annum, aut etiam seculum mundo perituro definit, an non magno temeritatis periculo, quod penitus ignorat, docere conatur? Nam quemadmodum quicumque hactenus ea de re pronunciare

Quis temerarius dicendus.

ciare ausi sunt, egregiè delusos cernimus; ita istos quoque, vel falli, vel fallere nullo modo dubitandum est, qui de posteritate nostra calculum adhibent. Videntes enim esse volunt, & cæci sunt.

Prophetias plures, figuras, scripturas, rationes, ad argumentum suum persuadendum congerit noster Calculator, sed sine delectu, sine iudicio, ac sensu, imò malitiosè, ac impudenter.

Et quamuis omnibus in rebus asseuerandi temeritas, pronunciandiq; audacia, turpis sit, & vituperanda, in his tamen, quæ ad ecclesiæ doctrinam pertinent, vel maximè periculosa est. Habet enim contemptionem superbam ecclesiæ regulæ, quam contemptionem nisi fidei iudices coerceant, & comprimant, dici non potest, quantum fidem ipsam in discrimen adducat.

De rebus fidei non nisi cum sale loquendũ.

Quæcunque igitur inconsultâ oratione, cõfidenti audaciâ, insolentiâ, proteruiâ, iactatione superbâ, contra ecclesiæ modestiæ regulam asseruntur, meritò omnes temeraria censent, ex eaque velut hæresum appendices, à fidei Iudicibus animaduertenda esse diiudicant.

In diuinis decretum Sixtus 5. Pontifex edidit.

Et de facto Sixtus Quintus motu proprio statuit, vt inquirant superiores, & seuerius pœnis canonicis contra eos procedant, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent;

audent; Sed quâ eos pœnâ multandos decerneret bonus pontifex, qui de ijs, quæ non ex humanâ voluntate, ſed ex diuinâ penitus dependent, definire præſumunt? An non intoleranda temeritas eſt, eius rei præſagitionem vſurpare, quam ita incluſam diuinitus *Pater in ſua poſuit poteſtate*, vt neque angelis, neque Apoſtolis, neque puræ creaturæ hactenus voluerit eſſe reuelatatam?

Quod igitur imprudenter ac temerè Calculator euomuit, retractet; non tantæ impudentiæ falce veritatem illam demetat, quam Chriſtus ipſe, quam docta, & veneranda antiquitas, quam Apoſtoli ac Euangeliſtæ, quam deniq; Doctorum cœtus ſacratiſſimus poſteritati, quaſi per manus tradiderunt, & omnibus notam atque perſpicuam eſſe voluerunt. Et quæ hæc veritas, nimirum quod *De die illa aut hora nemo ſciat.*

EANDEM PRAESAGITIOnem eſſe erroneam.

AN non erroneam quoque dixerim illud commentum, quo manifeſtiſſimè falſa effutiuntur? *Errare* teſte Aug. *eſt approbare falſa pro veris, aut improbare vera pro falſis; aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis, &c.* Item errare eſt à via recta recedere, omnis ſiquidem falſa aſſertio recedit à rectitudine veritatis. hinc falſa aſſertio in rebus fidei error dicitur.

Quid ſit errare.

In Enchirid. cap. 14 & 17.

Quid ſit error.

Quam igitur ſit hæc præſagitio erronea diſpi-

dispiciendum est. Docet scriptura venturum Antichristum, docet & mundum finem habiturum, cæterum quo seculo, quo anno, quo die hæc debeant obtingere subticet, hæc non determinat; quin potius ea omnibus incognita protestatur. Vnus hic Calculator, quando hæc futura sint definitè audet pronunciare. Protrita est Diui Hieronymi sententia: *Quicumque scripturam aliter interpretatur, quam sensus spiritus sancti efflagitat, hæreticus appellatur.*

Super epi. ad Galatas.

Nomen hæreseos odiosum.

Verum cum nomen hæreseos odiosum sit, & graue, ac Christianis auribus inuisum, non est temerè alicui adscribendum, nec enim est alia durior, aut acerbior, quam Christiano possis inferre contumelia, quam si eum hæreticum appelles. Vnde non ausim nostrum Calculatorem in hæreticorum albũ referre, quod si tamen pertinacia huic errori, quæ in rebus fidei contrarijs; hæresim parit, annecteretur, quâ se apologiâ ab hæreseos suspicione posset purgare?

Licet iudicium asserere propinquum.

Quod si Antichristi aduentum, ac finale iudicium ad timorem hominibns incutiendum, & mundi perituri contemptum propinquum esse ex scripturis, & coniecturis diceret, facilis esset veniæ locus: Sed quia & asserit, ac ipsum extremi iudicij annum determinatè concludit, quis hoc ferat? quis non amoti eum cerebri esse dicat? Asserere certo id quod diuina eloquia pro penitus incerto

certo

certo tenent, & testantur, nemo potest nisi sese magno hæreseos periculo obijciat. Et qui se ab vnitate ecclesiæ, in ijs quæ sunt fidei subtrahit, notam incurrat hæreseos necesse est. Hæreticus namque est, qui ab ecclesia Catholica recedens, propria sibi dogmata sub professione Christi nominis deligit, iudicio Ecclesiæ nolens acquiescere. Quis Hæreticus.

Sic autem est de asserente Antichristum esse venturum, aut finem mundi futurum tempore determinato: Ecclesia namque Catholica, Sancti Patres & DD. non habent nec admittunt determinationem illius futuri.

Voluit sanè Christus mundi consummationem occultare, quantum ad determinationem anni, mensis, diei & horæ, expressus quam Antichristi aduentum, quando dixit: *De die autem illa nemo scit*: Expressè quoque Christus prohibuit humanum de fine mundi inquisitionem dicens: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate*. Non sic expresse legitur inhibuisse de aduentu Antichristi quæstionem. Ex quo patet maiorem esse errorem determinare finem mundi, quam Antichristi aduentum, & vtrumque velle prænunciare summę esse dementię: nam & Antichristi aduentum futurum hominibus occul-

Christus exprese dicit suũ aduentũ esse incertum.

Act. 1.

occultum, hactenus ostendimus; Equidem aduersus veritatem fidei & euangelij nulla potest esse vera coniectura; potest tamen esse fantastica, vana, præsumptuosa, vt Calculatoris. Quicquid igitur aduersus euangelium & fidem asseritur, à patre mendacij est, qui seminat mendacia & insanias falsas. Verè de nostræ tempestatis hominibus dici potest illud, quod præcinit Regius Propheta. *Diminutæ*
Psal. 11. *sunt veritates à filijs hominum, vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.*

EANDEM VATICINATIOnem esse scandalosam.

VT temerarium ac erroneum ostendimus hoc Calculatoris vaticinium, ita scandalosum esse facilè iudicarit quisquis à recta non fuerit ratione alienus. Equidem scandalosum sit oportet illud dogma, quod ruinæ hominibus præbet occasionem, & quod peccati velut vena est, aut promptuarium.

Quod sit dogma scandalosum.

Hoc Calculatoris si admittas somnium, seducetur, quę omni doctrinæ vento circumfertur, imprudens plebecula vana spe deludetur, & pręsumptuosa quadam certitudiue pellecta, solutis rationis, pietatis, timoris, continentiæ, cæterarumque virtutum anchoris, omnium vitiorum fluctibus iactabitur, & tempestatibus impelletur vehementissimi. Si quamuis mortis hora incerta sit, vti ipsa in dies singulos experientia edocet, in diem

viuunt

viuunt homines, ac sine metu se vitiorum sordibus commaculant, quid precor facerẽt, quæ non crimina impij admitterent, si vltimum iudicij diem haberent præcognitum? Vnde quantum omnibus expediat; vt hunc diem vltimum ignorent, supra multis contra Calculatorem illustrauimus. *Thesi 8.*

Quia verò hic error fidem concernens, talis est, vt per eum detur populo incauta securitas, & ad quæuis scelera perpetranda via sternatur, iure optimo scandalosus est appellandus, & penitus à fidelium cordibus eradicandus.

At occurret Calculator, ita præsagit animus, dicetque, quid damni fuerit Dominici iudicij aduentum prænuntiare? nonne vtile est proclamare diem Domini instare? nonne terror ille plenus salutis est? Hoc enim salutari timore perculsi, domui nostræ disponimus, vt sanctè in occursum Domini properemus. Rectè, sed in medio tritici, non sunt superseminanda zizania, non sunt vera mendacijs inuoluenda. *Abominatio est Domino labia mendacij, qui autem fideliter agunt placent illi.* *Prou. 12.*

B. Aug. de ijs qui certum consummationis seculi diem, vel tempus audent præstituere doctè sic differit: *Qui dicit* (ait ille) *Dominũ citius esse venturum periculosius fallitur*; nam licet in his varie disseminandis detrimentum accipere videatur humani generis hostis, dum ex penitẽtiâ plurimorum, qui ea de proximo *Epist. 80. ad Hesy.*

 inte-

interitu mundi credentes, ad expectandum venturum Dominum se præparant.

Periculosum certū mundi finē præstituere.

Alia tamen ex parte inde sibi comparat locupletius emolumentum subdolus artifex, dū ita deludens humanum genus, serens ista mēdacia, colligit fructus impietatis, vt cùm viderint homines, hæc sæpè prædicta semper euanuisse, facilè leuiores sibi persuadeant, humana esse commenta, quæ diuinitùs de futuro iudicio in sacris libris inueniuntur esse conscripta. Quod planè mysterium iam ipse diabolus eadem occasione operatus est in filios diffidentiæ, qui isthæc omnia de mundi fine euanuisse videntes, in transuersum acti, in eam erroris foueam præcipites se dedêre, & alios adegêre, vt dicerent mundum hunc æternum esse, & vana esse cuncta, quæ in diuinis scripturis tradita esse leguntur.

Quod summum malum callida arte, ab impostore diabolo miseris mortalibus præparandum diuinitùs prænoscens Petrus apostolus, tanquam ab alta specula vniuerso orbi christiano in salutem omnium illud omnes

2.Pet.3. monens intonuit: *Hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.*

Quid igitur damni sit de celeritate iudicij definire, dilucidum fit: Si enim non ita euenerit, incipient homines aduentum Domini, non

non tardum putare, sed nullum, qui est magnus interitus animarum, cuius ratio euidens est: nam aut fidei christianæ insultabunt infideles, aut fidem hominis talia mentientis irridebunt christiani; aut etiam de futuris diffident, quando præterita quæ crediderant, falsa viderint. Ex his, Calculatoris hanc de fine mundi assertionem, temerariam esse, erroneam, scandalosam, omnibus sanè sentientibus fit euidentissimum.

FINIS PRIMAE PARTIS huius tractatus de consummatione mundi.




TRACTATVS DE CONSVMMATIONE MVNDI,

PARS SECVNDA.

In quâ aliquot Antitheses, quibus fundamenta huius præsagitionis euertantur, proponuntur.

Præfatiuncula.



Hesibus, quibus Calculator consummationi seculi certũ ac determinatũ tempus assignare desudabat, discussis, ac penitus confutatis, tandem ad id, quod initio huius tractatus promisimus, contento studio accedamus.

Vt igitur veritas ipsa de fine mundi diligentius expendatur, & altius introspiciatur, &, quid de eo sit definiendum, verius innotescat, aliquot antitheses subijciemus, Calculatoris decretis è diametro repugnã-

 tes,

tes, Sacræ verò scripturæ, SS. Patrum auctoritati, ac Ecclesiæ determinationi prorsus consentientes.

In hoc agricolam imitabimur, qui vt aptè semen inspergat, prius agrum purgat à syluestri materia, eaq; ocyus extirpat, quæ sementibus bonis noxam possunt adferre. Eodem planè modo prius noxiæ fuerunt errorum plantæ euellendæ, quàm nouelli veritatis surculi in earum locum intersererentur, nec enim quis facilè veritatem persuaserit, vbi falsa adhuc animis inest, quæ veritati obsistat, opinatio.

Porrò in his Antithesibus nostris, eandem quâ Calculator vsus est, methodum & ordinem, quoad fieri poterit, sequemur, vt nimirum vnicuiq; thesi sua respondeat antithesis. Et quia statim in vestibulo huius tractatus de signis consummationis seculi egimus, occasione sumpta ex illis Christi verbis: de die autem illa nemo scit, &c. *quæ Calculator in suum sensum pertrahere conatur, ideò ab ijsdem signis has antitheses auspicabimur.*

PRIMA

PRIMA ANTITHESIS.

Ex signis quæ Saluator in monte Oliueti suis expressit discipulis, & quæ ad Antichristi aduentum pertinent, non potest nouissimum seculi tempus determinatè præcognosci.

PRincipio in confesso esse arbitramur, licet plerique in dubium reuocent, quod aliqua signa aduentum Christi ad iudicium, & quibus de acceleratione, vel tarditate eiusdem aduentus iudicium ferri possit, præcurrent. Hoc imprimis ipsa Apostolorum interrogatio confirmat: *Quod signum*, aiunt, *est aduentus tui, & consummationis seculi?* Matt.24. Præsupponebant igitur aliqua signa Apostoli. Idem expressissimis verbis apud Lucam testatur ipsa veritas: *Erunt*, ait, *signa in sole, & luna, & stellis, &c.* Luc.21. At ista non sunt signa, nisi consummationis mundi, vt eodem in loco satis insinuat. Et alibi: *Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo.* Matt.24.

Sed & ipsa ratio suadet: quia ad dignitatem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam, & subiectionem inducant, vt D. Thom. in 4. notauit, iuxta illud Aggæi 2. *Adbuc modicum, & ego commouebo cœlũ, & terrã, & mare, & aridã, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Nã licet hoc de primo aduentu exponi possit, ad secundũ tamen trans-

Cur signa Christi aduentum sint præcessura.

transfert Beatus Apostolus Paulus ad Hebræos 12.

Vt igitur Rex bellum suscepturus,& alteri illaturus suos conuocat duces & Principes, de copijs cogendis, armandis, instruendis seriò tractatur,arma perlustrantur. Ad pugnam verò processurus suos hortatur excelso sint animo, ausu generoso hostes aggrediantur, hostium improbitatem reprimant ac retundant, eorum iniurias modis omnibus persequantur. Sic instante mundi exterminio, & perditorum hominum expugnatione: supremus ille Dominus,& omnium seculorũ Rex, creaturarum vniuersitatem armabit ad suorum aduersariorum deiectionem,ad pugnandum contra ingratos, vt contestatur scriptura, & insensatos peccatores. *Sap. 5.*

Nec enim dubium est, quin prodigiosa ista signa in omnibus elementis, & creaturis ante Domini aduentum & iudicium euentura,præsignificent vehementem illam& iustissimam Dei contra peccatores iram &paratam vindictam. Sanè vt Domino læso, etiam læduntur famuli,& iniuriæ Domino suo illatæ se vltores exhibent;ita omnis creatura peccatores, & in Deum iniuriosos impetet,infestabit, prosternet.

Hom. 49. sup. Matt. Idem aliâ apposita similitudine illustrat B. Chrys. *Patrefamilias moriente,* ait, *tota domus turbatur,familia plangit,& conscissis tunicis suis, nigris se cooperit vestibus; Sic & humano genere, propter quod fuerunt omnia creata, circa exitum*

consti-

constituto, totus contristabitur mundus, vniuersa cæli ministeria lugebunt, & candore deposito, pro vestibus luctuosis tenebris vestientur: nam sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Omnes itaque creaturæ commouebuntur, hominesque suo terrore consternabunt, aut propter indignam persecutionem sanctorum dolentes, aut super impiorum pessima opera indignantes, aut nouissimam in eis Dei iracundiam demonstrãtes, vt adhuc viuentibus impijs super terram infernalium tenebrarum velut gustus quidam detur, ac prælibatio.

Et quia extrema tunc ac æterna omnium auium, piscium, brutorum, herbarum, arborum, atque adeò omnium creaturarum futura est destructio, desitio, & consummatio, non possunt non insolitæ, prodigiosæque desolationes fieri & alterationes. Termino siquidem mundi appropinquante, quasi pauentia nutabunt & prodigijs gemebunt elementa, non secus atque impulsæ ad casum arbores, fragores, motusque sui solent præmittere indicia.

Alia adhuc horum signorum causa subest, cum etenim præpotens ille, & misericors Deus, non velit mortem peccatorum, sed magis, vt conuertantur illi & viuant, his tam multis tamque terribilibus signis, iudicium, quod ea sequetur, quam sit terribile futurum, etiam prænunciare voluit: magnitudo igitur malorum & multitudo generale iudicium præcedentium, futura mala incomparabiliter

Greg. Hom. 35. grauiora & acerbiora adumbrauit: Præclarè Greg *Per crebra mala quæ præueniūt, indicantur mala perpetua, quæ subsequentur, quia multa debent mala præcurrere, vt malum valeant sine fine nunciare.* Præmittet itaque bonitas illa diuina hæc horrenda signa quæ rigorem & seueritatem iudicij diuini denotant, vt dum tempus habent homines, velis equisque quod aiunt, se præparent & disponāt, pœniteant de peccatis, seq; ipsos iudicent, ne in nouissimo suo iudicio, ad mortem & pœnam adiudicentur æternam: Si etenim nos hoc gratiæ tempore iudicauerimus, non iudicabimur in tempore rigorosæ iustitiæ.

1. Cor 11. Sedula igitur disquisitione, sunt hæc signa perscrutanda, vt & ad benè beateque viuendum, prouocemur, & ad terribile illud Dei iudicium, horrēdum quippè est incidere in manus Dei viuentis, labore vigilanti disponamur. Quæ si neglexerimus, indubiè nobis, quod olim Iudæis signa prioris Christi aduētus aduertere nolentibus, dictū est, obijcietur: Matt. 16. *Factovespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cælum. Et manè; hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. faciem ergò cæli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis.*

Comparatio maioris mūdi, ac minoris. Verumenimuerò vt vis, ac natura horum signorum quæ totius vniuersitatis ruinam præcedent & portendent, excutiatur pensiculatius, non abs re fuerit paucis analogiam maioris mundi, ac minoris quem μικρόκοσμον Græci vocitant, percurrere. Vt enim in mul-

multis alijs, sic in signis, quæ vtriusque vastationem & interitum prænuntiabunt, par prorsus est ratio.

Vt maior ille mundus realis ac materialis nō aliude suam trahit originem, quam à totius vniuersitatis auctore ac effectore Deo, qui quo temporis puncto ipsi placuit, mundum hunc, & quæ illius ambitu continentur, sine vllis vectibus, sine vllis ferramentis, sine vlla materia, verbo tantum ac nutu suo ex nihilo produxit, ac eundem suâ prouidentia moderatur. Sic mundus minor, siue similitudinarius, homo nimirum, qui mūdo illo reali ac materiali inclusus vitam ducit & spiritum, non alium agnoscit auctorem, quam supremū illum cęli solique opificem, ac moderatorem. Quippe, *in principio creauit Deus cælum, & terram, & hominem ad imaginem & similitudinem suam:* Non itaque ab æterno, sed in principio vtrumque Deus architectatus est. Gen. 2.

Rursum quemadmodum maior ille mundus à suprema bonitate formatus est vt laboribus excolatur assiduis, & fruges ad Dei creatoris sui honorē, ac hominis vtilitatem, ferat & fundat: ita minor hic mundus eū ob finē productus est, vt purè ac piè se gerat, bonis operibus toto molimine intēdat, ac per eadē fruct⁹ ad gloriam creatoris sui, animæq; suę salutem & vtilitatem producat vberrimos. Præclarè B. Paulus: *Ipsius enim sumus factura*, ait, *creati in Christo Iesu*, siue per Christum Iesum, *in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* Ad Ephe. 2.

bulemus. In operibus bonis, hoc est, ad opera bona, vt habet alia versio.

Adhæc in hoc conueniunt maior & minor mundus, quod sicut vterque à Deo conditus est, sic vterque suo fine claudatur oportet: Ob peccatum siquidem, quo protoplasti durâ ceruice reiecerunt obedientiam, interitus legibus subijciuntur, qui si innoxij perseuerassent, per Dei omnipotentis gratiam immortalitatis dote inclarescerent. Nunc verò non ipsi dumtaxat, suo à Domino Deo prædefinito tempore transeunt, sed & quicquid in eis est, quod aliquando natum est, aliquando decidat, & esse desinat, cum omni decore ornatu & pulchritudine oportet. *Vnus,* ait scriptura, Eccl. 3. *interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio.* Ob eam causam

1. Ioan. 2. sic B. Ioannes: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, &c. transit enim mundus & omnis concupiscentia eius.*

Ex hoc alia etiam exurgit conuenientia: vt enim quando hic materialis mundus, sit vltimam suam catastrophen habiturus, hominũ nulli potest esse exploratum; sic cuique hominum, secluso reuelationis articulo, incertus est suus è vita discessus. Denique vt mundum hunc materialem æuo confectum & festinis ad interitum properantem gressibus, horrendæ præcurrent emotiones, ac perturbationes, ita & microcosmi supremum diem signa præcedunt prognostica. His & alijs varijs congruentijs meritò homo paruus mun-

mundus dici cæpit & appellari.

Sed vt propius ad ea signa quæ totius vniuersi consummationem præsignificabunt accedamus, refert scriptura, vt alias insinuauimus, quod sedente Domino nostro Iesu Christo in monte oliuarum aduersus templum Ierosolymitanum, Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas, seorsim separatimque ad eum accesserint, ac ipsum rogârint dicentes: *Domine dic nobis quando hæc erunt & incipient? & quod erit signum aduentus tui & consummationis seculi?*

Prius siquidem illis multa admiratione dignissima de futura Ierosolymorum & templi Salomonis longè magnificentissimi calamitosa subuersione prædixerat; ac subindicâtat illâ deuastatione & desolatione prænunciari huius seculi consummationem suumque nouissimum ad iudicium aduentum.

Verum ipsa increata sapientia Christus, de definito sui aduentus & mundi cõsummationis tempore nihil eis respondit, nec illud ipsis præsignificandum duxit, sed dixit seriò: *De die autem illa vel hora nemo scit, &c.* Signa tamen quæ circa vltimum eius aduentum & seculi consummationem sunt euentura, recensuit, ijsque prænunciauit.

Aduentum itaque Christi ad iudicium, quod omnium formidabilium erit formidabilissimum, varia signa, ac commotiones terribiles antecedent, quarum quædam portendent,

dent,& mox futurum iudicium denunciabũr. Cæterum quæ ſint iſta ſigna, diſcerni non facile poteſt: His etenim ſignis à Chriſto commemoratis, ne quis ex ijs certitudinem diei

Matt. 24. nouiſſimi præſumeret, ſubiecit: *Oportet hæc fieri ſed nondum ſtatim finis.*

Et verba Chriſti quibus vſus eſt, in reſpõſione ad Apoſtolos, de cõſummatione ſeculi inquirentes, tali ſunt ſententiarum ordine diſpoſita, vt poſſint vrbis Ieroſolymitanæ, & orbis totius euerſioni quadrare. Vnde fit vt in horum ſignorum expoſitione, prorſus inter ſe diſſentiãt DD. vt ſatis in confutatione ſecũdæ theſeos Calculatoris oſtenſum eſt. Sunt ergò ſigna inſtantis & imminentis nouiſſimi totius vniuerſitatis diei, vt ſigna ſunt prognoſtica quibus hominis dies ſupremus in propinquo eſſe deprehenditur de quibus, ſummatim à nobis dictum eſt theſi proxima.

Quæ de his ſignis certa habeantur. Porrò hæc de his ſignis comperta eſſe videntur. Primum pauca omnino eſſe, quę ad vrbis excidium, & gentem Iudæorum pertinẽt,

Luc. 21. atque ea ſigillatim expreſſa apud Lucã ex illo loco: *cum autem videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote, quia appropinquauit deſolatio eius, &c.* vſque ad illa verba. *Et Ieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Nam quæ proximà conſequuntur: Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ, &c. manifeſtiſſimè de cõſummatione ſeculi ſunt dicta, ſicut & ab eccleſia proponuntur. Ex-

Exceptis ergò illis paucis cætera omnia, quæ tum in hoc, tum in cæteris Euangelistis leguntur, aut de solo mundi fine intelligenda sunt; aut communia sunt vtrique calamitati speciali illi, & huic generali, multoque magis de orbis quam de vrbis interitu interpretanda sunt. Et quia hæc quæ commemorauimus luculentissimè de Ierosolymitana calamitate pronunciata esse conuincuntur, cum iam completa sint, nostri non sunt instituti, sicut nec ea, quæ intra quadraginta plus minus annos transacta esse, ante scilicet vrbis Ierosolymitanæ subuersionem, dignoscuntur.

Secundum est signa illa à Christo præsignificata ad triplicem temporis differentiam pertinere, quorum multa in ipso Christianæ ecclesiæ decursu completa sunt, compléturq; quotidiè: Nonnulla ad tempora nouissima & Antichristum spectant, quibus peractis, certissimè affuturus est magnus ille dies Domini. Reliqua ad ipsum mundi finem pertinent, & aduentum Domini, quo viuos iudicaturus est & mortuos. Signa sunt in triplici differẽtia.

Quæ & completa sunt & quodie complentur, sunt persecutiones Tyrannorum, passionesque Martyrum. Secundo Hæreticorum falsa dogmata, atque schismata. Tertio sunt temporales calamitates ob belli, & mundi ærumnas. Quartò sunt elementorum, ac creaturæ irrationalis prodigia, ac perturbationes; hæc enim omnia vberrimè affluxisse

& to-

& totum terrarum orbem, vel deuastasse, vel perterruisse historicorum monumenta produnt.

Matt. 24. De Tyrannorum quidem persecutione est illud: *Tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.* Et *Luc. 21.* Lucas apertius: *Ante hæc omnia,* inquit, *injiciēt vobis manus suas, & persequentur, tradentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad Reges & præsides propter nomen meum.* Et paulò post: *Trademini autem à parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.* Quæ omnia in primitiua ecclesia plusquam euidenter in Apostolis & Martyribus innumeris impleta sunt, ac magis in futura persecutione Antichristiana complebuntur.

Matt. 24. De hæresibus sunt illa Christi verba: *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent.* Et hoc rursus repetit: *Et multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.* Suis nimirum falsis, & peruersis dogmatibus, cuiusmodi omni ætate oppugnata, & conflictata est mater ecclesia. Immo nascente ipsâ statim surrexerunt, & è lacunis infernalibus eruperunt Pseudodoctores; de quibus B. Apost. in sua Apocalypsi. Et his nostris, turbulentissimis temporibus *de fumo putei exeunt locustæ in terram, quibus data est potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. Et seducunt multos*

Cap. 2. *Apoc. 9.*

multos, dum simplicium animis pestiferum opinionum suarum virus afflant, & ab ecclesiæ communione abducunt & dissociant. Hi perditi sunt, ac nefarij homines, quos imperita multitudo, quasi nuper cælo delâpsos ac noui Euangelij doctores sequitur. At missos hos faciamus.

De bellis & tumultibus gentium, quæ maximè post tempora Christiana Ecclesiam infestârunt hæc Christus prædixit. *Audituri estis prælia & opiniones præliorum: consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum.* Matt. 24.

De quarto deinde signo, scilicet elementorum, ac irrationalis creaturę perturbatione est illud: *Et erunt pestilentiæ, & fames, & magni terræ motus per loca, & terrores de cælo, & signa magna erunt.*

Hæc igitur signa & sunt exhibita, & exhibentur, & sunt exhibenda vsque ad totius vniuersi interitum. Primum quidem in Iudæa & Ierosolyma, quæ Christus dixit completa videmus. Deinde in ipso Romano imperio, & ecclesia, quamuis quatuor illa concurrerint, tamen diuersis ætatibus nunc clarius & intensius, nunc obscurius, & remissius emicuerunt. Cætera verò regna, & ecclesias eadem & expertas esse, & experiri quotidie certum est, & indubitatum.

At omnia hæc signa inclinante iam mũdo, & ad occasum vergente, in ipso nimirum extremo ecclesiæ agone ingrauescent magis atque magis, vt supra de signis Antichristum

antecedentibus disputantes docuimus, & solito vehementius, ac crudelius homines exagitabunt.

Et quamuis hæc signa non sint propriè à Iesu Christo proposita tanquam nouissimi temporis signa, sed tanquam ea quæ remota sunt, & quæ longo interuallo ipsam mundi consummationem antecedent, nec ex propinquo mundi interitum indicabunt. Vnde ijs enarratis adiunxit Christus: *Videte ne turbemini, oportet enim hac fieri, sed nondum est finis.* Quod de illis quatuor æquè dici, de Tyrannis, inquam, de hæresibus, de bellis, de tempestatibus, ex Matthæo, Marco & Luca facile potest aduerti.

Quamuis dico res ita se habeat, nihilominus tamen vbi horum signorum abundantia, multitudo, frequentia excreuerit, & supra modum inualuerit, ac percrebuerit, etiam inter signa proximè futuram mundi ruinam, prænunciantia, vt superius de signis aduentum Antichristi præcurrentibus tractantes, pręmonuimus, meritò poterunt connumerari.

Hoc apposita similitudine illustratur: Vt enim homo qui paruus mundus appellatur, duplicia sui ex hoc nequam seculo, transitus, habet signa, quorum nonnulla transitum remotius pręcedunt, nonnulla ipsum concomitantur transitũ, & excessum è vita, ita & de magno mundo philosophandum.

Signa prognostica, quæ nimirum hominē

semper

ſemper magis atque ad extremum vitę terminum properare denunciant, ſunt communes quotidianæque ægritudines & infirmitates, quibus conflictatur, paulo tamē mitiores, quæ tametſi naturaliter non ita graues ſint ac noxiæ, vt ſtatim homini exitium adferant, vbi tamen frequentius hominem corripiunt ac agitāt, corporis vires paulatim comminuunt, hominem reddunt minus validum ac tandem vitā ei abripiunt. Vnde protritium, prouerbium, tantiſper amphora ad aquam defertur, donec colliditur & frangitur ipſa. Verè quidam: *frequens*, inquit, *ægrotatio, non eſt aliud quam mors ipſa certiſſima.*

Eodem plane modo de his remotioribus maioris mundi interitus ſignis ſentiendum eſt, quippe ſunt veluti infirmitates quædam, vt iam dicemus, quæ vbi inualuerint ac percrebuerint mortem ſiue tranſitum huius mūdi in proximo eſſe vero verus prænunciāt.

Tertium certum eſt, inter ſigna, quæ ad tempora nouiſſima ſpectant, & quibus peractis certò futura eſt conſummatio, eſſe Antichriſti aduentum, quem alia ſigna proximè vt ſupra docuimus, ſunt præceſſura, nimirum prædicatio Euangelij per vniuerſum orbem, defectio à Romano Imperio, defectio & apoſtaſia à fide, euerſio Romanæ ciuitatis, peccatorum exundantia, & communes quibus Deus orbis errata ſolet expurgare plagæ. De quibus fuſius theſi 29.

Omnium verò ſignorum iſtorū certiſſi-

mum vt testis est B. Augustinus, est prædicatio Euangelij in toto mundo, cui subscribit D. Thom. & alij. *Quod si*, ait B. Augustinus, *inter omnia ea, quæ saluator prædixit, certum aliquod signum quærendum est, nullum est certius, quam vbi Euangeliū in toto orbe fuerit prædicatū.*

Aug. epi. 78. & 80. ad Hesy. D. Tho. in 4. dist. 43. q. 1. a. 1

Nunc superest vt paucis, & planis antithesim nostram stabiliamus. Imprimis quod ad signa, quæ iam completa sunt attinet, & ad excidium Ierosolymitanum pertinēt, nostro non deseruiunt instituto.

Signa quæ iam completa sunt & quotidiè complentur, sunt illa quatuor de quibus egimus. Et licet propriè non sint instantis occasus seculi prænuncia, sunt tamen vera consummationis seculi signa, quamuis vltimam seculi ruinam non attingant, & omnium ferè temporum sint communia. Hæc siquidem Apostolis Christum de fine mundi interrogantibus, pro signis data sunt, pro signis, quoque maiores nostri acceperunt, ac posteris tradiderunt.

Nec immerito, nam bella, pestes, fames, terræ tremores, tempestates, diluuia, cælestes iræ, ac terrores, ardoresque immodici, defectus lunæ, solis, sanguis sæpè visus, cæteraque portenta, quamuis non insueta, indicant tamen ijs, qui apertos diuinitus oculos habent, tanquam frequentes mundi senescentis morbi, non semper eundem futurum, sed certò periturum, & eo quidem certius, quo hæc mala cerebriora sunt & vberiora.

His

His suffragatur S. Ambrosius: *Ergò*, inquit, *quia in occasu seculi sumus, præcedunt quædam ægritudines mundi: Ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio.* Hæc ille. Sunt ergo hæ calamitates finis mundi signa, quæ iampridem laborantem mundum, aliquandò tamẽ occubiturum certò quidem enunciant, sed quantum senescenti temporis, & laboranti supersit, hæc signa minimè produnt. *Amb. l. 10. in Lucam.*

Porro ex signis quæ ad nouissima tẽpora spectant, & ad Antichristi tempora, tanquam ea vel proximè antecedentia, vel concomitantia referuntur, non potest haberi certitudo aduentus Domini. Nam quod ad signa quæ Antichristum antecedent attinet, de ijs hactenus sufficienter disputatum est. Ac imprimis promulgationem Euangelij nondum esse vbiq; gentium factam: nec certò sciri posse quando sufficienter erit promulgatum, thesi 29. comprobauimus.

Secundum signúm, vt docuimus, instantis aduentus Antichristi erit totalis Romani Imperii desolatio, hæc siquidem quarta eademque nouissima mũdi monarchia euertetur, ac extinguetur penitus. Illudq; verissimum fiet, quod SS. PP. futurum prædixêre, nẽpe, quod quemadmodum nascente generis humani reparatore, orbis vniuersus vni paruit & substratus fuit Rom. Imperatori Augusto, bellorum, commotionum, tumultuũ fluctibus & tempestatibus sedatis: Ita aduentante turbu-

lento Antichristo totus propè mundus ab obedientia Rom. Imperatoris sese abducet, ac in contrarias diuulsus factiones varijs commotionibus ac alterationibus exagitabitur.

Vt ergò pax tranquilla & generalis Christi instantis fuit prænuncia:ita prius contentione & discordiâ orbis ardebit vniuersus, quam emergat filius ille perditionis. Immanissima illa Antichristi persecutio, Iesu Christi futuræ gloriæ, quæ in eius aduentu toti mundo illucescet, ad instar fumi ignem præcurrentis, erit prænuncia. Cæterum nec ex hoc signo vti ostendimus haberi potest infallibilis aduentus Antichristi, aut futuræ mundi consummationis certitudo, Ecquis enim Hariolus quando futura illa sit totalis Rom. Imperij excisio, prædixerit?

Quod ad alia signa attinet, quæ Antichristum præcessura diximus, quæ sunt: Apostasia à fide Catholica, peccatorum exundantia, charitatis refrigeratio, Rom. vrbis euersio, communes plagæ, etiam in confesso est ex istis non posse certam temporis quo Antichristus prorupturus est, & determinatam haberi præcognitionem. nec enim quis scire potest ad quem vsque gradum hæc signa intendi debeant & excrescere, vt aduentantis iam Antichristi certissima sint indicia, cum hoc reuelatum non sit aut determinatum.

Quod etiam aduentus Antichristi, ac signorum ipsum Antichristum concomitantiũ,

nos

nos fugiat præcognitio, clarissimum est. Quippè de Antichristi aduentu sic B. Paulus: *Et nunc quid detineat, vt reueletur in suo tempore*: nimirum à Domino prædefinito & determinato, ac ab omni hominum cognitione remotissimo. 1. Thess. 2.

Subtractâ verò & nobis denegata diei, mensis, anni, aut seculi quo proditurus est Antichristus præscientiâ, quid certitudinis potest de tempore, quo alia signa Antichristum concomitantia, vel eius necem subsequentia obtingent, haberi potest?

Sed quæ sit B. Augustini de his signis sententia audiamus. *Signa*, inquit, *quæ in euangelio ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum, qui erit in fine, sed quædam eorum pertinent ad tempus destructionis Ierusalem, quæ iam præterijt. Quædam verò, & plura pertinent ad aduentum, quo quotidiè venit in ecclesiam, eam visitans spiritualiter prout nos inhabitat per fidem & amorem.* Epist. 80. ad Hesy.

Nec illa, quæ vel in Euangelio, vel epistolis ponuntur, ad vltimum aduentum spectantia, ad hoc possunt valere, vt determinatè tempus iudicij possit agnosci: quia illa pericula quæ prænunciantur: nunciantia vicinum Christi aduentum à tempore primitiuæ ecclesiæ, fuerunt quandoque intensius, quandoque remissius.

Et paucis interiectis: *Interrogantibus ergo Discipulis ea respondet Christus, quæ iam ex illo tempore fuerunt secutura, siue de excidio Ierusalem, vnde orta est ipsius interrogationis*

occasio, siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua vsque ad finem venire non cessat, siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Hæc omnia ac fusius ibi Augustinus. Ex quibus deprehendimus nullum esse signum, siue remotum illud sit, siue proximum, quo *determinatè*, vt ipsissima D. Augustini verba exprimam, *tempus iudicij possit agnosci.*

ANTITHESIS SECVNDA.

Ex signis quæ post mortem Antichristi futura sunt, & ad aduentum Christi ad iudicium pertinent, dies mundi nouissimus præsciri non potest.

VT Dominus noster Iesus Christus, salutis nostræ auctor, reparator & amator, suos amantissimos discipulos, ac omnes homines ab huius nequam seculi amore deterreret, & auocaret, ac etiam iisdem timorem ingeneraret quo perculsi, semper animo excubarent vigilarentque: quippe *iacula præuisa minus ferire* solent, aliquot signa reliquit, quibus imminentis aduentus sui ad iudicium præmonerentur.

Diximus autem hunc mundum maiorem & materialem, cum homine, quasi mundo minore in hoc conuenire, quod vtrique sui occasus & interitus signa sint, quorum quædam sunt remotiora, alia propinquiora. Remotiora

tiora mortis in homine ſigna ſunt, communiores quædam infirmitates, & ægritudines, mitiores tamen quæ non ſtatim ipſum perimunt, ſed ſubindicant, vbi percrebruerint, & inualuerint, hominis fatum ſupremum non procul abeſſe, non tamen præſens adeſſe, niſi ſigna appareant alia, quę proximè idipſum futurum denuncient.

Eodem modo ſigna ſunt, quę finem & huius mundi interitum appropinquare portendunt, ſed remotius, ſuntque veluti ægritudines familiares, de quibus hactenus diſſeruimus,

Signa verò quæ non tam appropinquare, quam iam præſentem eſſe hominis diem ſupremum præſagunt, læthales ſunt quædam & grauiores ægritudines, ac hominis diſpoſitiones, cuiuſmodi ſubnigrę maculę in ægro corpore, frigeſcentia membra, pulſus venarum remiſſior, inuerſio, ſeu oculorum infractio, & id genus alia ſigna, quæ alibi recenſuimus, & quæ dum in homine viſuntur, in limine exceſſum è vita eſſe præſignificant.

Sic de mundo ſentiendum, habet enim etiam ſua ſigna, quę non tam interitum ipſius nunciant, quam præſentem promittunt quæ perinde ſint atque grauiores quædam in homine ægritudines, & quæ mundum certò non multo poſt tranſiturum deſignant. Quæ autem ſint iſta ſigna poſt quæ ſtatim futura ſit ſeculi conſummatio, non incuriosè perquirendum eſt, ac de ijs agendum.

Cc 5 Nam

DE SIGNIS CAELESTIBVS.

INter hæc ſigna principem locum ſibi vendicant, quæ in cælis futura ſunt, & à B. Matthæo Euangeliſta hunc in modum commemorantur: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo.*

Tribulationem illam, quam ſtatim iudicium ſequetur, immanem eſſe Antichriſti perſecutionem, non excidium Ieroſolymitanum, vt volunt Chryſ. & Theophilactus, quos ſequuntur Abulenſis, & Ianſenius, ſuprà plus ſatis à nobis confirmatum eſt, vt ſuperuacaneum ſit huic rei probandæ, laboris aliquid & operæ ſumere. Nec ſanè phraſis ſcripturæ habet vt illud poſt illud, *ſtatim* fieri dicat, niſi cum ſeries ipſa rerum, temporis etiam quadam coniunctione cohæreat. Quod autem in his Matthæi verbis ſermo ſit de ſignis iudicij conſpirantibus ſententijs conteſtantur expoſitores. *Abul. in 24. Matt. q. 67. & 47. Ianſen. in concord. c. 122.*

Sed hæc ſigna amplius, & euidentius enarrantur apud Lucam: *Erunt ſigna, in ſole, & luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur.* In quibus verbis, vt benè Abulenſis adnotauit, ſeptem ſigna declarantur, & à Chriſto enumerantur, quæ ipſum iudicium extremum præcedent. *Luc. 21.*

Primum

Matt 24. Primum: *sol obscurabitur*, vt habet Matthęus. Marc 13. *Sol contenebrabitur*, dicit Marcus. *Erunt signa* Luc. 21. *in sole*, ait Lucas.

Secundum: *Luna non dabit lumen suum*, sic habet Matthæus, & Marcus. Lucas verò: *Erunt*, inquit, *signa in sole & Luna.*

Tertium: *Stellæ cadent de cœlo*, hoc est, aut videbuntur cadere, aut aliquid erit, quod verè cadet, vt habet Matthæus. At Marcus 13. dicit: *Et stellæ erunt decidentes.* Lucas: *erunt signa in sole, & luna & stellis.*

Ioel. 2. De his sic Propheta Ioel: *Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa nimis castra eius, & fortia, & facientia verbum eius. Magnus est enim dies Domini, & terribilis valdè.* Vere magnus dies in quo regnaturus est Christus, de profligatis & expugnatis hostibus perpetuo triumphans.

Isa. 24. De iisdem sic Propheta Isaias: *Erubescet luna & confundetur sol, & cum regnauerit Dominus exercituum*, scilicet occidendo Antichristum: quia in momento aduentus sol & luna non obscurabuntur, cũ tunc totus mundus sit innouandus, & augenda claritas solis, & lunę, Isa. 30. & stellarum, iuxta illud: *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septupliciter sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui.* Ideo concludendum est prædictam obscurationem futuram ante iudicium, & post atrocem illam Antichristi tribulationem. Cæterum qualia sint hæc signa quomodoue fu-

futura, sollicitè nunc perscrutandum: variæ siquidem & discrepantes de hac solis, Lunæ, & stellarum obscuratione circumferuntur sententiæ.

Signorũ cœlestiũ explicatio

Primò hanc obscuritatem sic interpretantur plerique, quod Christus adueniens tanto lumine fulgebit, ac totum orbem collustrabit, vt nec solem, nec lunam apparere sinat. Ita Hilarius can.26. Hieronymus, Chrysostom. & Beda in Matthæum. Euseb. Emiss. homil. in Dominicam 27 post Pentecost. August. serm. 130. de tempore, vbi hoc specialiter tribuit splendori crucis, qui tantus erit, vt solem occultet. Eandem expositionem approbat Diuus Thom. opusc.10. art.36.

At multis hæc sententia neutiquam probatur, hæc siquidem signa, ac obscuratio futura est, vt docebimus, ante descensum Christi è cœlo, vnde sequitur, eam non futuram ob splendorem quem ad iudicium veniens Christus importaturus est. Deinde illa obscuratio solis nullum incuteret terrorem, præter illũ, quem ipsa Christi maiestas potest inferre.

Aliam adfert expositionem Origenes tractatu 30. in Matth. *Sicut*, inquit, *in magnis ignibus succendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo solent extolli: sic in consummatione mundi ab igne qui incendendus est, obscuranda sunt luminaria magna*. Sed hæc opinio nullo negocio refellitur, mundi etenim conflagratio futura est post diem iudicij, quem hæc signa præcurrent. Sed nec causa illa sufficiens videtur vt ob-

obscurentur luminaria illa magna, aut specialem inijciant terrorem, & tanto homines tremore prosternant.

Tertia expositio est, quod sol priuabitur luce sua intrinseca, & connaturali, & per consequens luna, & omnia astra. Cui expositioni suffragari videtur proprietas illorum verborum: *Sol obscurabitur*. Et Ioel. *2*. & *3*. *Sol & luna obtenebrati sunt*. Et Apoc. *6*. *Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus*. Et ita futurum arbitratur Rabanus, in Matth. *24*. Nec ab hac sententia multum abest D. Thom. in 4. dist. 48. q. 1. art. 4. hoc tamen incertum est. Quippè hæc fient signa, vt timorem & tremorem hominibus inijciant, ad hoc autem non est necessarium, vt in ipsis cœlis intrinseca fiat immutatio, & naturalium proprietatum diminutio.

Quartò asserunt plerique hanc solis & lunæ obscuritatem futuram esse per propriam eclypsim, hoc est, per interpositionem ipsorum astrorum inter se, ita tamen, vt non simul fiat; hoc enim est impossibile, nisi simul in multis locis constituantur, quod non potest, nisi temerariè asseri; nec enim hoc semel dumtaxat continget, sed sæpiùs: tunc siquidem apparitiones & eclypses, quæ ex cœlorum motibus inusitatis obtingent, qui nunc tardius, nunc velocius mouebuntur, percrebrescent, solitoque horribiliores futuræ sunt.

Hic modus ex Lactant. lib. 7. cap. 16. colligitur,

gitur, qui de ſole & luna ſuam hunc in modũ profert ſententiam: *motus extraordinarios peragent, vt non ſit homini promptum, aut ſyderum curſus, aut rationem temporum agnoſcere. Fiet enim vel æſtas in hyeme, vel hyems in æſtate. Tunc annus breuiabitur, & menſis minuetur, & dies in anguſtum coarctabitur.* Si vera hęc ſunt, & indubitata, quis ex hac motuum varietate varias ac inuſitatas futuras eclypſes negauerit?

Quintò ita hæc obſcuratio contingere poterit, vt ſol, & luna lumen ſuum retineant, neque alteri cuiquam communicent. Et hoc per illa verba non obſcurè deſignari videtur: *Et luna non dabit lumen ſuum.* his ſiquidem verbis exprimitur, eam quidem habituram lumen ſuum, ſed illud alijs non communicaturam.

Rurſus, ita fieri poterit hæc ſolis & lunæ obtenebratio, vt inter nos ac corpora illa cœleſtia denſa aliqua & obſcura nebula interponatur, quâ denſiſſimæ toti orbi offundantur tenebræ. Ac huic ſententiæ ſuum addit calculum Soto diſt. 46. q. 2. ar. 2. Et hi quidem modi videntur veritati admodum conſentanei, ac ad homines territandos aptiſſimi. Quia tamẽ horum ſignorum finis eſt hominibus terrorem adferre, eoſq́; tremore proſternere, videtur ſine dubio futura maior ſolis obſcuratio, quam per ſolam naturalem eclypſim poſſit effici: nec enim hæc ſigna vulgaria erunt, & cõmunia, qualia interdum facta leguntur, ſed maiora & horribiliora. Quod fieri poterit vel Deo ſuſpendẽte concursũ, qui modus erit

facilli-

limus, hoc siquidem modo tenebræ vniuersales poterunt esse, ac densissimæ; minori etiã fiet actione, ac rerum immutatione. vel per interpositionem, vt iam diximus, nubis alicuius densissimæ. Et hoc, quoad solem.

Quod ad lunam attinet, quia de ea dicitur Ioel. *2. quod cõuertetur in sanguinem*, & Apoc. *6.* explicatur, *quod luna tota facta est sicut sanguis*, verisimile est hoc signum efficiendum esse per interpositionem nubis ita dispositæ, vt per impressionem lunæ tota videatur sanguinea, ad denotandam diuini iudicij seueritaté, & alias ob causas, quas commemorat Antoninus 4. part. tit. 14. cap. 11. §. 2.

Tertium signum cœleste nunc exponendum est: nimirum, *stellæ cadent de cœlo*. Quæ verba vt sonant, intelligit Origenes tractatu 30. in Matth. *nam stellæ*, inquit, *priuatæ lumine, non poterunt sursum detineri, nam è lumine ipso extollebantur, vnde crassiores fient, ac tandem de cœlo cadent*. Huius sententiæ quoque videtur esse Tertullianus contra Hermogenem, cap. *34.* At explodenda est. cum enim stellæ interitus sint expertes, & reliquis cœli partibus continuæ, sintque ibi non secus ac in propria sede & loco, quis, nisi stultè ac fatuè, è cœlo delapsuras astruat?

Omnes igitur DD. in hanc coeunt sententiam, vt dicant stellas cadere, nihil aliud esse, quàm obscurari, & lumen suum retrahere: solet siquidem scriptura ita de rebus loqui, sicut hominibus apparent. Ita Hieronym. & Beda in

in Matthæum, quos Scholastici sequuntur: Et probatur ex illo Ioel. 3. *Sol, & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.*

Sunt qui dicant eo tempore futurum, vt multa è nubibus erumpant fulmina splendidissima & ingentia, sagittæ ignitæ, cometæ summæ magnitudinis ac splendoris ipsis stellis persimiles,& ideo apparebunt quasi stellæ de cælo cadentes. Et hoc confirmat propheticum oraculum: *Et dabo prodigia in cælo, & in terrâ sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* Nam per *sanguinem*, lunam possumus intelligere sanguineam,vel etiam hominum cędes& strages, quæ tunc erunt frequentissimæ: Per *ignem* verò stellas cadentes de cælo,hoc est ignitas exhalationes: Per *vaporem* autem, fumum qui ex rebus, quæ ab ipsis fulminibus, è cælo cadentibus inflammabuntur, sursum subleuabitur. Sunt etiam qui arbitrantur fore,vt stellæ lumine & luminoso statu suo priuentur,hoc est obscurentur,ac toti orbi tenebras obducant densissimas.

Verumenimuerò B. Augustinus hęc signa metaphoricè interpretatur,per solem, & lunam ecclesiam intelligens, de quâ dicitur, quod *obscurabitur, & non dabit lumen suum,* quia impijs persequutoribus in eam vltra modum debacchantibus,non splendescet,sed obscura videbitur,& tenebricosa. *Et stellæ cadent, ac virtutes cælorum commouebuntur,* quia multi qui gratia fulgere videbantur,persequentibus *Epist. 80. ad Hesy.* *Metaphorica horũ signorum expositio.*

Dd cadent,

cedent, & *cadent*: Et qui erant firmissimi tantis anxietatibus & angoribus perculsi turbabuntur,& *commouebuntur*.

Potest autem hæc Augustini opinio confirmari, quia scriptura ad exprimendam tribulationis alicuius acerbitatem,eiusmodi modo loquendi vti solet,vt Isaiæ 13. *Stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo*. Vbi ad litteram sermo est de excidio Babylonico. Similia leguntur contra Pharaonem Regem AEgypti apud Ezechielē cap.32. (Qualia sunt Amos 8. Sophon.1. Ioel. 2.& 3.) Quæ ad exaggerandam tribulationis acerbitatē metaphoricè esse dicta facilè quiuis concesserit. Q.D.scriptura, tam immanis erit & acerba tribulatio, vt hominibus sol videatur obscurari,& omnia tam cœlestia, quam terrestria commoueri.

Et quamuis hæc spiritualis & moralis expositio sit laudanda, negandus tamen non est propius ac litteralis sensus, quem cæteri expositores præmittunt,& quorum vestigijs inhæremus: nam vt habet generalis scripturam interpretandi regula: *Cum potest propriè sine incommodo exponi,non est ad metaphoras confugiendum*. Huc accedit quod Lucas Euangelista docet hæc signa fore sensibilia, quibus visis homines *arescent præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi*. Non igitur rectè exponuntur de effectibus spiritualibus qui nec videntur,nec magnum solent hominibus timorem inijcere. Neque

Luc. 21.

Neque huic litterali expositioni obstat, quod dies iudicij, vt ait Paulus, *sicut fur in nocte ita veniet*. Hoc est, *subitò & ex insperatò*, vt Ambrosius loquitur, *apparebit*. Si autē præcessura essent hæc signa, qui homines redderent certos diem Domini iā esse in ianuis, non ingrueret vt fur, illis in pace & trāquillitate existentibus. Hoc inquā non obstat: nā vt rectè Oecumenius respōdet: Ex signis iudicij potest colligi appropinquare finē mūdi, nō tamē certa dies & hora aduētus Domini præcognosci. *1 Thess. 5.* *Amb. ad Thess. 5.* *Oecum. 1. ad Thess. 2.*

Idem de 45. illis diebus, quos scriptura à morte Antichristi, vsque ad Christi aduentū futuros dicit, affirmari potest: nam vt loquitur B. Anselmus. *Vtrum completis illis quadraginta quinque diebus mox adueniat Dominus, an verò aliquantulum supersit temporis, omninò nescimus.* *Ansel. 2. ad Thess. 2.*

Quartum signum erit commotio virtutū cælestium, *virtutes cælorum mouebuntur*. Per virtutes cælorum imprimis astra ipsa possunt intelligi, quæ ab Hebræis *virtutes cælorū*, quod ijs vis insit in hęc inferiora influendi appellātur. Commouebuntur, quippe aliter mouebūtur, & ad influendū applicabuntur: Vel certè ob defectū luminis, vel ob diuersum motum, aut ob coniunctiones insolitas diuersā etiam sortientur influentiā. Et hæc expositio valdè probabilis est. Cui subscribunt Ians. & Sotus. *Ians. c. 128 concord.* *Sot. in 4. dist. 46. q. 2. art. 2.*

Secūdo per virtutes cęlorū, quos Philosophi orbiū cęlestiū motores appellant, signari possunt, qui cōmouendi sunt, quia præter cōmunē naturæ cursū cælos mouebunt, & diuersas ec-

lento Antichristo totus propè mundus ab obedientia Rom. Imperatoris sese abducet, ac in contrarias diuulsus factiones varijs commotionibus ac alterationibus exagitabitur.

Vt ergò pax tranquilla & generalis Christi instantis fuit prænuncia: ita prius contentione & discordiâ orbis ardebit vniuersus, quam emergat filius ille perditionis. Immanissima illa Antichristi persecutio, Iesu Christi futuræ gloriæ, quæ in eius aduentu toti mundo illucescet, ad instar fumi ignem præcurrentis, erit prænuncia. Cæterum nec ex hoc signo vti ostendimus haberi potest infallibilis aduentus Antichristi, aut futuræ mundi consummationis certitudo, Ecquis enim Hariolus quando futura illa sit totalis Rom. Imperij excisio, prædixerit?

Quod ad alia signa attinet, quæ Antichristum præcessura diximus, quæ sunt: Apostasia à fide Catholica, peccatorum exundantia, charitatis refrigeratio, Rom. vrbis euersio, communes plagæ, etiam in confesso est ex istis non posse certam temporis quo Antichristus proruptu rus est, & determinatam haberi præcognitionem. nec enim quis scire potest ad quem vsque gradum hæc signa intendi debeant & excrescere, vt aduentantis iam Antichristi certissima sint indicia, cum hoc reuelatum non sit aut determinatum.

Quod etiam aduentus Antichristi, ac signorum ipsum Antichristum concomitantiũ,

nos

nos fugiat præcognitio, clarissimum est. Quippè de Antichristi aduentu sic B. Paulus: *Et nunc quid detineat, vt reueletur in suo tempore*: nimirum à Domino prædefinito & determinato, ac ab omni hominum cognitione remotissimo. 2. Thess. 2.

Subtractâ verò & nobis denegata diei, mensis, anni, aut seculi quo proditurus est Antichristus præscientiâ, quid certitudinis potest de tempore, quo alia signa Antichristum concomitantia, vel eius necem subsequentia obtingent, haberi potest?

Sed quæ sit B. Augustini de his signis sententia audiamus. *Signa*, inquit, *quæ in euangelio ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum, qui erit in fine, sed quædam eorum pertinent ad tempus destructionis Ierusalem, quæ iam præterijt. Quædam verò, & plura pertinent ad aduentum, quo quotidiè venit in ecclesiam, eam visitans spiritualiter prout nos inhabitat per fidem & amorem.* Epist. 80. ad Hesy.

Nec illa, quæ vel in Euangelio, vel epistolis ponuntur, ad vltimum aduentum spectantia, ad hoc possunt valere, vt determinatè tempus iudicij possit agnosci: quia illa pericula quæ prænunciantur: nunciantia vicinum Christi aduentum à tempore primitiuæ ecclesiæ, fuerunt quandoque intensius, quandoque remissius.

Et paucis interiectis: *Interrogantibus ergo Discipulis ea respondet Christus, quæ iam ex illo tempore fuerunt secutura, siue de excidio Ierusalem, vnde orta est ipsius interrogationis*

occasio, siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua vsque ad finem venire non cessat, siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Hæc omnia ac fusius ibi Augustinus. Ex quibus deprehendimus nullum esse signum, siue remotum illud sit, siue proximum, quo *determinatè*, vt ipsissima D. Augustini verba exprimam, *tempus iudicij possit agnosci.*

ANTITHESIS SECVNDA.

Ex signis quæ post mortem Antichristi futura sunt, & ad aduentum Christi ad iudicium pertinent, dies mundi nouissimus præsciri non potest.

VT Dominus noster Iesus Christus, salutis nostræ auctor, reparator & amator, suos amantissimos discipulos, ac omnes homines ab huius nequam seculi amore deterreret, & auocaret, ac etiam ijsdem timorem ingeneraret quo perculsi, semper animo excubarent vigilarentque: quippe *iacula præuisa minus ferire* solent, aliquot signa reliquit, quibus imminentis aduentus sui ad iudicium præmonerentur.

Diximus autem hunc mundum maiorem & materialem, cum homine, quasi mundo minore in hoc conuenire, quod vtrique sui occasus & interitus signa sint, quorum quædam sunt remotiora, alia propinquiora. Remotiora

tiora mortis in homine signa sunt, communiores quædam infirmitates, & ægritudines, mitiores tamen quæ non statim ipsum perimunt, sed subindicant, vbi percrebruerint, & inualuerint, hominis fatum supremum non procul abesse, non tamen præsens adesse, nisi signa appareant alia, quę proximè idipsum futurum denuncient.

Eodem mυdo signa sunt, quę finem & huius mundi interitum appropinquare portendunt, sed remotius, suntque veluti ægritudines familiares, de quibus hactenus disseruimus.

Signa verò quæ non tam appropinquare, quam iam præsentem esse hominis diem supremum præsagunt, læthales sunt quædam & grauiores ægritudines, ac hominis dispositiones, cuiusmodi subnigrę maculę in ægro corpore, frigescentia membra, pulsus venarum remissior, inuersio, seu oculorum infractio, & id genus alia signa, quæ alibi recensuimus, & quæ dum in homine visuntur, in limine excessum è vita esse præsignificant.

Sic de mundo sentiendum, habet enim etiam sua signa, quę non tam interitum ipsius nunciant, quam præsentem promittunt quæ perinde sint atque grauiores quædam in homine ægritudines, & quæ mundum certò non multo post transiturum designant. Quæ autem sint ista signa post quæ statim futura sit seculi consummatio, non incuriosè perquirendum est, ac de ijs agendum.

DE SIGNIS CAELESTIBVS.

INter hæc ſigna principem locum ſibi vendicant, quæ in cælis futura ſunt, & à B. Matthæo Euangeliſta hunc in modum commemorantur: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum & ſtellæ cadent de cælo.*

Tribulationem illam, quam ſtatim iudicium ſequetur, immanem eſſe Antichriſti perſecutionem, non excidium Ieroſolymitanum, vt volunt Chryſ. & Theophilactus, quos ſequuntur Abulenſis, & Ianſenius, ſuprà plus ſatis à nobis confirmatum eſt, vt ſuperuacaneum ſit huic rei probandæ, laboris aliquid & operæ ſumere. Nec ſanè phraſis ſcripturæ habet vt illud poſt illud, *ſtatim* fieri dicat, niſi cum ſeries ipſa rerum, temporis etiam quadam coniunctione cohæreat. Quod autem in his Matthæi verbis ſermo ſit de ſignis iudicij conſpirantibus ſententijs conteſtantur expoſitores. *Abul. in 24. Matt. q. 67. & 47. Ianſen. in concord. c. 122.*

Sed hæc ſigna amplius, & euidentius enarrantur apud Lucam: *Erunt ſigna, in ſole, & luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur.* In quibus verbis, vt benè Abulenſis adnotauit, ſeptem ſigna declarantur, & à Chriſto enumerantur, quæ ipſum iudicium extremum præcedent. *Luc. 21.*

Primum

futura, sollicitè nunc perscrutandum: variæ siquidem & discrepantes de hac solis, Lunæ, & stellarum obscuratione circumferuntur sententiæ. Signorũ cœlestiũ explicatio

Primò hanc obscuritatem sic interpretantur plerique, quod Christus adueniens tanto lumine fulgebit, ac totum orbem collustrabit, vt nec solem, nec lunam apparere sinat. Ita Hilarius can.26. Hieronymus, Chrysostom. & Beda in Matthæum. Euseb. Emiss. homil. in Dominicam 27 post Pentecost. August. serm. 130. de tempore, vbi hoc specialiter tribuit splendori crucis, qui tantus erit, vt solem occultet. Eandem expositionem approbat Diuus Thom. opusc. 10. art. 36.

At multis hæc sententia neutiquam probatur, hæc siquidem signa, ac obscuratio futura est, vt docebimus, ante descensum Christi è cœlo, vnde sequitur, eam non futuram ob splendorem quem ad iudicium veniens Christus importaturus est. Deinde illa obscuratio solis nullum incuteret terrorem, præter illũ, quem ipsa Christi maiestas potest inferre.

Aliam adfert expositionem Origenes tractatu 30. in Matth. *Sicut*, inquit, *in magnis ignibus succendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo solent extolli: sic in consummatione mundi ab igne qui incendendus est, obscuranda sunt luminaria magna*. Sed hæc opinio nullo negocio refellitur, mundi etenim conflagratio futura est post diem iudicij, quem hæc signa præcurrent. Sed nec causa illa sufficiens videtur vt

ob-

obscurentur luminaria illa magna, aut specialem inijciant terrorem,& tanto homines tremore prosternant.

Tertia expositio est, quod sol priuabitur luce sua intrinseca,& connaturali, & per consequens luna,& omnia astra. Cui expositioni suffragari videtur proprietas illorum verborum: *Sol obscurabitur*. Et Ioel. 2.& 3. *Sol & luna obtenebrati sunt*. Et Apoc. 6. *Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus*. Et ita futurum arbitratur Rabanus, in Matth. 24. Nec ab hac sententia multum abest D. Thom. in 4. dist. 48. q. 1. art. 4. hoc tamen incertum est. Quippè hæc fient signa, vt timorem & tremorem hominibus inijciant, ad hoc autem non est necessarium, vt in ipsis cœlis intrinseca fiat immutatio, & naturalium proprietatum diminutio.

Quartò asserunt plerique hanc solis & lunæ obscuritatem futuram esse per propriam eclypsim, hoc est, per interpositionem ipsorum astrorum inter se, ita tamen, vt non simul fiat; hoc enim est impossibile, nisi simul in multis locis constituantur, quod non potest, nisi temerariè asseri: nec enim hoc semel dumtaxat continget, sed sæpiùs: tunc siquidem apparitiones & eclypses, quæ ex cœlorum motibus inusitatis obtingent, qui nunc tardius, nunc velocius mouebuntur, percrebrescent, solitoque horribiliores futuræ sint.

Hic modus ex Lactant. lib. 7. cap. 16. colligitur,

gitur, qui de sole & luna suam hunc in modũ profert sententiam: *motus extraordinarios peragent, vt non sit homini promptum, aut syderum cursus, aut rationem temporum agnoscere. Fiet enim vel æstas in hyeme, vel hyems in æstate. Tunc annus breuiabitur, & mensis minuetur, & dies in angustum coarctabitur.* Si vera hęc sunt, & indubitata, quis ex hac motuum varietate varias ac inusitatas futuras eclypses negauerit?

Quintò ita hæc obscuratio contingere poterit, vt sol, & luna lumen suum retineant, neque alteri cuiquam communicent. Et hoc per illa verba non obscurè designari videtur: *Et luna non dabit lumen suum.* his siquidem verbis exprimitur, eam quidem habituram lumen suum, sed illud alijs non communicaturam.

Rursus, ita fieri poterit hæc solis & lunæ obtenebratio, vt inter nos ac corpora illa cœlestia densa aliqua & obscura nebula interponatur, quâ densissimæ toti orbi offundantur tenebræ. Ac huic sententiæ suum addit calculum Soto dist. 46. q. 2. ar. 2. Et hi quidem modi videntur veritati admodum consentanei, ac ad homines territandos aptissimi. Quia tamẽ horum signorum finis est hominibus terrorem adferre, eosq; tremore prosternere, videtur sine dubio futura maior solis obscuratio, quam per solam naturalem eclypsim possit effici: nec enim hæc signa vulgaria erunt, & cõmunia, qualia interdum facta leguntur, sed maiora & horribiliora. Quod fieri poterit vel Deo suspendẽte concursũ, qui modus erit facilli-

limus, hoc siquidem modo tenebræ vniuersales poterunt esse, ac densissimæ; minori etiã fiet actione, ac rerum immutatione. vel per interpositionem, vt iam diximus, nubis alicuius densissimæ. Et hoc, quoad solem.

Quod ad lunam attinet, quia de ea dicitur Ioel. 2. *quod cõuertetur in sanguinem*, & Apoc. 6. explicatur, *quod luna tota facta est sicut sanguis*, verisimile est hoc signum efficiendum esse per interpositionem nubis ita dispositæ, vt per impressionem lunæ tota videatur sanguinea, ad denotandam diuini iudicij seueritatẽ, & alias ob causas, quas commemorat Antoninus 4. part. tit. 14. cap. 11. §. 2.

Tertium signum cœleste nunc exponendum est: nimirum, *stellæ cadent de cœlo*. Quæ verba vt sonant, intelligit Origenes tractatu 30. in Matth. *nam stellæ*, inquit, *priuatæ lumine, non poterunt sursum detineri, nam è lumine ipso extollebantur, vnde crassiores fient, ac tandem de cœlo cadent*. Huius sententiæ quoque videtur esse Tertullianus contra Hermogenem, cap. 34. At explodenda est. cum enim stellæ interitus sint expertes, & reliquis cœli partibus continuæ, sintque ibi non secus ac in propria sede & loco, quis, nisi stultè ac fatuè, è cœlo delapsuras astruat?

Omnes igitur DD. in hanc coeunt sententiam, vt dicant stellas cadere, nihil aliud esse, quàm obscurari, & lumen suum retrahere: solet siquidem scriptura ita de rebus loqui, sicut hominibus apparent. Ita Hieronym. & Beda in

in Matthæum, quos Scholastici sequuntur: Et probatur ex illo Ioel. 3. *Sol, & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.*

Sunt qui dicant eo tempore futurum, vt multa è nubibus erumpant fulmina splendidissima & ingentia, sagittæ ignitæ, cometæ summæ magnitudinis ac splendoris ipsis stellis persimiles, & ideo apparebunt quasi stellæ de cælo cadentes. Et hoc confirmat propheticum oraculum: *Et dabo prodigia in cælo, & in terrâ sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* Nam per *sanguinem*, lunam possumus intelligere sanguineam, vel etiam hominum cędes & strages, quæ tunc erunt frequentissimæ: Per *ignem* verò stellas cadentes de cælo, hoc est ignitas exhalationes: Per *vaporem* autem, fumum qui ex rebus, quæ ab ipsis fulminibus, è cælo cadentibus inflammabuntur, sursum subleuabitur. Sunt etiam qui arbitrantur fore, vt stellæ lumine & luminoso statu suo priuentur, hoc est obscurentur, ac toti orbi tenebras obducant densissimas.

Verumenimuerò B. Augustinus hęc signa metaphoricè interpretatur, per solem, & lunam ecclesiam intelligens, de quâ dicitur, quod *obscurabitur, & non dabit lumen suum,* quia impijs persequutoribus in eam vltra modum debacchantibus, non splendescet, sed obscura videbitur, & tenebricosa. *Et stellæ cadent, ac virtutes cælorum commouebuntur,* quia multi qui gratia fulgere videbantur, persequentibus

Epist. 80. ad Hesy.

Metaphorica horū signorum expositio.

cedent, & *cadent*: Et qui erant firmissimi tantis anxietatibus & angoribus perculsi turbabuntur,& *commouebuntur*.

Potest autem hæc Augustini opinio confirmari, quia scriptura ad exprimendam tribulationis alicuius acerbitatem, eiusmodi modo loquendi vti solet, vt Isaiæ 13. *Stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo*. Vbi ad litteram sermo est de excidio Babylonico. Similia leguntur contra Pharaonem Regem AEgypti apud Ezechielē cap.32. (Qualia sunt Amos 8. Sophon.1. Ioel. 2.& 3.) Quæ ad exaggerandam tribulationis acerbitatē metaphoricè esse dicta facilè quiuis concesserit. Q.D. scriptura, tam immanis erit & acerba tribulatio, vt hominibus sol videatur obscurari,& omnia tam cœlestia, quam terrestria commoueri.

Et quamuis hæc spiritualis & moralis expositio sit laudanda, negandus tamen non est propius ac litteralis sensus, quem cæteri expositores præmittunt,& quorum vestigijs inhæremus: nam vt habet generalis scripturam interpretandi regula: *Cum potest propriè sine incommodo exponi, non est ad metaphoras confugiendum*. Huc accedit quod Lucas Euangelista docet hæc signa fore sensibilia, quibus visis homines *arescent præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi*. Non igitur rectè exponuntur de effectibus spiritualibus qui nec videntur, nec magnum solent hominibus timorem inijcere. Neque

Luc. 21.

Neque huic litterali expositioni obstat, quod dies iudicij, vt ait Paulus, *sicut fur in nocte ita veniet.* Hoc est, *subitò & ex insperatò*, vt Ambrosius loquitur, *apparebit.* Si autē præcessura essent hæc signa, qui homines redderent certos diem Domini iā esse in ianuis, non ingrueret vt fur, illis in pace & trāquillitate existentibus. Hoc inquā non obstat: nā vt rectè Oecumenius respōdet: Ex signis iudicij potest colligi appropinquare finē mūdi, nō tamē certa dies & hora aduētus Domini præcognosci. 1 Theß. 5. Amb. ad Theß. 5. Oecum. 1. ad Theß. 2.

Idem de 45. illis diebus, quos scriptura à morte Antichristi, vsque ad Christi aduentū futuros dicit, affirmari potest: nam vt loquitur B. Anselmus. *Vtrum completis illis quadraginta quinque diebus mox adueniat Dominus, an verò aliquantulum supersit temporis, omninò nescimus.* Ansel. 2. ad Theß. 2.

Quartum signum erit commotio virtutū cælestium, *virtutes cælorum mouebuntur.* Per virtutes cælorum imprimis astra ipsa possunt intelligi, quæ ab Hebræis *virtutes cælorū*, quod ijs vis insit in hęc inferiora influendi appellātur. Commouebuntur, quippe aliter mouebūtur, & ad influendū applicabuntur: Vel certè ob defectū luminis, vel ob diuersum motum, aut ob coniunctiones insolitas diuersā etiam sortientur influentiā. Et hæc expositio valdè probabilis est. Cui subscribunt Ians. & Sotus. Ians. c. 128 concord. Sot. in 4. dist. 46. q. 2. art. 2.

Secūdo per virtutes cęlorū, quos Philosophi orbiū cęlestiū motores appellant, signari possunt, qui cōmouendi sunt, quia præter cōmunē naturæ cursū cælos mouebunt, & diuersas ec-

ecclypses, & tenebras in sole, & luna, & planetis producent.

Tertio per virtutes cælorum ipsos Angelorum exercitus possumus intelligere, vt Hieron. in Matthæum exponit, & Eusebius Emissenus Hom. in Dominicam 2. Aduent. Qui commouendi sunt motu admirationis & quasi timoris reuerentialis respectu Iudicis, videntes scilicet tantam rerum mutationem, & diuini iudicij seueritatem. Sic interpretantur B. Chrys. hom. 35. in Matth. & ibidem Theophylactus, Oecomenius & Beda. Et Aug. ser. 130. de tempore. *Sicut Principe iudicante,* inquit, *non solum rei, sed & officia quæ nihil sibi conscia sunt, timore & tremore comprehenduntur propter iudicis terrorem: ita & tunc cum genus humanum iudicabitur, etiam cælestes ministri pauebunt & terribili apparatu de iudicis intuentis horrenda formidine contremiscent.*

Vel dici potest Angelos esse cōmouendos, vt sint ministri diuinæ iustitiæ, quorum virtute fient omnes illæ mutationes prodigiosæ in cælis ac elementis, mouebuntur itaq; motu vindictæ respectu damnandorum, & motu obedientiæ eorum respectu quæ ad iudicium pertinent.

Vel denique mouebuntur secundum locum, quia vt afferunt DD. ordines superiores Angelorum primę & secundæ Hierarchiæ nō mittuntur in hunc mundum: Christo autem ad iudicium adueniente mouebuntur omnes.

Hinc

Hinc B. Chryſ. *Quod ſi*, inquit, *cum Rex terrenus exit in expeditionem omnes dignitates exercitus concitantur, & ciuitas feruet, quanto magis Rege cæleſti exeunte ad iudicandum viuos & mortuos.* Hæc de ſignis cæleſtibus.

DE SIGNIS, QVAE ANTE iudicij diem, in cæteris rebus ſenſibilibus futura ſunt.

QVintum ſignum erit commotio quædã præter modum & turbatio in hominibus, qui præ nimio timore, & exſpectatione eorum, quæ ſuperuenient toti orbi areſcent. Et quid tandem ſuperueniet vniuerſo orbi? Reſpondet Iſaias 3, cap. *Dominus veniet ad iudicium. Erit*, igitur & in terris preſſura gentium, q. d. non tantum in cælo, ſed & in terra homines anguſtiâ percellentur maxima: nam ſupernâ orbis parte ita pugnante, non erit inferioris creaturæ opera remiſſior.

Terra fragoribus, & tremoribus maximis agitabitur. Hinc Pſalm. 96. *Commota eſt terra à facie Domini.* Et Iſa. cap. 13. *Mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.* Et mirabilis ille futurus eſt terræ motus, quem B. Apoſtolus in ſua Apoc. hiſce verbis deſcribit: *Et terræ motus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt ſuper terram.* *Apoc. 16.*

Illud verò admirabilius est, quod statim de eodem terræ motu subiungit: *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti*: quod varijs quidem modis potest exponi, nullum tamen est incommodum, si ad litteram, vt sonant intelligantur: cum etenim terræ elementũ post iudicium sit perfectiori modo & figura constituendũ, mirũ nõ est si ante modo inusitato, ac stupẽdo, incipiat commoueri, quo & maxima pars hominũ interimatur, & pereat, & superstites ingenti tremore concutiantur.

Sextum signum erit conturbatio maris præter solitum cursum: *Præ confusione sonitus maris, & fluctuum:* nam terra, atque illius partes, montes, & valles, & tumulos æmulabitur in pæna impijs interroganda, mare, cuius tantam perturbationem prædicit Christus, vt exarescant homines, ex timore. mare etenim plus solito fremet, horrendeq; commouebi-
Psal 62. tur. Tunc *conturbabit Dominus profundum maris,*
Psal. 92. *sonum fluctuũ eius*, futuræq; sunt tam *mirabiles elationes maris*, vt homines in præcipitẽ se fugam sint coniecturi ob nouã & inauditã maris & fluctuum agitationẽ & perturbationẽ. Vnde huc etiam spectant, quæ B. Ioannes refert de duobus Angelis, qui *effuderunt phialas suas in*
Apoc. 16. *mare, & in flumina, & fõtes aquarũ, & factus est sanguis, & omnis anima viuens mortua est in mari.*

Aer non mitiorem se exhibebit, nam in eo frequentissimæ erunt metheologicæ impressiones, tonitrua, fulgura, inusitati motus, qui in ventis fient, magna aeris inclementia, tene-

bræ,

bræ, & alia ostenta inusitata & funestissima, quibus homines timore corripientur, & consternabuntur.

Inter signa ad elementum aeris pertinentia, poni potest signũ crucis, de quo Christus: *Et tunc parebit signum filij hominis in cælo*, nimirum aereo. De signis in aere futuris loquitur Sapiens, in hunc modum: *Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insistent, & à petrosa ira plenè mittentur grandines.* Similia habentur in Apoc. B. Ioannis cap. 16. *Matt. 24.* *Sapient. 5.*

Ignis etiam ille elementalis turbabitur, & plus iusto vehemẽs erit, vtpote, qui vt ait Propheta, *in conspectu Domini exardescet, & in circuitu eius tempestas valida*, & ante ipsum præcedens, *inflammabit in circuitu inimicos eius.* Ipse quidem Dominus (teste Basilio magno) *facta per ignem mundi purgatione, diuidet calorem à splendore, totumque calorem mittet ad regionem damnatorum, vt quam antea amplius crucientur; & totum splendorem ad regionem beatorum, vt quam antea amplius iucundentur.* *Psal. 49.*

Sed quia huiusmodi ignem, atq; vsum eius & effectum præcipuè futurũ arbitramur factâ hominũ resurrectione finitoq; iudicio, nullũ speciale signũ in hoc elemento futurũ videtur præter exhalationes ignitas, fulgura & fulmina, quæ frequentissimè diebus illis nouissimis coruscabunt, & in tanta multitudine & magnitudine, vt sint homines ingenti pauore cõcussura. De hoc signo multa possunt exponi, quę scribit B. Ioannes Apoc. c. 16.

De iride opinio.

Sed hic prætereunda non est eorum opinio, qui arbitrantur per quadraginta annos ante generalem mundi conflagrationem, & diem iudicij nunquam apparituram esse in cælo iridem. Auctor historiæ ecclesiasticæ eam his verbis commemorat: *Tradunt et am quod quadraginta annis ante iudicium, non videbitur arcus cœlestis, id quod naturaliter etiam ostendit desiccationem aeris iam esse inceptam.*

In l. Gen, cap. 33.

Fundamentum huius opinionis videtur esse quod generalis orbis deflagratio fieri non possit, nisi præcedente summa aeris siccitate, & immensa exhalationum siccarum copia: tantum verò materiæ siccæ, quantum opus est ad generationem illius incendij non nisi longissimo tempore, nec minore, vt visum ipsis est, quadraginta annis comparari posse.

At nullo negotio hoc refellitur deliramētum, nec enim incendium illud per causas naturales efficietur, cum futurum sit supernaturale opus diuinæ omnipotentiæ, Deinde par videtur ratio generalis diluuij & generalis incendij, sed præparatio materiæ ad generationem diluuij breuissimo tempore pręgressa est ipsum diluuium: ergo ista præparatio materiæ siccæ ad generationem incendij per quadraginta annos non erit necessaria. Satis hanc sententiam explodit Christus quando dicit: *Sicut in diebus Noe, ita erit aduentus hominis, &c.* Et B. Paul. *Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus,*

1 ad Thess. c. 5.

Quo-

Quomodo etenim pax & ſecuritas,quomodo tam iucundus & lætus vitæ ſtatus eſſe poſſet,ſi tanta & tam diuturna foret ſiccitas?

Septimum & vltimum ſignum erit timor vniuerſalis in toto orbe, quo homines corripientur, & ſuſpenſi quadam exſpectatione malorum futurorum exareſcent. Hoc Lucas ſatis exprimit, dum ait: *Areſcentibus hominibus præ timore.* At hoc ſignum effectus potius eſt ſignorum,quam ſignum,talis ſiquidem timor ex ſignis exorietur præcedentibus. Et quia hoc ſignum quinto ſigno à nobis expoſito non admodum abſimile eſt, nõ eſt quod diutius huius explicationi immoremur.

Ex dictis liquido conſtat,quod ante nouiſſimum Domini noſtri Ieſu Chriſti aduẽtum, & horrendum tremendumque iudicium, varia in omnibus creaturis antecedent ſigna & prodigia: nec mirum, vt enim in omnibus animalibus morti vicinis, ex oculis & alijs mẽbris mortis deprehenduntur indicia: ita hic mundus vicinus ſuæ conſummationi & interitui,varia præmittet in ſole & luna,tanquam in oculis ſuis, & in elementis tanquam in mẽbris,ſigna & horrenda prodigia,quorum terrore conſternabuntur homines, ac pænè exanimabuntur. In hunc ſiquidem finem tam in cœlis, quàm in elementis ſigna futura ſunt omnia,nimirum vt de hominibus vindicta ſumatur,& vt terrore concutiantur.

De ſignis in animalibus, plantis,ac mixtis ſub illud nouiſſimum tempus futuris paulò

 poſt

post tractabimus. Prius verò aliud cœleste signum, quod post prædicta futurum insinuat B. Ioannes Apoc. 6. à nobis paucis exponendum est. sic enim ait: *Et cœlum recessit sicut liber inuolutus.* his similia apud Isaiam cap. 34. habentur: *Tabescet*, ait, *omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli*. Hæc autem ad signa iudicij referunt Hieronymus & Cyrillus ibi. Tertullianus lib. contra Hermogenem, cap. 34. August. in confess. cap. 15. & alij. Dicit itaque propheticum oraculum, quod *tabescet omnis militia cœlorum*, omnes siquidem stellæ, quas hic *militiam cœlorum* appellat, obscurabuntur, vt explicuimus.

Quid verò sit *cœlos complicari, & recedere*, metaphora est perdifficilis & perobscura. Erit tamen facilis, si verba hæc non ad signa futura ante, sed post iudicium, referantur: nam hoc modo *cœlum recedere, & complicari*, vel dissolui erit, vel certe cessare à suo vsu, & ministerio: quæ tunc amplius non mouebuntur, nec in res influent sublunares. Vt enim librum, quem iam euoluimus & perlegimus, complicare solemus, ac eundem in suo loco reponere: ita cœlum complicandum dicitur, quia scilicet eius cessabit vsus, & ministerium.

Quod si hæc verba signis iudicium præcurrentibus adiungantur, nullum nouum signũ his denunciatur, sed nouâ metaphora id explicatur, quod dictum fuerat verbis superioribus. Dicitur quippè, *cœlum recedere & inuol-*

ui, quia & tenebrosum erit, & suum intermittet ministerium. comparatur libro inuoluto, vt enim in libro clauso nihil legi potest: ita ex astris & signis cœlestibus nihil tunc de rerum mutationib. colligi, nihilq; poterit cognosci.

Porrò hic inspectius rimandum est, vtrum illa signa, quæ iam à nobis sunt explicata, sint futura ante vniuersalem hominum interitũ, & generalem resurrectionem, an verò post illam? non vnum & idem hac in re concinunt DD. B. Aug. arbitratur hæc signa futura in ecclesia durante ipsa Antichristi persecutione. Huic adstipulatur Lactant. nam licet hæc signa non metaphoricè, vt B. Augu. sed propriè de sensibilibus intelligat, tamen sentit ea futura ante interitum Antichristi. *Epi. 80 ad Hesych.* *Lact. li. 7. cap. 16.*

Alij in eam opinionem deuenêre, vt existimẽt signa illa futura post resurrectionẽ generalem in ipso Domini aduentu. Videtur hæc sententia textu euangelico consentanea; nam immediatè post hæc verba: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum*, subdit Christus: *Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo.* Hoc autẽ signum non apparebit, nisi post resurrectionẽ ipso Domino iam aduentante: ergò neq; prædicta signa. Simul enim, & in eodem contextu omnia prædicuntur, & immediatè post illa subiungitur: *Et tunc plangent omnes tribus terræ.* hoc est, reprobi qui in terra manebunt. Iusti siquidem tunc *rapiẽtur cum Christo in aera.* Igitur hæc omnia signa post resurrectionem in ipsomet Christi aduentu complebuntur. *Matt. 24.*

His

His non obstantibus eorum sententiam, vtpotè veritati magis cōsonam, amplectimur, qui asserunt hæc signa futura hominibus adhuc vitam & spiritum ducentibus, nimirum post necem Antichristi ante generalem resurrectionem & aduentum Christi nouissimum. Huius opinionis veritas fit perspicua ex illis Lucæ Euangelistæ verbis: *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi*; cum siquidem hæc signa futura sint causa angustiæ & anxietatis, quâ confligebuntur homines, ipsis hominibus adhuc viuentibus ante generalem resurrectionem obueniant necesse est: nec enim peractâ resurrectione generali opus est signis quibus exterreantur, aut consternantur. Expressa etiam sunt Christi verba: *Cum videritis hæc fieri, scitote quia propè est in ianuis.*

Rursus durante Antichristi persecutione, vsque ad mortem & resurrectionem Eliæ, & Henoch, nondum erunt inchoata signa iudicij, quæ peccatores tremore prosternant, vt ex vndecimo Apocal. capite clarum sit & manifestum: sed potius, *cùm dixerint pax & securitas, tunc eis repentinus veniet interitus.* Quam parum itaque roboris habeat B. August. sententia, hinc satis fit perspicuum. Simul etiam retunditur B. Hieronymi, Chrysost. ac Eusebij Emisseni sententia, qui opinati sunt hæc signa futura post resurrectionem generalem in ipso aduentu Domini.

1. Thess. 5.

Nec refert quod apud Matthæum hæc signa

na simul cum alijs coniungantur, quia non oportet, vt quæ simul narrantur, simul etiam fiant, præsertim cum prius Matthæus dicet, venturum Christum cum virtute & maiestate, & postea subiungat: *Et mittet Angelos suos cum tuba, &c.* cum tamen hoc non sit futurum post aduentum Christi, sed ante. Ex ordine ergò narrationis non potest colligi ordo executionis, sed ex alijs locis, ac coniecturâ ex ipsis rebus sumpta coniijciendus est. Matt. 24.

Confirmari etiam potest hæc sententia ex verbis Ioelis cap. 2. *Sol*, ait, *conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus* Nam Propheta dicit, hæc signa futura antequam veniat dies iudicij, qui dies Domini *magnus & terribilis* appellatur. Quem locum DD. de signis iudicij cælestibus, de quibus Christus locutus est, communiter interpretantur & intelligunt.

Sed quid de quindecim illis signis, quæ etiã in nouissimis diebus futura dicũtur, & de quibus Scholastici in 4. dicendum? Horũ signorũ meminit Eusebius Emissenus Hom. in dominicã secundã aduentus, & ait in annalibus Iudæorũ scripta referri. Postquã verò ea retulit subiungit: *Nos tamen ijs quidem auctoritatem non damus: ideò verò scripsimus, quia Euangelij verbis conuenire videntur.* D Tho. dist. 48. q. 1. art. 4. Sotus dist. 46. q. 2. a. 1

B. Hieron. diligentissimus scripturarũ, ac historiarũ lector & interpres, asserit se in annalibus Hebræorũ quindecim hæc reperijsse signa diem seculi nouissimã, in qua Dominus

De 15. signis futuris ante finem mundi. ad iudicandum venturus sit, præcurrentia, ac post Antichristi interitum, nempè ante ipsam nouissimam diem futura, quamuis nō exprimat an continua sint futura, an verò interpolata. Et quia testāte Euseb. Emiss. *euangelij verbis conuenire videntur*, non abs re fuerit paucis percurrere. hæc autē signa 15. diebus ante diem iudicij hoc ordine dicuntur processura.

Signū 1. Prima die mare insolitis fluctibus & procellis agitabitur, ac quadraginta se cubitis super altitudinem montium eriget, suoq; in loco non secus atque mare rubrum, aut murus quispiam staturum est. Id signum tangit Propheta, dicens: *mirabiles elationes maris*. Nec hoc signum verbis euangelij repugnat, cum ipsa afferat veritas, futuram tunc esse gētium pressuram *præ confusione maris & fluctuum*. hoc autem fiet in pœnam, & terrorem eorum, qui cristas tollunt, & fastu nimio intumescunt. *Cor siquidē superbi, est quasi mare feruēs, quod nō quiescit.*

Exod. 14.

Psal. 92.

Matt. 24.

Signū 2. Secunda die inundatione illâ, cuius sine dubio tot aquarum alluuies, quæ nostris contingunt tēporibus sunt prænunciæ, peractâ, aliud futurum est signū: nimirum ipsum mare vsq; adeò descendet ac decidet, vt quasi inuisibile sit futurum. Sic olim aquæ, quę tempore diluuij 15. cubitis super omnes mōtes excreuerāt, ita paulò post imminutæ sunt, vt terræ superficies prorsus fuerit exsiccata. fiet autem tunc de integro verū, quod se olim Dominus promisit facturum, dicens: *Ecce increpatione mea desertum faciam mare, & ponam flumina in siccū.*

Isai. 50.

Et

Et hoc in signũ, quod arrogantes & fastuosi, qui præ se nemině tulerunt, tunc depriměťur, quippè *omnis qui se exaltat humiliabitur.* *Luc.* 14.

Tertia die monstra & beluæ marinæ congregabuntur, & stantes super aquas, aut cum fluctibus in terram irrumpentes, vlulabunt, rugitumque ad cœlum vsque, quasi ruinam huius mundi longè calamitosissimam deplangentes, dabunt. Id quod per Prophetam Deus Ezech. 83. videtur insinuasse, dicens: *In die illa erit commotio magna super terram, & commouebuntur a facie mea pisces maris.* Qui deinde prophetante Isaia cap. 50. *computrescent sine aqua, & morientur in siti.* Vt nimirum terrore prosternantur, qui plus æquò choreis oblectantur & cytharis. Signũ 3.

Beluis & piscibus ita propter deficientem maris aquam mugientibus, incipient & mare, & aqua fluctuans miro sanè modo præter naturam conflagrare, surgentq; ignea flumina ab occidente vsque ad orientem, contra faciem firmamenti fluentia. Sic tunc illud Danielis cap. 7. complebitur: *Fluuius rapidus igneusq; à facie eius egrediebatur.* Simile pene contigit temporibus Loth, Gen. 19. quando pluit igne sulphureo & piceo. Et de Antichristo scribitur Apoc. 19 quod sit in stagnum ignis ardentis & sulphuris deturbandus. Et hoc in opprobrium effœminatorum & adulterorũ, qui igne ardebunt & sulphure. Apoc. 21. Signũ 4.

Quinta die etiam horrendum futurum est signum: nam herba, plantæ & arbores rorem emit- Signũ 5.

emittent sanguineum. Et tunc complebitur, quod per Prophetam Dominus prædixit futurum Ioelis 2. *Antequam veniet dies Domini magnus & horribilis, dabo prodigia in cœlo, & in terra sanguinem*. hoc in terrorem homicidarum, qui ex vindicta proximis vitam ademerunt, vel vulnera inflixerunt.

Signū 6. Haud sanè nimis horribile signum sexta die futurum est, palatia siquidem, oppida & vrbes corruent, ac fulmen ignis ab occasu ad orientem contra cœlum exurget. Omnes et á montes & colles in puluerem redigentur, vt quondam tempore Loth factum legimus, quando quinque ciuitates, earumque ædificia cuncta in cinerem redacta sunt, corruerunt, subuersaque sunt vniuersa, vt videre est Gen. 18. & 19. Et quamuis hoc signum in scripturis tam veteris quam noui testamenti non facilè reperiatur expressum, tamen Apocalypsis Ioannis nonnulla habet haud ab isto signo discrepantia. Et fortassis Hebræi hæc ex libris sacris, qui bellorum, incendiorum, & id genus malorum iniuriâ, prout testantur aliqui Historici, deperière, deprompta posteris tradiderunt. Hoc autem eueniet, vt eos terror corripiat, qui extruendis magnificis ædificijs, arcibus, ædibus, nimis fuerunt intenti, & plus terrena ædificia, quam cœlestes mansiones dilexerunt.

Signū 7. Septima die non citra horrorem saxa saxis, montes montibus collidentur. Et licet simile prodigium fuerit Christo in cruce mortuo,

illud

illud tamen tantum in Iudæa contigisse placet permultis. At quod sub finem fiet seculi vniuersale, ac in toto futurum est orbe, ac multo terribilius illo. Et hoc in terrorem obstinatorum, quorum corda saxis duriora nec timor aut amor emollire possunt. *Luc. 23. Origen. tract. 35. in Matth. & alijs.*

Collisis ita petris, terra motibus concutietur insolitis, de quibus Apoc. 20. & quibus lapides disrumpentur, cunctaque animalia prosternentur. Imo tam ingens futurus est motus ille, vt habetur in Apocalypsi, vt tantus nō fuerit ex quo homines fuēre super terram, fiet vt multa hominum millia tanto terræ motu sint peritura, ac ciuitates etiam maximæ ruinam & desolationem passuræ. In signum, quod terra peccatores renuat portare, aut abscondere. Signū 8. *Apoc. 15.*

Quiescente terræ motu, nona die montes vallibus æquabuntur. Id quod apertis verbis significare videtur B. Ioannes in sua Apocalypsi, quum prædicit omnem tunc montem, & insulas suis locis disturbandas. Signū 9. *Apoc. 6.*

AEquatis solo montibus, homines qui prius pauore signorum terribilium attenti in scissuras petrarum & in saxorum cauernas, attestante Propheta ingressi erant, & se in eas abiecerant, erumpent ex ijs tanto timore & stupore consternati, vt quasi elingues sint ac amentes futuri. Signū 10. *Isa. 2.*

Vndecima die mortuorum ossa carnem resument, vt adsint ad iudicium, stabuntque super sepulchra, quemadmodum nouimus fa- Signū 11.

ctum tempore passionis Dominicæ, hoc futurum præuidit Ezechiel Propheta: *Facta est,* ait, *super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & dimisit me in medio campi, qui plenus erat ossibus, & circumduxit me per ea in giro. Erant autem multa valde, siccaque vehementer.* Et paulò post: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris, & dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, faciam vos requiescere super humum vestram.*

Luc. 23. Ezech. 37.

Signũ 12. Die duodecima stellæ comas igneas ex se terribiliter emittent, & de cælo cadere videbuntur, quum tot, ac tantæ exhalationes calidæ, ac igneæ scintillationes producentur in aere, vt illis deficientibus, ac descendentibus, homines stellas cadere sint opinaturi. Hoc signum futurũ auctor veritatis confirmat dicens: *Erunt signa in sole, & luna & stellis, virtutesque cælorum mouebuntur.* Ac de illo B. Ioannes in sua Apoc. cap. 6. *Et ecce, magnus terræ motus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, quum à vento magno mouetur.*

Luc. 21.

Signũ 13. Tertia decima die vita priuabuntur homines quotquot tũc in viuis adhuc erũt, quippè *statutum est omnibus hominibus semel mori,* vt scilicet paulò post cum mortuis resurgant. Et quamuis quidam negent, homines iustos, qui

Hebræo 9.

tunc

tunc temporis vixerint, esse aut morituros, aut resuscitandos, sed solum immutandos seu transformandos: Eorum tamen lubentius addo sententiæ calculum, qui tenent omnes homines iustos verè, ac propriè esse resurrecturos, & consequenter prius esse morituros, locutiones siquidem scripturæ de mortis necessitate generales sunt, & nulla est sufficiens ratio, vel auctoritas ad exceptionem eiusmodi faciendam. At disputationem hanc, ne, vt dici solet, *extra chorum saltare*, videar Scholasticis, ad alia festinans discutiendam relinquo.

Quarta decima die cælum, & terra, hoc est, superficies aeris & terræ incendetur & igne consumetur: nam vt testatur veritas: *Cælum & terra transibunt*: Nimirum vniuersa mundi machina cum toto humano genere transitura est, & per ignem peritura. His subscribit B. Petrus cap. 3. *Adueniet autem dies Domini*, ait, *sicut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur*, terra autem & omnia quæ in ipsa sunt opera exurentur. Signũ 14. *Matt.* 24.

De hac etiam totius orbis conflagratione loqui videtur B. Ioannes, in sua Apoc. cap. 20. quando dicit ignem descendisse à Deo de cælo, & deuorasse eos, & Diabolum, qui seducit eos missum esse in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia, & Pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

signũ 15. Quinta decima die cælum nouum futurum est,& terra noua, statimque quotquot à mundo condito vsque ad nouissimum eius diem vixerunt homines, resurrecturi sunt.
Isa.65. De hoc signo sic Dominus per Isaiam: *Ecce enim creo cælos nouos, & terram nouam.* Transibunt igitur cælum & terra non in substantia,
2.Pet.3. sed in qualitate & forma. Sic B.Petrus: *nouos cælos & nouam terram iuxta promissa ipsius exspectamus.*

Hæc sunt quindecim illa signa & prodigia terribilia,tremenda ac horrenda,quæ secundum annales Hebræorum,quos diuus Hieronymus inuenisse traditur, nouissimum Domini aduentum & iudicium, adeoque finem & consummationem seculi præcessura sunt. Quibus fidem minimè esse adhibendam plerique volunt, quod Beatus Hieronymus ea potius recitatione, quam assertione describat, nec ex propria ea referat sententia, sed ex Apocryphis quibusdam Iudæorum annalibus.

Præterea ea reijciunt,quod nec scripturæ vt iunt, nec Christi auctoritate probentur. Non Christi, nam enumeratis his, quæ exposui-
Matt.24. Luc.21. mus signis statim adiungitur: *Cum hæc fieri videritis, scitote quia prope est in ianuis.* Completis igitur his signis fiat iudicium necesse est.

Deinde cum sint quindecim signa, & futura sint quindecim diebus continuis, sanè his præcognitis, etiam diei nouissimi præscientia

entia poſſet haberi, quod quam ſit abſurdum conuincit au&toritas Chriſti. *De die autem illa nemo ſcit.*

Incompertum ſiquidem eſt, vtrum expletis illis ſignis à Chriſto prænunciatis ſtatim ſit futurum iudicium: nam apud Matthæum dicitur: *Cum hæc videritis, ſcitote quia prope eſt.* Et apud Lucam: *His fieri incipientibus leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra:* Et tamen completo ſigno quinto decimo nõ poſſet non eſſe, nullâ interpoſita morâ, iudicium, cum dicantur omnes homines tunc reſurrecturi.

At rationem hanc labefactant ij, qui arbitrantur quod hæc quindecim ſigna omnino ſunt finem & conſummationem ſeculi præceſſura, nam vtrum ſigna illa continua, an verò interprolata & diſcontinua eſſe debeant, non expreſſit B. Hieronymus. vnde quantum temporis inter quartum decimum ſignũ v.g. & quintum decimum interfluere debeat, nulli hominum poteſt eſſe manifeſtum. Itaque in eam deuecti ſunt opinionem, vt hæc quindecim ſigña & prodigia non veriſimilitudinem dumtaxat magnam, ſed & manifeſtam certitudinem, tum ex ſcripturis, tum etiam ex exẽplis; nã ſimilia alias his ſignis obtigiſſe in confeſſo eſt, habere exiſtiment. Adde quod vt aſtruit Euſebius Emiſſenus, hæc ſigna, *Euangelij verbis conuenire videantur.* Sed liberum alijs hac in re examen relinquo. Quod tamen ſacris ſcripturis conforme dignoſcitur, vel ijs

Frider. Nauſea de nouiſſ. Chriſti aduentu cap. 3.

conuenit aut non contradicit, etiamsi in ijs non sit euidenter expressum, nihil periculi esse videtur, si ea saltem pro admodum verisimilibus accipiamus. Et sanè, quæ de 15. istis signis scribuntur, quàm benè cum ijs quæ Sibyllinis oraculis ac SS. PP. scriptis, in nouissimis illis temporibus futura prænunciantur, paulò post luculenter constabit. Dubitari nequit, quin à mundo condito plurima sint & facta, & conscripta, quæ perierunt, ac etiam plurima sint, quæ litteris non sunt consignata, sed quasi per manus ad posteros deuoluta. Id quod de nouo testamento theologus ille, Deo dilectus B. Ioannes in sui euangelij calce testatur. Quod dico propter eos, qui nihil fide dignum esse putant, nisi sacris litteris apertè habeatur expressum.

DE ALIIS SIGNIS, QVAE in plantis, animalibus, in mixtis, ac malorum agmine, quibus in tempore nouissimo opprimetur orbis.

Matt. 24. *Luc. 21.* Signis illis fieri incipientibus, quæ à Christo sunt Apostolis prænunciata, illud nobis certò persuademus, & firma cogitatione teneamus, formidandum prorsus futurum esse certamen, quod pro iustitiâ contra iniustos, orbis terrarum, atq; vniuersa simul creatura suscipiet: *Vt qui in cunctis deliquimus*, sic disertè loquitur Beatus Gregorius, homilia trigesima quinta, *in cunctis feriamur, & qui cunctorum Regem cuncta nobis largientem ingrati offendimus,*

dimus, cunctorum aduersum nos conuersa tela sentiamus.

Iram Dei atque vindictam, quæ tunc penitus effundetur in peccatores, satis indicat scriptura: *Armabit*, sic minatur, *Deus creaturam in vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Sopho.x.

Non possunt non omnes armari creaturę, non possunt non terribilia & horribilia mala exundare, quæ mox diem illam omnium terribilissimam futuram sint denunciatura. *Diem* dico *iræ, diem tribulationis & angustiæ diem calamitatis & miseriæ, diem caliginis & tenebrarū.* Hęc est ipsa dies cui propter ineffabilem calamitatem Propheta Ioel cap. 2. perhibet non fuisse similem à principio, nec similem futuram vsque in annos generationis & generationis.

Luctuosa fuit, terribilis, ac horrenda dies, quâ totus mundus alluuie absorptus, perijt: ipsa tamen non nisi quæ extra arcam erant, absumpsit, non nisi præsentes & viuentes suffocauit. Genes. 6. & 7. At ingruente illa caliginis & tenebrarum die, *aduocabit Deus cœlum di∫cursum, & terram discernere populum suum.* Iudicabit omnes gētes, tribus & linguas, præteritos, præsentes, & futuros, ab origine mundi ad finem vsque, horrenda illa, ac nouissima dies.

Immanis illa dies fuit, quâ Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, Bale, quæ & Segor, quâ vniuersa illa regio sulphure & igne supernè immisso conflagrauit, perijt, prostrata est. Sed Gen 19. Sap. 5.

Aer, terra, salum, lux ignis feruida, cœli
Cardo, dies, noctes, concident omnia in ignes,
Et fiet species quam desertissima rerum:
Omnia namq; cadent lucentia sydera cœlo,
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt.
Omnibus & tellus animantibus orba iacebit,
Non homines edent vocem, volucresve ferave:
Confusus solitum sonitum non audiet Orbis,
Sed magnum sonitum reddet maris vnda minacis,
Et trepidi cuncti morientur in æquore pisces,
Nec sulcabit aquas iam pondere nauis onusta,
Mugitumq; dabit de bellis terra cruenta,
Humanæq; animæ frendebunt dentibus omnes,
Vexabuntq; malos vlulatus, atq; timores,
Cædibus, atq; siti, fame, pesteq; cadentes.

Addamus his quod scribit Lactantius, lib. 7. cap. 16. *Tum verò*, inquit, *detestabile atq; abominandum tempus existet, quo nulli hominum sit vita iucunda. Euertentur funditus ciuitates, atq; interibunt, non modo ferro, atque igne, verum etiam terræ motibus assiduis, & eluuie aquarum, & morbis frequentibus, & fame crebra.* Mala quibus in nouissimis opprimetur orbis.

Aer enim vitiabitur & corruptus ac pestilens fiet, & modo importunis imbribus, modo inutili siccitate, nūc fragoribus, nunc æstibus nimijs, nec terra homini dabit fructum, nec seges quicquam, non arbor, non vitis feret: sed cum flore spem dederint, in fruge decipient. Fontes quoque cum fluminibus arescent, vt ne potus quidem suppetat: & aquæ in sanguinem, aut amaritudinem mutabuntur: propter hac deficient, & in terra quadrupedes, & in

aere volucres, & in mari pisces.

Prodigia quoque in cœlo mirabilia mentes hominum maximo terrore confundent. & crines cometarum, & solis tenebræ, & color lunæ, & cadentium syderum lapsus. nec tamen hæc vsitato modo fient sed existent subitò. & ignota & inuisa oculis astra: sol in perpetuum fuscabitur, vt vix inter noctem diemq́; discernatur. Quia iam non tribus deficiet horis, sed perpetuò sanguine offusa meatus extraordinarios peraget. Stellæ verò creberrimæ cadent, vt cœlum omne cœcum sine vllis luminibus appareat. Montes quoque altißimi decident, & planis æquabuntur. mare innauigabile cõstituetur. Tum verò per iram Dei aduersum homines, qui iustitiam Dei non agnouerunt, sæuiet ferrum, ignis, fames, morbus, & super omnia metus semper impendens.

Tunc orabunt Deum, & non exaudiet, optabitur mors, & non veniet, nec nox quidem requiem timori dabit, nec ad oculos somnus accedet; sed animas hominum sollicitudo, ac vigilia macerabit: plorabunt & gement, & dentibus stridebunt, gratulabuntur mortuis, & viuos plangent.

His & alijs plurimis malis solitudo fiet in terra, & erit deformatus orbis atque desertus. quod in carminibus Sibyllinis ita dicitur:

Ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων. Hoc est, mundus erit sine ornatu pereuntibus hominibus. ac si diceret: erit ornatus sine ornatu. Quippè mundus cœpit appellari à mundo, quod Græci κόσμον vocitant, hoc est ornatum: Deus siquidem sapientissimus, sic

sic ipsum, & quicquid in eo est, numero, mensura, & pondere, perfectè, absolutè, mundè, eleganterq; formauit, vt eo vix aliud esse possit mundius, aut pulchrius, vel ornatius.

In his verò malis & calamitatibus, quæ tum à Sibyllis, tum à Lactantio enumerantur & prænunciantur, in extremis illis temporibus futuræ, multæ sunt, quæ nostro, quamuis calamitosissimo seculo necdum obtigisse compertissimum est.

Sed quid impij & conscelerati homines in nouissima illa rerum omnium perturbatione, anxietate, & confusione facturi, quę animo pertractaturi sunt? Non dubium, quin multi fidem sint amplexaturi Christianam, prauos mores in candidos commutaturi, & tandem pœnitentiæ in tanto naufragio, tabulã arrepturi. At perplures nõ amore iustitiæ, sed pęnæ formidine hęc facturos esse nemo addubitârit

Tanto etiam metu consternabuntur plurimi, vt penè exanimati, vix de salute animæ fructuosa sint inituri consilia: de his quippè scriptum est: *In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*. Apoc.9. Et de omnibus hominibus dicitur: *absconderunt se in speluncis & in petris montium; & dicũt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedẽtis super thronum, & ab ira agni*. Apoc.6. Erit ergò tunc atteståte Christo, *in terris pressura gentiũ*, hoc est, męror, luctus, squalor, tremor, immẽsa angustia. *Arescentibus hominibus præ timore*.

Nec

In fine mundi deprauati futuri sunt hominum mores.

Nec est quod quis miretur, si omnium malorum congerie plenus futurus est mundus, nam etiam & tunc in statu morum mundus inuenietur corruptissimo, ac moribus deprauatissimo. nunquam enim homines vllis ab orbe creato retrò temporibus tot flagitijs, sceleribus cooperti extitére, vt erunt sub aduentum Christi: tunc enim hominum vitia atq; peccata ad plenum cumulum mensuramque peruenient, vt tunc verè fiat omnis recapitulatio iniquitatis, & vniuersa impietas in ipso tempore conglobetur.

Pulchrè Christus Matth.24. de eo temporum statu prænunciauit: *Abundabit iniquitas, refrigrescet charitas multorum.* & Luc.18.*Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Forsitan enim nomine fidei intellexit fidelitatem, veritatem, constantiam, morũ integritatem, synceritatem, hebraica phrasi, vt illud Psal.32.*Omnia opera eius in fide.*

Sed de his iam Patres differentes audiamus: Sanctus Hippolitus martyr, oration. de consummatione mundi, mores illius temporis describens, ait: *Hæc prænarrauimus, vt intelligatis cruciatum & perturbationem extremis futuram temporibus, omniumq; hominum inter se viuendi consuetudinem, inuidiam, odium, contentionem, pastorum in ouibus negligentiam, populi ergà sacerdotes animum immorigerum, ita omnes suo arbitratu viuent. Filij manus inijcient in parentes, vxor virum suum tradet in mortem: vir vxorem suam vt ream tradet in iudicium: Domini in ser-*

tos suos erunt inhumani: serui in dominos animũ gerent inobedientem: senis caniciem nemo reuerebitur: iuuenilis formæ nemo miserebitur.

Et paulò pòst: *In summa ex his qui Christiani videntur, tunc exurgent falsi Prophetæ, falsiq́; Apostoli, homines impostores, corruptores, malefici, mentientes alius in alium, adulteri, stupratores, rapaces, auari, periuri, detractores. Pastores fient quasi lupi, monachi expetent quæ sunt mundi, diuites animum expertem misericordiæ induent, pauperi non succurrent: Principes petentes miserationem, abijcient. Iudices iustum auferent ex iusto, muneribusq́; obcœcati iniustitiam probabunt. Quid narro quæ fient ab hominibus, cum ipsa etiam elementa ordinem suum sint negatura.* Hucusque S Hippolitus.

Sed vt ad ea signa de quibus nobis est sermo, reuertamur, nemo inficias ierit, quin ijs Christus interrogationi discipulorum de cõsummatione seculi satisfecerit: nam euangelicus contextus nobis Domini mentem dilucidè explicat. Commemoratis siquidem illis signis, protinus infert: *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli.* *Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.*

Sunt itaque signa hæc aduentum Christi præcedentia. Adde quod expresse hæc signa vocentur: sic enim Christus: *Erunt signa in sole, & luna, & stellis, &c.* Sed quod maximè hanc veritatem corroborat, apud Matth. & Marc. subiungitur: *Cum hæc videritis fieri, scitote quia propè est in ianuis.*

Neq; his obstat quod B. Aug. ep. 80. ad Hesy. dicit:

dicit. Hæc signa pertinere ad aduentum, quo quotidie in Ecclesiam venit, eamq; visitat spiritualiter: mysticus est enim sensus, quē non intendebat Christus, sed litteralem: quippè ab eo quæsitum erat: *Quod esset signum consummationis sæculi*: Hæc autem signa recenset, igitur de aduentu ad iudicium interpretandus est. His præsuppositis.

Probatur quod ex his 7. signis non posse præsciri dies nouissimus.

Tandem Antithesim nostram probemus: Nimirum quod ex his septē signis certitudo haberi nō possit diei nouissimi. Imprimis pro hac Antithesi est ipsa veritas, sic enim loquitur: *De die autē illa nemo scit*; Nec igitur signis potest præcognosci. Deinde his positis signis addit parabolā de patrefamilias, nesciēte quādo fur venturus sit ad domū effodiendam, & concludit vigilādum esse, *Quod nesciamus diē, quando filius hominis venturus sit*: Non ergo hęc signa denuntiant ipsum iudicij tempus.

Ad quid hæc signa?

At dicet quis si signa exploratum iudicij tēpus non reddunt, ad quid præcedunt? an superuacanea sunt? Respondent quidam, quod signa hæc tempus futuri Iudicij non præsignent, sed tantū de Iudicio futuro certitudinē afferāt, scilicet quod verè futurū sit iudicium. Sed si ita est, quid opus signis? Nonne ipsa Christi asserentis futurū esse iudicium, sufficit auctoritas? nonne Christum venturum, vt viuos & mortuos iudicet, non vi signorum, sed fidei virtute profitemur?

Signa hæc tempus iudicij impendere denunciabunt.

Verius itaque dicamus futura esse signa quæ instantis iudicij tempus prænunciabunt,

Hoc

Hoc clarè ex interrogatione Apoſtolorum pateſcit. *Dic nobis quando hæc fient, & quod eſt ſignum aduentus tui & conſummationis ſæculi?* Portendent igitur hæc ſigna aduentũ Chriſti inſtare, nec tamen determinatè certum ipſius diem aut horã præſtituent,& vtrumq; Chriſtus inſinuauit: Enumeratis etenim his ſignis, ne quis poſt multas annorum centurias, venturum Chriſtum ſibi perſuaderet, adiecit: *Ab arbore fici diſcite parabolam,&c.* Quaſi dicat, ne arbitremini mundum poſt hæc ſigna diu duraturum: nam citò veniet finis: *Prope eſt enim & in ianuis*. Et rurſus quia dixit, *in ianuis* eſt, ne quis opinaretur quod ſequenti die, vel hebdomada futurus eſſet dies iudicij, addidit: *De die autem illa nemo ſcit*, .i. ſciatis quod propè eſt,& tamen ex hoc non determinatur vobis hora.

His exploduntur illi, qui dixerunt ſigna quidem eſſe ad oſtendendum iudicij tempus; quia tamen multo tempore præcedent iudiciũ, ideo nõ deſignare illud, quod .n. propè, & in ianuis eſt, propinquitatẽ ſignat maximã.

At hæc poſitâ hac ſententia quid hominibus adferrent cõmodi ſigna? ſanè ſi ita res foret, iudicij timore nõ concuterẽtur, necſe puris mentibus ad recipiendum Iudicem diſponerent. Iiſdem rationibus ſubuertitur eorũ opinio, qui dicunt inexploratum eſſe, vtrum poſt illa ſigna diſtet, aut in proximo ſit orbis totius exterminatio.

Humanum, ita præſagit animus, ingenium

per

per se curiosum, & ea maximè sciendi auidum, quæ ab ipsius sunt facultate remotissima, non quiescit, excitatur, quærit quantæ quantitatis sit tempus inter signa, ac diem iudicij, Herculæus nodus, quid dicam? dicam quod sentio. ex verbis Christi non apparet positiuè, vt scholastico more loquar, quantum illud tempus sit: nec enim determinatum tempus exponitur; nec quantum sit reuelatione aut ratione cognoscitur. Apparet tamen negatiuè, quod tempus illud longum non sit, hoc est, tempus illud interiectum, nō erit ducentorum annorum, aut centum, aut quinquaginta, aut decem, sed nec fortassis trium, vel duorum: his siquidem completis signis statim affuturus Christi aduentus asseritur. Habet autem hoc scripturæ phrasis, vt aliquid non dicat statim futurum, nisi cum series ipsa rerū, vt alijs prænotauimus temporis etia quadam coniunctione cohæreat. At Christus dicit: *Cum hac videritis, scitote, quia prope est, & in ianuis.*

Inter hæc signa & iudicij diem quantum intersit tēporis.

Nec solum ex fine signorum, sed etiam ex principio eorum vsque ad diem iudicij modicum tempus interfluxurum ex D. Luca videtur elici: nam positis signis statim sequitur. *His fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.* Et ex capite 24. Matth. Item ex parabola illa: *Cum ramus fici est tene, &c.* Illud ipsum non obscurè colligitur: & apud Luc. 11. dicitur: *Scitotes, quia prope est regnum Dei.* Nec rationi disso-

Ab initio horum signorum vsque ad diem iudicii modicum tēporis futurum. *Cap.* 21.

dissonum videtur, parum siquidem vtilitatis adferent hæc signa, si illis completis post longa tempora futurum esset iudicium.

Sed obijciunt quidam illud Christi: *Prope est in ianuis*. Dei respectu esse intelligendum, cui multa nostra secula, breuissimum est interuallum, & ante oculos cuius *mille anni sunt tanquam dies hesterna quæ præterijt*. At dicendum est, non hic agi de comparatione temporum ad Deum, quia non solum mille anni, sed etiam vniuersa tempora suo instanti æternitatis permanente complectitur: sed de tempore vt nobis innotescit. Hæc namque signa proponuntur vt aliquam saltem futuri temporis iudicij præcognitionem habeamus.

B. etiam Aug. his quæ dicimus videtur reclamare, cuius ad Hesychium sunt hæc verba. *Epist. 80.* *Sic*, inquit, *Euangelium dicit: De die autem illa & hora nemo scit, tu autem dicis, Ego autem dico neque mensem, neque annum aduentus ipsius sciri posse; ita enim hoc videtur sonare tanquam non possit sciri quando venturus sit, sed possit sciri quâ hebdomada annorum, vel qua decade, tanquam dici possit, atque definiri inter illos septē annos, aut decem aut centum, vel quotlibet, seu maioris seu minoris numeri. Si autem hoc te non comprehendisse præsumis, hæc sentis quod ego.* Hæc ille.

Respondemus verum quidem esse, quod non determinetur hic tempus positiuè, sed negatiuè, vel priuatiuè, scilicet quod non erunt multi anni, & ideo non assentiendum

est ei in eo quod dicit de mille annis aut pluribus. Nam tempus illud interiectum, vt diximus, paucis annis circumscribetur.

Porrò omnibus his signis completis, omnium elementorum acerrimus ignis extremas partes obibit, ac veluti firmissimo robore creaturarum pro Deo pugnantium aduersus sceleſtos agmen claudens, impressione facta, funditus euertet & profligabit, sic prænunciat Petrus: *Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur: terra autem, & quæ in ea sunt opera, exurentur*. Et in Psalmo 96. *Ignis ante ipsum præcedet, &c.* Itemque Danielis 7. *Fluuius igneus rapidusque à facie eius egrediebatur.*

2. Pet. 3.

ANTITHESIS TERTIA.

Vt ex signis, de quibus iam dictum; ita ex scripturis non potest haberi certa diei consummationis seculi præscientia.

QVamuis huius Antithesis veritas ex ijs quæ in nostri tractatus priori parte dicta sunt, & maximè ex confutatione theseos 10. & 30. sufficienter elucescat: ex iam dicendis tamen illustrabitur explicatius; nec enim vna est scripturarum species, cum aliæ canonicę sint, quarum auctoritas est irrefragabilis, aliæ minimè; rursus canonicæ in scriptura-

Diuisio scripturę.

ras veteris, ac noui testamenti diuidantur, igitur breuiter & strictim de his agendum.

Scripturis veteris testamenti non potest haberi finis mundi præcognitio: nam qui legis illius antiquæ cognitione impensè instructi fuerunt, ad diei iudicij cognitionem potuissent assurgere; imò Apostoli ipsi huius cognitionem haud dubiè assequi potuissent, at illius prorsus ignari fuerunt, quippè dictum est illis: *Non est vestrum nosse tempora & momenta,&c.* *Act. 1.*

Ex scripturis ver. testam. nō potest sciri finis mundi.

Sed neque scripturis noui testamenti hoc sciri potest, cur hoc? quia contestantur diem illam à solo Patre sciri: nec quicquam de hac re,quam ignorabant, scriptis prodiderunt Apostoli.

Scripturis noui test. non scitur nouissimus dies.

Hinc luculentissimè deducitur, quod nec per Prophetarum oracula nouissimi illius temporis cognitio determinatè haberi queat, cuius tamen contrarium sibi persuadet Calculator: *nullus* enim *Prophetarum*, vt testis est D. Aug. ep. 80. ad Hesych. *determinatè omninò prædixit aliquod tempus* Christi aduentus: Prophetæ namq;, licet bona vel mala denunciant, non definiunt tamen tempora, & tunc maximè, quando res prænunciatæ nobis vtilitatis aliquid vel damni important, & quando Dominus intendit adimplere quod prænunciat: quia si non intendat id executioni mandare quod reuelat, sed tantum comminatoriè loquatur, tunc vtile est malum cum temporis

Oraculis Prophetarum nescitur vltima dies.

Prophetæ quando soleant tempora definire, & quando non.

præfinitione denunciare: nempe vt videntes tale malum impendere, resipiscant tandem, & ad cor redeant præuaricatores, vt Niniuitis contigit, quibus post. 40. dies euersio reuelata erat: At veternosas eorum culpas triduana pœnitentia abstersit.

Si igitur quod prænunciatur bonum est, & illud intendit facere Deus, non prædeterminatur tempus. Ratio est, quia fortè is, cui prenunciaretur propter temporis designationẽ deflueret in delitias, & omnium sese vitiorũ colluuione conspurcaret, & sic indignus redderetur illo bono, quod promissum erat, nec daretur ei eo tempore, quod à Deo præstitutum erat, malo etenim conferre bona liberalitatis est nimię.

Si autem non designatur tempus, etiamsi homo ipsa nequitiâ efficiatur nequior, licet eo tempore, quo malus est, tunc enim indignus est cui benè fit, non sit accepturus bonũ illud, dabitur tamen alio tempore, nimirum cum ad saniorem se mentem receperit. Expectat enim nos Deus vt misereatur nostri, & quod differtur non aufertur.

Præterea si malum esset quod prædiceretur, & ad certum tempus determinaretur, fortassis illi, quibus denuntiaretur conuerterentur, & tunc quoque Deus reuocaret verbum suum. Ieremiæ 18. cap. Et ita rarò complerentur mala prænuntiata contra aliquos, & putaretur Deum non fuisse locutum, vel errasse Prophetam, aut Deum non esse veracẽ,

& in

& in verbo suo fidelem, quæ omnia absurda sunt.

Cum autem prænuntiatur malum contra aliquem sine præfinitione temporis, si quis de peccato conteratur, pœnam prænuntiatam Deus non inferet, si malum admiserit inferet illam, atque hinc manifestum fit non esse conueniens malum prænuntiare cum temporis præfinitione, quamuis his contradicant nonnulli.

Sed ne forte meo nimium de calle recedam, diximus ex scripturis non posse sciri diem extremi iudicij.

Iam quæ his aduersari videntur proponamus, ac diluamus: Danielis imprimis 12. dicitur. *Et impij agent impiè neque intelligent omnes impij: porro docti intelligent & à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio desolationis, dies 1290. beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille & trecentos & triginta quinque*, & tamen scriptura solet accipere diem pro anno Ezech. 3. scilicet *diem pro anno dabo tibi*, ideo videtur quod talis numerus annorum decurrere debeat vsque ad seculi consummationem, & sic sciri possit determinate per scripturam finis sæculi. Obiectio

Facilis est responsio. In hanc enim concurrunt DD. sententiam, quod numero isto non designentur anni, quibus duratura est ecclesia, vel anni ab aduentu Christi ad Antichristum, licet plurimi ante hæc tempora contrariæ fuerint opinionis, quos nunc expe-

rientia mendacij coarguit planissimè: quia cum sint dies mille ducenti nonaginta, & postea à Daniele addantur quadraginta quinque, Numerum complent mille trecentorum triginta quinque dierum. De quibus dicitur Danielis 12. *Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque*, Vtrumque tempus iam completum est, cum sit annus Christi 1616. Interpretantur igitur hunc locum DD. de Antichristi prædicatione.

Vterque numerus scilicet 1290. & 1335. iam completus est.

Quomodo docti intelligẽt tempus iudicij.

Quod autem dicat Daniel quod *docti intelligent*, Discutiendum est: quia paulò ante dixerat Angelus, hos sermones suos: *fore clausos & signatos vsque ad tempus præstitutum*, id est, vsque ad consummationem seculi, docet qui in fine mundi huius prophetiæ veritatem sint intellecturi, & qui non. Siquidem impij, hostes nimirum fidei & veritatis, Deique contemptores, in sua impietate obfirmati, & scelera sceleribus cumulantes, nihil planè intelligent, scilicet vt cœci clarissimam veritatis lucem non videbunt. At qui diuinitus eruditi & vnctione sancti spiritus edocti fuerint, his patescent omnia, & quæ nunc latent futurarũ rerũ mysteria, tunc ipsis patefacta innotescẽt.

In hoc igitur huius controuersiæ summa consistit, nempè, quomodo docti dicantur nouissima tempora intellecturi, cum asseramus per oracula Prophetarum, non posse determinatè ea præcognosci. Cæterum hoc nos scrupulo inter alios eximit Theophilactus, qui fatetur

1. *Thess. cap.* 5.

tetur Eliam atq; Antichristum certò mundi finem adesse indicare; verum dié Domini nō ita definire, quod possit vel serior vel celerior esse. Itaq; omnes latebit mortales. Hoc apposito exemplo illustrat B. Aug. *Aetas*, inquit, *vltima humani generis, quibus generationibus computetur incertum est: sicut & senectus, quæ est vltima ætas hominis, non habet determinatum tempus, secundum mensuram aliarum, cum quandoq; sola tantum teneat temporis, quantum reliquæ omnes ætates*: semper ergo verissimum erit illud Christi elogium. *De die autem illa nemo scit.* *lib. 83. quæst.*

Et quamuis secundum Danielis vaticiniū, ab interitu Antichristi fluxuri sint dies 45. vsque ad rerum omnium exterminium, tamē dies Domini, vt scitè Anselmus, semper incertus futurus est, quod soli Deo sit exploratum, vtrum ad eos dies aliquid, quantumue accessurum sit: in diuina siquidem potestate situm est, vel accelerare, vel prorogare dies illos & tempus illud nouissimum. Vide quæ de his 45. dieb. attigimus thesi 30. A nece Antichristi intercurrēt 45. dies vsq; ad finem mundi. 1. *Thess.* 5.

Nihilominus in aperto & confesso apud Theologos est, Sanctos, & litteris canonicis apprimè instructos, ex aduentu Antichristi & Eliæ, ac Prophetarum oraculis, nec non ex rerum ipsarum euidentia & testimonio deprehensuros certò instare iudicium. Immò hac Dei doctrinâ, & luce præmuniti mendacibus Antichristi signis non decipientur, quamuis rara & insitata & mira videbuntur, Docti intelligent tempus iudicij in propinquo esse

tur, ijs siquidem fidem opponent scripturarũ, atque huius veritatis testimonio inexpugnabili, omnes illius præstigias tanquam nebulas, clarissima luce disijcient, & pro nihilo omnes

Prou.ca.1. tendiculas ducent: nam *frustra iacitur rete*, vt ait sapiẽs, *ante oculos pennatorum*. At improbis eueniet quod scribit B. Paulus. Ro.1. *Obscuratum est*, inquit, *insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt*. In nouissimis siquidẽ diebus boni ad meliora semper properabunt: mali *proficient in pœnis errantes & in*

2 Thim. cap.3. *errorem mittentes*. Boni erunt optimi : ita Apoc.22. *Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc*, & de malis dicitur. *Tẽpus enim prope est, qui nocet noceat adhuc & qui in sordibus est sordescat adhuc*.

Atque hoc illud est, quod mirabilis Propheta Daniel, de his nouissimis temporibus, in fine altissimæ reuelationis ponit: *Et impij agent impiè, neque intelligent omnes impij: stulti enim, & cæci cupiditate* gloriæ his pedicis capientur, nec dabitur illis futurorum cognitio,

1. Thess.5. imò ipsis obstrepent monentibus: Non intelligent, quia cum *dixerint pax & securitas, tunc repentinus ijs superueniet interitus, & non effugient*. Docti intelligent, quos sic Apostolus

1. Thess.5. alloquitur, *Vos autem non estis in tenebris, vt vos dies Domini tanquam fur apprehendat*.

Alia obiectio. Apoc.12. Alia etiam hic se ingerit difficultas: nam B. Ioannes in sua Apoc. c.12. dicit. Quod *mulier illa*, per quam Ecclesia signatur, *habet locum paratum à Deo vbi pascatur per tempus, & tempora, &*

pora, & dimidium temporis: Igitur præcognoſci poteſt quanto tempore ſit ipſa eccleſia duratura. His occurrendum eſt iſtos mille ducentos ſexaginta dies, non deſignare mille ducẽtos ſexaginta annos, quibus Eccleſia duratura ſit: Nam falſitas huius iam patet, cũ excurrat annus 1616. Sed diebus iſtis DD. exprimi dicunt omne tempus, quo Chriſtus imbre ſuæ prædicationis mundum irrigauit, ratio huius eſt: quia Eccleſia fundata eſt ſuper fidẽ prædicationis Chriſti: iuxta illud: *Super hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã.* Prædicatio autem Chriſti, vt communiter dicitur, tanto tempore durauit, nimirum tribus annis & dimidio. *Matt, 24.*

ANTITHESIS QVARTA.

Non poteſt haberi certitudo nouiſſimorum dierum: ſecundum legem ordinariam loquendo, per reuelationem.

IN priori huius tractatus parte, contra Calc. diſputantes, diximus pleroſque Sanctorũ, & ſpiritu Sancto afflatorum, extremum diem breui futurum & exiſtimâſſe, & prædicaſſe, ſic Greg. in hom. *Ecce iam corda infidelium iugo fidei ſubdidit, ecce iam mundi gloriam ſtrauit, iam ruinis eius crebreſcentibus, iudicij diem appropinquare denunciat, & tamen ſuperba mens noſtra non vult ſponte dimittere, quod quotidiè perdit in vita.* Hæc ille. Sic D. Bernar. Vincentius

tius & alij. Nec hoc damnandum est, cum ad timorem incutiendum, & perituri mundi cõtemptum cordibus hominum ingenerãdum, non asserendo, aut præcisè tempus determinando. fieri compertum sit.

Quibus de causis liceat iudicij propinquitatem annunciare.

Asseruimus etiam reuelationes priuatis hominibus factas posse per modum comminationis interpretari: & fidem nostram non fulciri priuatis reuelationibus, sed ijs dumtaxat, quas sacri auctores, scilicet Prophetæ, Apostoli, Euangelistæ, vel scriptis prodiderunt, vel verbo posteritati commendârunt, abundè superius comprobauimus.

Et quia Calculator, quo maximo potest studio in id incumbit, vt persuadeat hanc reuelationem de die nouissimo futuram; nos vt res se habeat aliquot pronuntiatis elucidabimus. Prius tamen obseruandum est: tria hic de reuelatione posse inquiri, & exactius examinari: nimirum an ex reuelatione possit sciri dies iudicij: vel an ex reuelatione sit scitus, an denique reuelatione expediat sciri.

Primum pronunciatum. Reuelare potest Deus diem iudicij.

Primum igitur sit pronuntiatum: *Dies iudicij potest sciri ex reuelatione*. Primò, quia non repugnat sciri: nam Deus habet exactam, & omnibus modis infallibilem certitudinem illius diei, in quo iudicaturus est viuos & mortuos, & purè dies ille ex eius arbitrio dependet: at id quod nouit Deus, reuelare potest, potest igitur & hunc diem reuelare.

Et confirmatur, quia maius est Deum cognoscere, quàm id quod ipse nouit. Et tamen

poteſt ſeipſum reuelare,vt cognoſcatur,ergo à fortiori poterit reuelare ea, quæ ipſe altitudine ſui intellectus&arbitrij,inter quę eſt dies iudicij, ab æterno prædefiniuit. Nec ſolus pater, ſed etiam filius: ſi enim *Nemo nouit Patrē niſi filius,& cui voluerit filius reuelare*, dubiū nō eſt ſi id expediret, quin diem iudicij poſſet & ipſe reuelare.

Reuelare poteſt etiam filius diem iudicij.

Secundum pronuntiatum ſecundum legē Dei ordinariam, & ſeclusâ Dei potentia abſoluta,per reuelationem non poteſt pręſciri determinatè dies conſummationis ſæculi: quia nec in veteri,nec in nouo teſtamēto alicui factam eſſe veriſimiliter aſſeritur. Immò Chriſtus ipſe dicitur neſcire diē illū,ſc. vt reuelet.

Secundū legem Dei ordinariā non poteſt dies iudicij ſciri per reuelationem.

Quod in veteri teſtamento non fuerit facta hæc reuelatio, Probatur, quia quando Deus aliqua reuelat, ea ſeruis ſuis denunciat, Sic Amos Propheta. *Non faciet Dominus verbum niſi reuelet ſecretū ad Prophetas ſuos ſeruos*: Nulli autem Prophetarum facta eſt hæc reuelatio,quod vnius excellentiſſimi,& ſecretorū cœleſtium ſcientiſſimi Prophetæ, nimirum Danielis exemplum,plus ſatis conuincit.

In veteri teſtamēto hæc reuelatio non eſt facta. *Amos 3.*

Quantæ verò ſanctitatis & Sapientiæ is fuerit,declarat Deus per Ezechielem his verbis. Cap. 14. *Si fuerint tres viri, Noe,Daniel & Iob, in medio populi iſtius, ipſi iuſtitiâ ſua liberabunt animas ſuas; filios autem& filias ſuas non liberabūt, ſed terra deſolabitur*. Quibus verbis ſimul exaggerauit Deus impietatem Iudæorū, & ſanctitatem atq; gratiā, quâ Daniel apud ipſum pol-

Danielis ſanctitas & ſapientia.

est ei in eo quod dicit de mille annis aut pluribus. Nam tempus illud interiectum, vt diximus, paucis annis circumscribetur.

Porrò omnibus his signis completis, omnium elementorum acerrimus ignis extremas partes obibit, ac veluti firmissimo robore creaturarum pro Deo pugnantium aduersus scelestos agmen claudens, impressione facta, funditus euertet & profligabit, sic prænunciat Petrus: *Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur: terra autem, & quæ in ea sunt opera, exurentur*. Et in Psalmo 96. *Ignis ante ipsum præcedet, &c.* Itemque Danielis 7. *Fluuius igneus rapidusq; à facie eius egrediebatur.*

2. Pet. 3.

ANTITHESIS TERTIA.

Vt ex signis, de quibus iam dictum; ita ex scripturis non potest haberi certa diei consummationis seculi præscientia.

QVamuis huius Antithesis veritas ex ijs quæ in nostri tractatus priori parte dicta sunt, & maximè ex confutatione theseos 10. & 30. sufficienter elucescat: ex iam dicendis tamen illustrabitur explicatius; nec enim vna est scripturarum species, cum aliæ canonicę sint, quarum auctoritas est irrefragabilis, aliæ minimè; rursus canonicæ in scripturas

Diuisio scripturę.

ras veteris, ac noui testamenti diuidantur, igitur breuiter & strictim de his agendum.

Scripturis veteris testamenti non potest haberi finis mundi præcognitio: nam qui legis illius antiquæ cognitione impensè instructi fuerunt, ad diei iudicij cognitionem potuissent assurgere; imò Apostoli ipsi huius cognitionem haud dubiè assequi potuissent, at illius prorsus ignari fuerunt, quippè dictum est illis: *Non est vestrum nosse tempora & momenta,&c.* Act. 1. — Ex scripturis vet. testam. nō potest sciri finis mundi.

Sed neque scripturis noui testamenti hoc sciri potest, cur hoc? quia contestantur diem illam à solo Patre sciri: nec quicquam de hac re, quam ignorabant, scriptis prodiderunt Apostoli. — Scripturis noui test. non scitur nouissimus dies.

Hinc luculentissimè deducitur, quod nec per Prophetarum oracula nouissimi illius temporis cognitio determinatè haberi queat, cuius tamen contrarium sibi persuadet Calculator: *nullus* enim *Prophetarum*, vt testis est D. Aug. ep. 80. ad Hesych. *determinatè omninò prædixit aliquod tempus* Christi aduentus: Prophetæ namq;, licet bona vel mala denuncient, non definiunt tamen tempora, & tunc maximè, quando res prænunciatæ nobis vtilitatis aliquid vel damni important, & quando Dominus intendit adimplere quod prænunciat: quia si non intendat id executioni mandare quod reuelat, sed tantum comminatoriè loquatur, tunc vtile est malum cum temporis — Oraculis Prophetarum nescitur vltima dies. — Prophetæ quando soleant tempora definire, & quando non.

ras veteris, ac noui testamenti diuidantur, igitur breuiter & strictim de his agendum.

Scripturis veteris testamenti non potest haberi finis mundi præcognitio: nam qui legis illius antiquæ cognitione impensè instructi fuerunt, ad diei iudicij cognitionem potuissent assurgere; imò Apostoli ipsi huius cognitionem haud dubiè assequi potuissent, at illius prorsus ignari fuerunt, quippè dictum est illis: *Non est vestrum nosse tempora & momenta, &c.* Ex scripturis vet. testam. nō potest sciri finis mundi. *Act. 1.*

Sed neque scripturis noui testamenti hoc sciri potest, cur hoc? quia contestantur diem illam à solo Patre sciri: nec quicquam de hac re, quam ignorabant, scriptis prodiderunt Apostoli. Scripturis noui test. non scitur nouissimus dies.

Hinc luculentissimè deducitur, quod nec per Prophetarum oracula nouissimi illius temporis cognitio determinatè haberi queat, cuius tamen contrarium sibi persuadet Calculator: *nullus* enim *Prophetarum*, vt testis est D. Aug. ep. 80. ad Hesych. *determinatè omninò prædixit aliquod tempus* Christi aduentus: Prophetæ namq;, licet bona vel mala denunцient, non definiunt tamen tempora, & tunc maximè, quando res prænunciatæ nobis vtilitatis aliquid vel damni important, & quando Dominus intendit adimplere quod prænunciat: quia si non intendat id executioni mandare quod reuelat, sed tantum comminatoriè loquatur, tunc vtile est malum cum temporis Oraculis Prophetarum ne scitur vltima dies. Prophetæ quando soleant tempora definire, & quando non.

& in verbo suo fidelem, quæ omnia absurda sunt.

Cum autem prænuntiatur malum contra aliquem sine præfinitione temporis, si quis de peccato conteratur, pœnam prenuntiatam Deus non inferet, si malum admiserit inferet illam, atque hinc manifestum fit non esse conueniens malum prænuntiare cum temporis præfinitione, quamuis his contradicant nonnulli.

Sed ne forte meo nimium de calle recedam, diximus ex scripturis non posse sciri diem extremi iudicij.

Iam quæ his aduersari videntur proponamus, ac diluamus: Danielis imprimis 12. dicitur. *Et impij agent impiè neque intelligent omnes impij: porro docti intelligent & à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio desolationis, dies 1290. beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille & trecentos & triginta quinque*, & tamen scriptura solet accipere diem pro anno Ezech. 3. scilicet *diem pro anno dabo tibi*, ideo videtur quod talis numerus annorum decurrere debeat vsque ad seculi consummationem, & sic sciri possit determinate per scripturam finis sæculi. Obiectio

Facilis est responsio. In hanc enim concurrunt DD. sententiam, quod numero isto non designentur anni, quibus duratura est ecclesia, vel anni ab aduentu Christi ad Antichristum, licet plurimi ante hæc tempora contrariæ fuerint opinionis, quos nunc expe-

rientia mendacij coarguit planissimè: quia cum sint dies mille ducenti nonaginta, & postea à Daniele addantur quadraginta quinque, Numerum complent mille trecentorum triginta quinque dierum. De quibus dicitur Danielis 12. *Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque,* Vtrumque tempus iam completum est, cum sit annus Christi 1616. Interpretantur igitur hunc locum DD. de Antichristi prædicatione.

Vterque numerus scilicet 1290. & 1335. iam completus est.

Quomodo docti intelligēt tempus iudicij.

Quod autem dicat Daniel quod *docti intelligent*, Discutiendum est: quia paulò ante dixerat Angelus, hos sermones suos: *fore clausos & signatos vsque ad tempus præstitutum*, id est, vsque ad consummationem seculi, docet qui in fine mundi huius prophetiæ veritatem sint intellecturi, & qui non. Siquidem impij, hostes nimirum fidei & veritatis, Deique contemptores, in sua impietate obfirmati, & scelera sceleribus cumulantes, nihil planè intelligent, scilicet vt cœci clarissimam veritatis lucem non videbunt. At qui diuinitus eruditi & vnctione sancti spiritus edocti fuerint, his patescent omnia, & quæ nunc latent futurarū rerū mysteria, tunc ipsis patefacta innotescēt.

In hoc igitur huius controuersiæ summa consistit, nempè, quomodo docti dicantur nouissima tempora intellecturi, cum asseramus per oracula Prophetarum, non posse determinatè ea præcognosci. Cæterum hoc nos scrupulo inter alios eximit Theophilactus, qui fatetur

1. Thess. cap. 5.

tetur Eliam atq; Antichriſtum certò mundi finem adeſſe indicare; verum dié Domini nó ita definire, quod poſſit vel ſerior vel celerior eſſe. Itaq; omnes latebit mortales. Hoc appoſito exemplo illuſtrat B. Aug. *Aetas, inquit, vltima humani generis, quibus generationibus computetur incertum eſt: ſicut & ſenectus, quæ eſt vltima ætas hominis, non habet determinatum tempus, ſecundum menſuram aliarum, cum quandoq; ſola tantum teneat temporis, quantum reliquæ omnes ætates:* ſemper ergo veriſſimum erit illud Chriſti elogium. *De die autem illa nemo ſcit.* lib. 83. quæſt.

Et quamuis ſecundum Danielis vaticiniú, ab interitu Antichriſti fluxuri ſint dies 45. vſque ad rerum omnium exterminium, tamé dies Domini, vt ſcitè Anſelmus, ſemper incertus futurus eſt, quod ſoli Deo ſit exploratum, vtrum ad eos dies aliquid, quantumue acceſſurum ſit: in diuina ſiquidem poteſtate ſitum eſt, vel accelerare, vel prorogare dies illos & tempus illud nouiſſimum. Vide quæ de his 45. dieb. attigimus theſi 30. A nece Antichriſti intercurrét 45. dies vſq; ad finem mundi. 1. Theſſ. 5.

Nihilominus in aperto & confeſſo apud Theologos eſt, Sanctos, & litteris canonicis apprimè inſtructos, ex aduentu Antichriſti & Eliæ, ac Prophetarum oraculis, nec non ex rerum ipſarum euidentia & teſtimonio deprehenſuros certò inſtare iudicium. Immò hac Dei doctrinâ, & luce præmuniti mendacibus Antichriſti ſignis non decipientur, quamuis rara & inuſitata & mira videbuntur, Docti intelligent. tempus iudicij in propinquo eſſe

tur, ijs siquidem fidem opponent scripturarũ, atque huius veritatis testimonio inexpugnabili, omnes illius præstigias tanquam nebulas, clarissima luce disijcient, & pro nihilo omnes
Prou.ca.1. tendiculas ducent: nam *frustra iacitur rete*, vt ait sapiẽs, *ante oculos pennatorum*. At improbis eueniet quod scribit B. Paulus. Ro.1. *Obscuratum est*, inquit, *insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt*. In nouissimis siquidẽ diebus boni ad meliora semper properabunt: mali *proficient in pœnis errantes & in*
2 Thim. cap.3. *errorem mittentes*. Boni erunt optimi : ita Apoc.22. *Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc*, & de malis dicitur. *Tẽpus enim prope est, qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc.*

Atque hoc illud est, quod mirabilis Propheta Daniel, de his nouissimis temporibus, in fine altissimæ reuelationis ponit: *Et impij agent impiè, neque intelligent omnes impij: stulti enim, & cæci cupiditate* gloriæ his pedicis capientur, nec dabitur illis futurorum cognitio,
1. Thess.5. imò ipsis obstrepent monentibus: Non intelligent, quia cum *dixerint pax & securitas, tunc repentinus ijs superueniet interitus, & non effugient.* Docti intelligent, quos sic Apostolus
1. Thess.5. alloquitur, *Vos autem non estis in tenebris, vt vos dies Domini tanquam fur apprehendat.*

Alia obiectio. Apoc.12. Alia etiam hic se ingerit difficultas: nam B. Ioannes in sua Apoc. c.12. dicit. Quod *mulier illa*, per quam Ecclesia signatur, *habet locum paratum à Deo vbi pascatur per tempus, & tempora, &*

pora, & dimidium temporis: Igitur præcognosci potest quanto tempore sit ipsa ecclesia duratura. His occurrendum est istos mille ducentos sexaginta dies, non designare mille ducẽtos sexaginta annos, quibus Ecclesia duratura sit: Nam falsitas huius iam patet; cũ excurrat annus 1616. Sed diebus istis DD. exprimi dicunt omne tempus, quo Christus imbre suæ prædicationis mundum irrigauit, ratio huius est: quia Ecclesia fundata est super fidẽ prædicationis Christi: iuxta illud: *Super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meã.* Prædicatio autem Christi, vt communiter dicitur, tanto tempore durauit, nimirum tribus annis & dimidio. *Matt, 24.*

ANTITHESIS QVARTA.

Non potest haberi certitudo nouissimorum dierum: secundum legem ordinariam loquendo, per reuelationem.

IN priori huius tractatus parte, contra Calc. disputantes, diximus plerosque Sanctorũ, & spiritu Sancto afflatorum, extremum diem breui futurum & existimâsse, & prædicasse, sic Greg. in hom. *Ecce iam corda infidelium iugo fidei subdidit, ecce iam mundi gloriam strauit, iam ruinis eius crebrescentibus, iudicij diem appropinquare denunciat, & tamen superba mens nostra non vult sponte dimittere, quod quotidiè perdit in vita.* Hæc ille. Sic D. Bernar. Vincen-

Quibus de causis liceat iudicij propinquitatem annunciare.

tius & alij. Nec hoc damnandum est, cum ad timorem incutiendum,& perituri mundi cõtemptum cordibus hominum ingenerãdum, non asserendo, aut præcisè tempus determinando. fieri compertum sit.

Asseruimus etiam reuelationes priuatis hominibus factas posse per modum comminationis interpretari: & fidem nostram non fulciri priuatis reuelationibus,sed ijs dumtaxat,quas sacri auctores,scilicet Prophetæ,Apostoli, Euangelistæ, vel scriptis prodiderunt, vel verbo posteritati commendârunt,abundè superius comprobauimus.

Et quia Calculator, quo maximo potest studio in id incumbit, vt persuadeat hanc reuelationem de die nouissimo futuram; nos vt res se habeat aliquot pronuntiatis elucidabimus.Prius tamen obseruandum est:tria hic de reuelatione posse inquiri, & exactius examinari: nimirum an ex reuelatione possit sciri dies iudicij: vel an ex reuelatione sit scitus, an denique reuelatione expediat sciri.

Primum pronunciatum. Reuelare potest Deus diem iudicij.

Primum igitur sit pronuntiatum: *Dies iudicij potest sciri ex reuelatione*. Primò, quia non repugnat sciri:nam Deus habet exactam,& omnibus modis infallibilem certitudinem illius diei,in quo iudicaturus est viuos & mortuos, & purè dies ille ex eius arbitrio dependet, at id quod nouit Deus,reuelare potest, potest igitur & hunc diem reuelare.

Et confirmatur,quia maius est Deum cognoscere,quàm id quod ipse nouit. Et tamen potest

potest seipsum reuelare, vt cognoscatur, ergo à fortiori poterit reuelare ea, quæ ipse altitudine sui intellectus & arbitrij, inter quę est dies iudicij, ab æterno prædefiniuit. Nec solus pater, sed etiam filius: si enim *Nemo nouit Patrē nisi filius, & cui voluerit filius reuelare*, dubiū nō est si id expediret, quin diem iudicij posset & ipse reuelare.

Reuelare potest etiam filius diem iudicij.

Secundum pronuntiatum secundum legē Dei ordinariam, & seclusâ Dei potentia absoluta, per reuelationem non potest pręsciri determinatè dies consummationis sæculi: quia nec in veteri, nec in nouo testamēto alicui factam esse verisimiliter asseritur. Immò Christus ipse dicitur nescire diē illū, sc. vt reuelet.

Secundū legem Dei ordinariā non potest dies iudicij sciri per reuelationem.

Quod in veteri testamento non fuerit facta hæc reuelatio, Probatur, quia quando Deus aliqua reuelat, ea seruis suis denunciat, Sic Amos Propheta. *Non faciet Dominus verbum nisi reuelet secretū ad Prophetas suos seruos*: Nulli autem Prophetarum facta est hæc reuelatio, quod vnius excellentissimi, & secretorū cœlestium scientissimi Prophetæ, nimirum Danielis exemplum, plus satis conuincit.

In veteri testamēto hæc reuelatio non est facta. *Amos 3.*

Quantæ verò sanctitatis & Sapientiæ is fuerit, declarat Deus per Ezechielem his verbis. Cap. 14. *Si fuerint tres viri, Noe, Daniel & Iob, in medio populi istius, ipsi iustitiâ sua liberabunt animas suas; filios autem & filias suas non liberabūt, sed terra desolabitur*. Quibus verbis simul exaggerauit Deus impietatem Iudæorū, & sanctitatem atq; gratiā, quâ Daniel apud ipsum

Danielis sanctitas & sapientia.

pollebat : ea namque est illorum verborum sententia : Tanta est Iudæorum impietas, & vsque adeò illis infensus & iratus sum, vt etiamsi Daniel alioquin mihi charissimus, vel pro filio suo, qui esset in isto populo mihi supplicaret, non essem tamen eum exauditurus. Cur autem isti tres pręcipuè nominentur, vide Hier. & Aug.

Hieron. in illum locum. Aug in Psal. 132. Et lib 2. quæst. Euang q. 44. ca. 28.

De sapientia etiam Danielis luculentissimum Dei apud eundem Ezechielem extat testimonium; increpans enim Deus arrogantiam Tyri principis, de sua sapientia superbè gloriantis, dixit ei: *Ecce sapientior es Daniele, omne secretum non est absconditum à te:* quo satis declarauit Danielem fuisse eo tempore sapientissimum mortalium, eique Deum secreta sua patefacere solitũ. Vtrum verò ei determinatum futuri temporis iudicii reuelârit tempus, scripturâ fit euidentissimum.

Danie. 12.

Daniel, quæ post Antichristi persecutionẽ euenient, sciendi cupiditate incensus, iusta Angeli correptione percutitur. *Ego audiui,* ait Daniel, *& non intellexi*, quia licet intelligeret veritatem in generali, & in speciali quantum ad multa, non tamen quantum ad omnes circumstantias & conditiones determinatas: nec enim de futuris veritas Prophetis reuelatur, nisi prout secundum diuinam ordinationem expedit : circumstantias ergò quasdam singulares, velut personarum, locorum, temporum, nominum & negotiorum ignorabat, quibus ignotis, rerum explicata & perfecta co-

Non oẽs rerum futurarum circũstantiæ Prophetis reuelantur.

cognitio non poteſt haberi. ſequitur.

Et dixi, Domine mi quid erit post hæc? Quia Daniel erat vir deſideriorum, excreſcebat, pluſquã deceret ipſius curioſitas, ſcire cupiebat tempus conſummationis ſeculi, reſurrectionis mortuorum & generalis iudicij, vnde dicit: *Quid erit post hæc?* Siquidem tempus perſecutionis Antichriſti, & generalis Chriſtianorum diſperſionis, de quo tempore paulò ante locutus eſt Angelus, ſubſequitur finis, & renouatio mundi, reſurrectio omnium, ac generale iudicium, at quid reſponſi accepit? *Et ait, Angelus, vade, Daniel quia clauſi ſunt, ſignatiq; ſermones vſque ad præfinitum tempus.*

Reprimit Angelus ardentiorem ſciendi, qua inflammabatur Daniel, cupiditatem, & ſenſus horum verborum eſt. *Vade Daniel,* id eſt, ſecundum quoſdam, viam vniuerſæ carnis ingredieris, nec quæ ſcire poſtulas tibi reſerabuntur; vel ſecundum alios, *vade Daniel,* & deſine plura ſciſcitari ſuper hac viſione, neque enim plura nunc à me docendus es, nec vult Deus te, quę nunc audiſti, ea dilucidius, & explicatius ſcriptis prodere, & legendo poſteris tradere; ſed vult Deus ea eſſe obſcura, & incomprehenſibilia, quoad ipſo rerum euentu patefacta & comprobata, ſub finem mundi per ſe innoteſcant. Retunditur curioſitas Danielis.

Ecce vir tantus Daniel ſuo ſciendi deſiderio fruſtratur, etiam rogan ti earum rerum, quas ſcire peroptabat, ſcientia denegatur; Et nos miſelli homunciones ſuper terram, igno-

rantiæ nebulis obuoluti, reptantes, calculis nostris, *ipsis*, quod aiunt, *numeris Pythagoricis obscurioribus*, futura nedum peruestigare, sed prænuntiare audebimus? *Quis poterit*, ait Sapiens Eccl. 7. *iudicare, quod post eum futurum sit?* voluat & reuoluat, qui voluerit, sacras ac prophanas historias, hominum res gestas consulat, Archiua, ætates, tempora sub calculum reuocet, quicquid collegerit, vanum erit, obscurum, ac penitus incertum. Ita Dominus per Prophetam Isaiam, cap. 55. *Non cogitationes meæ cogitationes vestræ, ait Dominus: Quia sicut exaltantur cœli à terrâ, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.*

Sed cœcutit, qui ex Angeli verbis Danielem alloquentis, cur Dominus Deus de vniuersa mundi excisione hominem celare velit, rationem non perspicit, ait enim: *Quia clausi sunt signatiq; sermones, vsq; ad præfinitum tempus.* Et in Isaia signatum librum legimus, quē qui aperire molitur, maiora viribus audet: *Si etenim difficile*, vt cum Sapiente cap. 9. loquar, *æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ in cœlis sunt, quis inuestigabit? Veritas & arcanum summi Dei*, vt Lact. lib. 1. diu. instit. ait, *qui fecit omnia, ingenio, ac proprijs sensibus non potest comprehendi, alioquin nihil inter Deum hominemq; distaret, si consilia, & dispositiones illius maiestatis æternæ, cogitatio assequeretur humana.*

Neq; hic omittendum est quod Angelus in eodem

eodẽ loco Danieli iniungit hiſce verbis: *Claude ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum, plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Innuens plurimos futuros, qui ſedula mente percurrent hanc Danielis prophetiam: eorum autem non futurum vnum idemq́; iudicium, ſed diuerſos diuerſa opinaturos.

Nemo itaque clauſos illos ſignatoſq́; ſermones, aut eorum myſteria poteſt aſſequi, niſi Leo de tribu Iuda, cui concredita eſt clauis Dauid. Solus ipſe *librum ſcriptum foris & intus, & ſignatum ſigillis ſeptem aperire poteſt, & ſeptem ſignacula eius ſoluere*. Qui niſi ſigillatum diuinarum intelligentiarum librum aperuerit, hærebit; contrà, ſi aperuerit ad ipſius intelligentiam, ſubleuabitur homo. Quippè omnium Prophetarum habet clauem, ad quorũ intelligentiã quos vult, admittit, & ab eâ quos vult excludit. Ecquæ clauis illa, nonne ſpiritus S. gratia? ipſe illuminatio cordis eſt, ipſe declaratio ſermonum Dei eſt, *qui illuminat, & intellectum dat paruulis.* Quid verò 7. ſigilla deſignent, diximus ſuprà.

Apoc. 6. Chriſtus ſolus librum ſcriptum foris & intus aperit.

Clauis qua liber ſignatus aperitur.

Concludamus igitur ex dictis, nemini in veteri lege reuelatum eſſe integrè ac perfectè, quando ſit futura rerum omnium conſummatio, quare? quia clauſi ſunt ſignatique ſermones, vſque ad præfinitum tempus.

Tertium pronuntiatum. Porrò vt in veteri teſtamento nũquam Dominus Deus determinatũ extremi iudicij diem, cuiquam patefecit, ſic in nouo omnibus incognitum eſſe vo-

Reuelatio nouiſſimi diei, non eſt facta in nouo teſtamẽto.

voluit. Et, vt in veteri intempestiuum Danielis sciendi desiderium repressit dicens: *Clausos signatosque sermones, vsque ad præfinitum tēpus:* sic in nouo Dominus noster discipulis curiosè interrogantibus tempus secundi aduentus sui, quo tempore restituendum erat regnum Israel, immoderatam eorum sciendi cupiditatem compescens, dixit: *Non est vestrum nosse tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate.*

Et Luc. 17. interrogatus à Pharisęis, quādo venturum esset regnum Dei? Respondens eis dixit. *Non veniet regnum Dei cum obseruatione, &c.* Nimirum generale iudicium in quo regnum Dei manifestabitur. Interrogantibus quoque discipulis de mundi consummatione, respondit Christus. *De die autem illa nemo scit, &c.*

Si discipulis charissimis tempus hoc clausit Dominus, nec aperire, aut reuelare voluit, quâ fronte, quâ temeritate & arrogantiâ sibi apertum & reuelatum audeat quis asserere? Equidem suis posterioribus, & sanctiores & sapientiores fuisse Apostolos, quiuis facile concesserit; cum ipsi *primitias spiritus*, habuerint, hoc est, vt ibidem Glossa ait: *habuerint spiritum sanctum cæteris prius, & abundantius*, & tamen petentibus non fuit reuelatus dies finis mundi.

Quartum pronuntiatum, etsi non possit constare secundum omnimodam certitudinem, vtrum reuelarit Deus hunc diem; an sit

reue-

reuelaturus, verisimiliter tamen dici potest, quod nec sit reuelatus, nec reuelandus: & probatur primò, quia si nobis reuelaretur, fieret hęc reuelatio per Angelos, *qui sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hareditatem accipiunt salutis.* Heb. 1. Per hos enim fiűt reuelationes, vnde Angeli vocantur. Et testatur Dionysius cap. 4. de cęlest. hier. reuelationes diuinas non fieri nobis, nisi per Angelos, & tamen Angeli nouissimi illius diei sunt inscij. Igitur non est nobis reuelatus, & patet, quia si ipsi reuelarent nobis, Deo docente, ipsi scirent, & tamen nec sciunt, nec possunt scire.

Reuelatio nes nobis non fiunt nisi per Angelos.

Ratio euidens est: nam Angeli non suscipiunt cognitionem per successionem, sed totam simul habent: quippè cognitionem naturalem, siue rerum in proprio genere per species habent innatas, siue cōcreatas: sunt igitur in actu totius illius cognitionis, quam habere possunt, & tamen actu nesciunt diem iudicij, vt testatur ipsa veritas. *Matt. 24. Marc. 13.* Itaq; non possunt Angeli hoc naturaliter cognoscere.

Secundò, si Deus reuelaret alicui diem iudicij, illum scirent multi, immò in omnium cognitionem deueniret, omnibusq; esset perspicuus. nec enim reuelat Deus aliquid ad vtilitatē personę priuatæ, sed ad vtilitatē omniű, .i. totius ecclesiæ, iuxta illud: *vnicuiq; datur administratio spiritus*, .i. vsus alicuius gratiæ spiritus S. *ad vtilitatem*, sc. Ecclesiæ. Si igitur vni reuelaretur, in alios diuulgaretur, cum tamen scriptum sit: *De die autem illa nemo scit.*

Si vni fieret reuelatio diei vltimi, in oēs promanaret.

Gg Quin-

Reuelatio hæc vt fiat, non expedit. Act. 1.

Quintum & vltimum pronuntiatum. Vt hæc fiat reuelatio non expedit: *Non est vestrum nosse*, ait Christus, *tempora & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*. q.d. Hęc nolite curiosius inquirere, quia solius Patris est determinatè hæc scire. Quare non expediat, diximus alias, quibus & hæc addere possumus; quia inde nulla resultat vtilitas: nam dies iudicij non erit, hoc est, ipsum tempus, quo iudicabimur, nisi post mortem, nec enim iudicabimur, quousq; resurgamus, nec resurgemus quousq; oēs moriamur; ideò nihil prodest hoc determinatè scire, cum sciētia de die illa, vel tempore nullam in nobis dispositionem producat.

Thesi 8. Quare nō expediat scire diem iudicij.

Obiectio. Dices: solet benedictus Deus ea reuelare hominibus, quæ vtilia sunt, & quibus se homines ad bonum aliquod disponunt, aut ad meliorem se frugem recipiunt: cognitio autem temporis extremi iudicij ad hæc vel maximè conducit: est igitur reuelanda. Respondeo, Aliud est scire futurū iudicium generale, aliud determinatè scire diē illius. Prius, vt sciamus, ne dum vtile, sed necessum est, vt hinc ad bona alliciamur, & mala detestemur: at posterius vtilius ignoratur, quàm præsciatur.

ANTITHESIS QVINTA.

Chronologiá, & temporum supputatione sciri non potest, quantum temporis ab exordio fabricæ mundanæ, vsque ad eius euersionem decurret.

Hanc

HAnc assertionem in præcedenti huius tractatus parte confirmauimus planissimè, vbi ostēdimus quomodo auctores in hac temporum supputatione inter se dissentiant, & quæ tantæ sint eiusdem dissensionis causæ, quibus ex Antonino hæc subijciemus. Thesi 14. 3. par. tit. 31. cap. 2. §. 3.

A principio temporis, inquit *id est, creationis rerū, vsq; ad incarnationem, vel natiuitatē fluxerunt anni quinq; millia centum nonaginta nouem, secundum translationem septuaginta interpretū, quam sequitur Beda, quam vniuersaliter tenet Ecclesia: sed secundum computationem ex translatione Hieronymi, quam tenemus, & ipsam sequitur Eusebius & Hebræi, quæ etiam consonat historijs gentilium à principio mundi vsq; ad incarnationē, vel natiuitatem Domini, fluxerunt tria millia nongenti sexaginta sex anni, & non plures.* A creatione ad incarnationem secundū 70. Interpret. 5199 ann. Secūdum computationē Hebraicā à creatione mundi ad Christum 3966.

Procedit ista diuersitas opinionum, vt refert Vincentius in speculo hist. lib. 7 cap. 88. ex eo, quod prima opinio ponit, in prima ætate scilicet vsque ad diluuium fluxisse annos duo millia ducentos quadraginta duos, & in secunda ætate vsq; ad Abraham 940. quæ simul fiunt tria millia centum octoginta quatuor. Sed in nostra translatione, seu editione, habemus tantum annos mille nongētos quadraginta septem, vsq; ad Abraham. Atque hæc vna ex præcipuis causis est, cur tantum sit in temporum supputationibus Chronologorum dissidium. Hactenus Antoninus. His positis hac ratione assertionem confirmemus. Vnde tāta supputationum diuersitas

Si mathematicè nouissimi diei per supputationē tēporū, quæ ab exordio fabricæ huma-

Per supputationẽ annorum ab exordio mũdi sciri non potest dies iudicij.

vsque ad eius euersionem decurrent, cognitio & præscientia haberi posset, etiam exacta & certa scientia annorum, quæ ab orbe terrarum condito, vsq; ad Christum natum interfluxerunt, præexigeretur necessariò: at sciri nõ potest numerus illorũ annorum, (vt thes. 14. clarè ostẽsum est) cum enim inter supputationẽ Gręcam & Hebraicam, vt iam ex Antonini & omnium sententia clarum est, sit tanta dissentio, & neutram Ecclesia improbet, aut prorsus reijciat, quin potius & Gręcam approbet, vt S. Synodo generali, act. 6. constat, fit exploratissimum, non posse per supputationem determinatè definiri, quando futurus sit dies nouissimus. Interpretationem autem 70. siue translationẽ, quam sequitur Græca supputatio, pluribus annorũ centenarijs amplexata est ecclesia & inter omnes græcas principem obtinuit locum, vt thesi 14 prænarrauimus. Certissimum autem est, 70. Interpretes optimè transtulisse, & peculiari modo spiritum S. assistentem habuisse, ne qua in re errarent, vt non tam Interpretes, quam Prophetæ fuisse viderentur.

Cum fidei rectitudine semper connexa fuit scripturæ veritas.

Verum vt progrediente tempore post Hebraicam ac Græcam editionem, etiam Latinã receperit Ecclesia disquirendum est. Sanè dũ prouidam Dei dispensationem aduertimus, facilè videmus quod cũ fidei certitudine connexa semper fuerit scripturæ veritas, & quod cum illa solita fuerit emigrare. Donec.n. apud Iudæos solos perstitit rectæ fidei firmitas, apud eos quoq; solos scripturarũ soliditatẽ latitasse cognoscimus.

Poſtea verò quam veritas à Iudæis repulſa, à Gentibus ſuſcepta eſt, digna eccleſia gentium eſt habita, quæ proprio idiomate, id eſt græco, quod & vulgatiſſimum erat inter eos, qui ex gentibus crediderant, & latiſſimè cognitum, ſcripturam noui teſtamenti acciperet, in ſtabilimentum fidei ſalutaris.

Porrò cum ad Latinos deuolui iam fidei veritas cœpit, Græcis maxima ex parte, vel ob innatam leuitatem, vel ob contentionis ſtudium, ab Eccleſiæ corpore diſiunctis, certè dignam aliquam diuino munere ſcripturę ſtabilitatem Latinos accepiſſe, conſequens fuit. Non tantum ergò Hebraicam, ſed & Græcam, ac etiam Latinam editionem recepit Eccleſia, & in ijs quæ ad fidem & mores ſpectant, retinuit.

Verum enimuerò, licet nulla regula certi or ad cognoſcendos annos mundi adhiberi poſſit, quàm ſcriptura ſacra, cum ipſa ſit ſupremæ auctoritatis, & numerus annorum, quem notat, irrefragabilis certitudinis exiſtat, tamen in membratim, ſingulatimque eruendis, accipiendiſque, cum initijs, tum terminis annorum, quos illa præfigit, in aptandis, diſponendiſque exactè ſingulis annis, tot implicatur nodis, tantis arctatur difficultatibus, tam moleſtis vincitur ſcrupulis, vt ad hanc vſque diem repertus ſit nemo, qui ex tanta mole, & congerie tricarum facilè emerſerit, & qui in certò notandis annis conditi orbis ad Chriſtū vſque fœliciter deſudârit.

Regula cognoſcendi annos mūdi eſt ſcriptura.

Difficilis annorum ab orbe condito vſque ad Chriſtum ſupputatio.

Si igitur annorum numerus, qui à mundi origine ad Christum vsque exacti sunt, nequit cognosci, liquidò constat, quàm infirma & labantia fuerint Calculatoris nostri fundamenta: redditur etiam non incompertum, inanem eos laborem sumere, & nugas planè agere, qui ad præcognoscendum, & certò determinandum vltimi iudicij diem, calculos præsumunt adhibere, cum ex annis Christi antecedentibus, aut subsequentibus tota confletur hæc præsagitio.

Immò hanc & præcedentem antithesim disertis verbis confirmat Beatus Apostolus Paulus, 2. ad Thessalonicenses 2. sic scribens: *Rogamus autem vos fratres, &c. vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini:* nam quando dicit *per spiritum*, omnem excludit reuelationem, ita vt nemo de iudicii tempore prafinito reuelationem factam debeat prætexere. Quid vero per *sermonem*, nisi temporum supputationem, qualis est huius Calculatoris, intelligendum duxerimus?

D. Paulus temporum supputationem ad mundi finē cognoscendū reijcit.

Sed cum Ecclesia Romana in publicis tabulis, hoc est, Ro. Martyrologio 25. Decemb. eam annorum rationem laudare videatur, quam Septuaginta dederunt, quâ id fiat ratione, examinandum est. Certum est Septuaginta interpretum de annis seculi ab orbe condito

Obiectio. Cur Ecclesia in martyrologio 70 Inter. supputationem recipiat.

dito; vſque ad natiuitatem Abrahæ, corruptam eſſe ſupputationem, vt aliàs diximus thefi 14. quamuis ipſis Septuaginta interpretibus, *qui ſpiritu Sancto pleni*, vt B. Hieronymus epiſtol. 108. loquitur, *ea quæ vera fuerunt, tranſtulerunt*, hoc non ſit tribuendum, ſed ſcriptorum culpæ.

Corrupta eſt 70. interpretũ ſupputatio.

Deinde illud etiam compertiſſimum eſt, quod ipſa eccleſia vulgatam latinam editionem pro verá, & authentica ab omnibus orthodoxis recipi imperârit, ſacro decreto de hac re in Tridentina Synodo edito ac promulgato. Quæ editio vulgata eam habet annorum calculationem expreſſam, quam habet Hebraica veritas, & ex conſequenti illam Septuaginta annorum rationem, vtpotè corruptam, diſſonantem, ac planè contrariam agnoſcit, ac hebraicam præferendam decernit.

Eccleſia vulgatam latinam editionẽ ſequitur.

Id nihilominus pia mater Eccleſia ſalubri temperamento voluit, vt vetus aliquod vetuſtatis monumentum, tametſi lacerum, ac deforme, & pannis anniſque obſitum exiſteret, omnibuſque palàm faceret, quam rationem ſequuti fuerint antiqui PP. in enumerandis ex ſacra ſcriptura annis ab orbe procreato ad CHRISTVM naſcentem, cùm ſoleant vetera antiquitatis monumenta, quantumuis corroſa, & attrita, gratum aſpectantibus intuitum exhibere.

Antithesim itaque nostram plus satis esse confirmatam arbitramur, equidem in eam opinionem abripimur, vt existimemus annorum mundi numerum certum omninò atque sine vlla difficultate exploratum, citra specialem Dei reuelationem, cognosci à nobis, vt thesi decima quarta præmisimus, haudquaquam posse, in quam sententiam propendet Lyranus, dum astruit, annos conditi orbis, certò, præfinitè, citra controuersiam, ratione exactâ, atque irrefragabili, haud posse haberi in numerato: siquidem superius, nimirum thesi decimaquarta, abundè ostendimus, quanta sit varietas, quantæque causæ diuersitatis in supputatione annorum creati mundi.

Rursum demus certissimam aliquam, ac verissimam annorum rationem posse assignari, quis nouit an in illa omissi sint anni fracti, & diminuti, an fracti pro integris numerati? quæ minutiæ, & aliæ eiusmodi chronologiæ certitudinem non parum perturbant. Non negamus tamen quin ratione quadam probabili, ac verisimili ex scriptura deprompta quadantenus possit hic annorum numerus cognosci.

Certũ promittunt calculum annorum Astrologi sed nunquam exhibent.

Promittunt nonnulli Astrologi numerum à creatione mundi, ad præsentem vsque diem, ex tabulis astronomicis, cœlestibusque obseruationibus, certò, atque infallibiliter se posse deducere, at rectum, atque irrefragabilem calculum, quem pollicentur,

ad

ad hanc vſque diem ex ipſis cælorum gyris exhibere non potuerunt. Immo in ſupputandis mundi annis ſemper varij fuerunt, ac diſcrepantes, vt res ipſa comprobat luculentiſſimè. Contra hos ſequenti antitheſi contendemus.

ANTITHESIS SEXTA.

Non poteſt haberi cognitio finis ſeculi per rationem naturalem.

OBſeruandum imprimis finem ſæculi, & diem iudicij, & diem reſurrectionis generalis pro eodem à nobis hic accipi, ac proinde ſi quis vnum nouerit, cognoſceret & alterum: & vno ignorato, ignorabitur & alterum. Nullum autem horum determinatè ſcitur. Finis ſeculi, dies iudicij, dies reſurrectionis pro eodẽ accipiũtur.

Deinde conſiderandum, quod finis ſeculi rationabiliter ſit hominibus ignotus: comparantur enim ætates ſeculi cum hominis ętatibus: In ſeculo autem ætas vltima eſt, quæ incipit ab aduentu Chriſti, & vſque ad finem ſæculi protenditur, & ſenectuti hominis correſpondet, quæ vſque ad eius interitum perdurat. Finis ſeculi hominibus ignotus

Cæteræ autem ætates cuiuſlibet hominis, hoc eſt Infantia, pueritia, Adoleſcentia, Iuuentus, virilitas determinata habent principia fineſque determinatos: ſcimus enim quo anno hominis quælibet iſtarum ætatum in- Aetatum ſeculi cũ hominis ætatibus cõparatio.

Sed nec inexploratum nobis est.

cipiat; & in quo finiatur, nec ignoramus quot annos quælibet harum ętatum decurrat, quo anno incipiat ipsa senectus: at quo anno finiatur, latet nos penitus, quia terminus eius mors hominis; & ideo compertum nobis non est quot annis ipsa defluat.

Eodem modo de ætatibus sæculi iudicandum, nec enim sumus inscij, quo anno quælibet illarum cœperit, & quo anno desierit, quod tamen intelligendum de cognitione probabili, non de certitudine infallibili. Quod ad vltimam sæculi ætatem attinet, quæ est à natiuitate Christi, scimus quo anno viderit initium: At quo desinet anno, quis hominum scire potest?

Senectus interdum tempore alias superat ætates.

Est etiam alia communis proprietas, quod in homine vltima ætas, nimirum senectus, sit interdum quantitate maior omnibus alijs simul sumptis: Nam incipiendo ab infantiâ vsque ad principium senectutis, complentur annis septuaginta, hoc est, non pertingunt vsque ad annum septuagesimum, secundum vnam computationem; & tamen sola senectus interdum durat plusquam septuaginta annis, vt in illis patet, qui ad centesimum & quadragesimum annum vitam perducunt.

Aetas vltima mundi duratione maior cæteris omnibus esse potest.

Eodem planè modo hæc vltima sæculi ætas duratione maior potest esse omnibus alijs ætatibus simul sumptis, id est, vt duret plusquam quinque millibus annorum, tot enim à creatione mundi vsque ad Christum

inter-

interfluxiſſe autumat Calculator. Sicut ſenectuti nõ ſunt aliquot anni, aut mẽſes, aut dies definiti, nec ſecundum naturam, id eſt, ſpeciem totam, nec ſecundum indiuiduum, ideo poteſt eſſe longa vel breuis, neque ratione colligitur duratio eius. Hinc Aug. li. 83. quæſt. *Aetas*, inquit, *vltima, humani generis, quæ incipit ab aduentu Domini, vſque ad finem ſæculi, quibus generationibus computetur incertum eſt. ſicut & ſenectus, quæ eſt vltima ætas hominis, non habet determinatum tempus ſecundum menſuram aliarum. cumquandoque ſola teneat tantum temporis, quantum reliquæ omnes ætates.*

Sciendũ tertio quod finis huius ætatis, licet à multis cogitetur, ſuſpicetur & timeatur, à nemine tamen inuenitur, aut cognoſcitur. Nam ſi pręſciretur aut poſſet pręſciri, hoc maximè eſſet per doctrinam ſacrarum ſcripturarum: aut perſpecialẽ reuelationem, vel per rationem naturalem, ſed nullo iſtorum modorũ cognoſcitur: de duob. ſiquidem primis modis exdictis iam conſtat, de 3. nunc agendum.

Quod igitur naturali ratione finis ſæculi ſciri non poſſit probatur: quia ratio omnium, quæ cognoſcuntur in natura, deſumitur ex habitudine motus cœli, per quem operantur omnia naturalia, & omnia conſiſtunt in quadam periodo, vt dicit Philoſophus, vnde fit, vt ea quæ nullo modo mouentur, etiamſi ſint ipſa mouentia, Phyſicæ non ſint conſiderationis. Et quoniam finis mundi, & dies Iudicij, & ceſſa-

Immobilia non ſunt Phyſicæ conſiderationis.

cessatio omnis motus sunt idem. Qui naturaliter scire desiderat tempus, & diem iudicij, finem etiam istius motus cognoscat necesse est: nec enim temporis determinatio haberi potest, nisi per motus determinationem: Est enim tempus numerus motus.

Cognitio finis mũdi præsup- ponit co- gnitionẽ finis ip- sius mo- tus.

Cæterum quia motus non est suiipsius causa, aut mensura, hinc fit, vt per ipsum præcognosci non possit, quamdiu sit duraturus: & quia ignoramus determinatã quantitatem motus cœli, fit etiam vt eius finem nesciamus.

Finis mo- tus nec per seipsũ, nec per motũ cæ- lestẽ præ- sciri po- test.

Sed nec ex conditione motus cœlestis sciri potest determinatè finis eius, & patet euidenter, nam motus ille circularis est. In circulo autem non est principium neque finis: potest igitur semper durare, cum non habeat vbi finiatur. At de motu recto aliter dicendum: habet siquidem vbi incipiat, & vbi terminetur, nec extra terminos mobiles progreditur. Itaque motus rectus non potest esse in infinitum.

Vt igitur possit de fine motus cœli haberi cognitio, hoc vel per motorem ipsum aut mobile fiat oportet.

Per moto- rẽ non po- test, sciri finis mo- tus.

Per motorem non potest sciri determinatè finis motus & mundi. Philosophi volunt, quod motor Cœli seu Intelligentia immaterialis naturaliter iuxta vires suas moueat, & ex hoc ponit regularitatem & vniformitatem motus, cum sit infatigabilis. Fideles verò & Christiani docent Intelligentiam, non natu-

raliter

raliter, sed ad Dei nutum, & voluntatem mouere: quia est agens liberum; & tamen quia est agens infatigabile potest mouere vniformiter & regulariter, vult siquidem mouere eo modo quo mouet. Et si voluerit velocius, vel tardius mouere, mouebit, si cessare cessabit.

Intelligẽtia non naturaliter, sed ad Dei nutũ mouet.

Et quia circa ea, quorum principium est voluntas, non datur ars, aut scientia, fit vt etiam non possit dari certitudo de duratione motus cœli. Itaque non potest sciri modo naturali, quando cessabit motus cœli, aut quando erit dies iudicij. Immò nec Angelos hoc scire superius ostendimus, Thesi 9.

Nec per mobile ipsum potest sciri finis motus illius: Corpus enim cœleste aptum est, vt semper moueatur, quia est circulare corpus, motum super axem & polos suos. Sed & incorruptibile corpus est, quia nec elemẽtum est, nec elementatum, potest ergo durare in æternum. Hinc naturales Philosophi ignorantes causam inchoationis motus, dixerunt motum & mundum esse ab æterno, vt habetur 8. Physicorum.

Per mobile non scitur finis motus ipsius.

Quæ cum ita se habeant, planum est causam naturalem in ijs definiendis non habere locum, quæ prorsus inualidam mentis nostrę aciem transcenduut, & quæ ex nutu meroque diuinæ voluntatis imperio dependent. In rebus fidei non rationibus vtendum humanis, sed aut scripturæ aut Ecclesiæ auctoritate.

Immo

Immo magnus ac periculosus est error, magnitudinem,& mysteria Dei, nostri intellectus capacitate velle metiri, cum multa operetur Deus, quæ homo capere, aut plenè intelligere non potest: quinimò si naturam, ac potentiam Dei penetrare posset intellectus humanus, ac comprehendere, sequeretur necessario Deum non esse Deum, quia non esset infinitus, aut certè infinitum esse intellectum humanum, quorum vtrumque absurdissimum est, ac falsissimum.

Iudæi conabantur scire aduentum messiæ signis cælestibus.

Huic non absimilis apud Iudæos difficultas exoriebatur de tempore aduentus Messiæ, quod cum nec ratione, nec scripturâ possent determinatè præcognoscere, conabantur eorum nonnulli per signa cœli tempus illud præscire: Dixit ergò Christus illis, Non posse ratione naturali peruestigari, quando venturus esset, quia hoc ab agente libero dependebat: *Faciem cœli, inquit, iudicare nostis, & signa temporum non potestis scire*, ac si dicat apertius: Signa ex cœlò habere non potestis, quibus tempus, quo Messias venturus est, præcognoscatis: Et quia finis sæculi, & cessatio motus cœlestis est ab agente libero, ideo non potest, vel per rationem naturalem, vel per signa cœlestia præcognosci.

Matt.16.

At dixerit quispiam: Status noui testamenti fuit in veteri adumbratus: at scimus quanto tempore durârit vetus, cum secundũ

vnam computationem eamq; veriorem,à data lege Moysi vsq; ad Christi mortem; à quo nouum habemus testamentum,fluxerint anni 1570. vt alibi adnotauimus,scilicet Thesi 9.ergo etiam determinatè scire possumus durationem noui testamenti,& ex consequẽti finem seculi, nouum enim testamentum vsque ad finem durabit,iuxta illud: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.*

Anni à data lege Mosaica vsque ad Christu.

Matt. vlt.

Respondeo,licet status veteris testamenti statum noui prænunciet in generali; non tamen in speciali singula singulis respondent, & in rebus, & in temporibus præcipuè, cum omnes figuræ veteris testamenti fuerint in Christo completæ,& ideo non necesse est, vt præcisè status vnius testamenti tot annis duret, sicut alterius, & hoc res ipsa manifestè comprobat, cum duratio noui testamenti maior sit, & à Christo nato iam computetur annus 1616. In hoc igitur standum quod nulla ratio, aut coniectura sufficiat ad certitudinem temporis, vsque ad finem mundi comprobandum.

Status noui testamenti quoad annos, nõ respondet statui veteris testam.

Ex dictis quoque manifestum fit, Astrologos illos toto cœlo, & terra aberrare, qui ex constellationibus, aut ex astrorum motu, situ, coniunctione, audent mundo perituro certum diem, aut annum definire. Et in hos, non vno in loco inuehitur scriptura, sic Isaias: *Stent & saluent te augures Cœli, qui contemplantur sydera vt ex eis annuntiarent*

Ex astris nõ potest sciri finis seculi.

Isai.47.

ciarent ventura tibi. Vbi 70. vertunt. *Astrologi cœli.* Et addit Hier. *Qui vulgò appellantur Mathematici, & ex astrorum cursu res humanas regi arbitrantur.* De Iudiciarijs ergo Astrologis hæc interpretanda sunt.

Ex astrorum motu quæ sciri aut non sciri possint.

Porro D D. omnium consensu asseritur, quod Astrologi futura contingentia, quæ ex humana libertate dependent, ex astris non possunt prænoscere. Nam corpora cœlestia in intellectum, & voluntatem directo, aut necessario motu nihil influunt. Vnde sic argumentatur Damasc. *Cum cœlum,* inquit, *necessariò ac naturaliter agat, si humanæ actiones cœlesti vi administrarentur, non essent liberæ sed naturales; nec homo ageret, sed belluarum more ageretur, nullaq; superesset ratio consilij, nulla culpa aut meritum.* Quæ omnia absurda sunt & impia. Possunt tamen corpora cœlestia motione indirecta, id est remotè & ex accidente voluntate inclinare, interuentu organorum corporis, & potentiarum eis inhærentium.

Lib. 2. fidei orthod. cap. 2.

Si igitur astra in voluntatẽ humanam directè non agunt, à fortiori asseritur, Astrologos non posse ex astris prædicere futura, quæ ex sola Dei voluntate pendent, cuiusmodi est consummatio sæculi: Nam liberior est Dei voluntas, multoque cœlis superior, quam voluntas humana. Est etiam longè impossibilius; quia de homine aliquâ saltem coniectura fortè sumi potest, propter actionem cœli in corpus, cuius inclinationem solet sequi anima: At Dei voluntas omnibus modis altior

est, &

est, & neque directè, neque indirectè, neque per se, neque per accidens eam possunt corpora cœlestia inclinare: sed ipsa dominabitur astris.

Vnde fit, vt etiam ipsi naturales effectus futuri ex necessaria influentia cœli, prædici nõ possint ex astris, cum tanta certitudine, vt nõ sint subiecta mutationi, & defectui, si eos Deus voluerit impedire, subduntur enim astra diuinæ prouidentiæ, nec sunt eiusmodi effectuum prima causa.

Merito igitur hos Iudiciarios Astrologos Christiana, & vera pietas repellit, & damnat; & licet in suis prædicationibus expressè addant, se non affirmare id tanquam certum; nihilominus coram Ecclesia non excusantur, sed puniendi sunt, hoc declarauit expressè Sixtus Quintus dicens: *Statuimus, vt contra facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendẽtibus aliquid euenturum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur &c. Inquirant & procedant, & in eos seuerius canonicis pœnis, & aliis eorũ arbitrio animaduertant.*

ANTITHESIS SEPTIMA.

Incertum prorsus est, quando numerus ille sex millium annorum quos Chiliastæ ac Rabbini ad durationem mundi requi-

runt complebitur : & per consequens quando septenarius annorum millenarius inchoabitur.

PRius quædam sunt præmittenda, quam hæc confirmetur Antithesis.

Primum est, celebrem fuisse multorum opinionem, asserentium mundi ætatem sex annorum millibus ab ipso sito exordio, ad finem vsque duraturam; in quam sententiam perplures grauissimi viri, vt in prima huius
Thesi 15. tractatus parte diximus, conspirârunt: hi enim sex dies operationis diuinę, & septimâ quietis, frustrâ contemplantes, & cuilibet diei chiliadem superstitiosè satis assignantes, mundi ætatem sex annorum millibus determinârunt.

Huic sententiæ accedunt Thalmudistæ, qui frigidis etiam coniecturis vaticinantur sex mille annos mundo esse à Deo assignatos, de quib⁹ superius egimus. Thesi 13. Cum Cabalisticæ numerorum rationi alludere videtur illud, quod à catholicis D D. dicitur: nempe 6. mundi esse ętates, & temporis huius nostri sæculi articulos.

Dicimus quidem sine errore. quod ad instar sex illorum dierum, sex quoque ætates sæculi distinguantur: sed non dicimus quod ipsæ sex ætates in sex millibus annis determinentur, id est, vt vnaquæque ætas millenario annorum tramite dirimatur. Nec in illo prophetico testimonio aliquid de ętatum distinctione memoratur: Dictum est enim Psal. 89 Mille anni

anni ante oculos tuos; tanquam dies hesterna quæ præteryt. Quia quantumlibet huic vitæ longũ tempus optetur, & in quantalibet annorum prolixitate viuatur, mille anni ante oculos eius, qui moritur, tanquam præteriens dies vna putatur, & ideò quasi pro nihilo ducitur.

Sed quid firmitatis habeat hoc Chiliastarũ dogma si grȩcam sequamur annorum supputationem, vel cæcis, & in cymmerijs tenebris natis, licebit conspicari. Quippè in synodo generali, in Trulle celebrata. Act. 6. habetur, annos à mundo condito vsque ad Christum natũ, effluxos esse quinquies mille, quingentos, decem & nouem, quibus si addas annos, à reparatione mundi exactos, nimirum 1616. inuenies non sextam tantum, sed septimã etiam Chiliadem euolutione completam. Chiliastarum respuitur opinio.

Hanc fortassis computationem secutus fuit B. Ambrosius, lib. 7. in Lucam cap. 2. quando asseruit tempore suo, iam fuisse elapsos annos sex mille, & negat sibi probari eiusmodi traditionem. Quin & D. Cyprianus in præf. lib. de exhortatione martyrum, fatetur sua ætate, sex annorum millia completa fuisse, & plures huic opinioni adhæsisse pro comperto habetur.

Immo vt refert Suarez, Tom. 2. de incar, quæst. 59. art. 6. disp. 53. sect. 4. omnes illi Chiliastæ sequentes septuaginta Interpretes, arbitrati sunt, Christum natum esse currente iam sexto millenario à creatione mũdi, vnde ipso rerum euentu inanissimã esse eorum sententiã, perspicuum est.

Et quamuis Græci in his annis supputandis inter se magnoperè dissentiant, tamen communior chronologia, quam in horologio & cyclo paschali, & alijs publicis ecclesiæ indicibus obseruant, 5508. continet annos. Romana ecclesia in martyrologio, annos secundum translationem 70. Interpretum, à mundo condito vsque ad Christum, consignat 5199. Arabes in publicis chronicis 5185. Et hi omnes numeri vanitatis Chiliastarum dogma arguunt. Beda etiam lib. de rat. temp. c. 64. & 67. eandem traditionem liberè explodit, *friuolam* eam appellans & *hæreticam*. Vocat *hæreticam*, quoad eam partem, quæ est de errore Chiliastarum, asserentium Christum à resurrectione cum electis mille annis regnaturum, de quibus sup. thesi 15. disseruimus. *friuolam* vero appellat, quoad aliam, quæ tempora & annos definit, & sex annorum millia mundo duraturo adscribit.

Aretas Cæsariens. Episc. in c. 20. Apoc. hanc Chiliastarum etiam damnat sententiam, & dicit quod Ecclesia eam minimè admittat, sed funditus repudiet. Eandem reijcit & aspernatur D. Aug. in psal. 89. tanquam scripturæ minimè congruentem, quæ negat tempus consummationis mundi posse sciri ab Angelis, nedum à mortalibus. Si autem certū esset sex annorum millibus mundum dumtaxat duraturum, sciri etiam aliquo modo posset, quantum temporis ad eius consummationem esset reliquum.

Hæc

Hæc igitur sunt SS. PP. de Chiliastarum commento iudicia. Cuius fundamentum sola est coniectura, non scriptura, nam damnatur ab illa: non experientia, nam si Græcæ adhæreamus supputationi, illos falsos esse euentus declarauit: non reuelatio, nam posito quod alicui hoc reueletur, nimis infirmum vnius, aut alterius autoritas subministrat argumentum: non ratio naturalis, nam per illam finis mundi, vt docuimus, præsciri non potest.

Secundum obseruandum est Calc. partim cum prima opinione conuenire, partim ab ea discrepare. Conuenit in hoc quod vtraq; opinio mundi interitum septimo millenario a[illegible]ruat futurum: discrepat quod ex septimo annorum millenario ann. 666. desumat, dicit etenim mundi finem futurum anno 6666. At prima opinio asseuerat mundum duraturum sex millibus annorũ, eo quod sex diebus Summus rerũ opifex vniuersam hanc rerũ machinã condiderit; *Et mille anni sint apud Deum quasi dies vna*, 2. Petr. 3. quibus euolutis fiet rerum consummatio.

Tertium obseruandum est, quosdam etiã fuisse, qui dixerint diem vltimum futurum in fine anni septimi millesimi, talis fuit Insulis quidã, de quo Aegidius Calcerius, qui pro concione asserebat, tempus consummationis mũdi futurum in fine septimi anni millenarij, in nouissimo illius anno, mensem fore dicebat Septembrem, diem verò primam eiusdẽ mensis Dominicam; horam verò diluculum illius diei;

Quidam dixit finẽ mũdi futurum in fine septimi annorũ millenarij. *In sua sporta fragmentorum.*

diei; multo labore occupabatur in calculando, sed incerto vtebatur fundamento, nēpè quòd præsens seculum durare deberet septem millibus annorum, nec vlla auctoritate, aut ratione suum stabiliebat deliramentum, nisi hac dumtaxat coniecturâ, nimirum septenarium numerum esse perfectum, quâ concludebat mundum à sua creatione septem annorū millenarijs duraturum. At consilia cogitabat, quæ non potuit stabilire, sicq́, concionibus aliquot auditores suos suspensos, elusosq; reliquit.

Quidam sex annorū millibus addūt alios quingentos.

Quartum etiam consideratione dignū est, quod ad hunc sex millium annorum annis mundi numerum, quingentos alios ex auctoritate vetustissimorum PP. S. Germanus Constantinop. Episc. lib. de theoria rer. Ecclesiast. adiiciat, in hunc modum scribens: *Quòd Pontifex obsignet populum, id subindicat futurum aduentum Christi anno sexies millesimo quingentesimo, & ex supputatione digitorum, significante sexies millesimum quingentesimum. Id & Hippolytus Roma, & S. Cyrillus dicunt in libris suis de Antichristo. anno sexies millesimo quingentesimo futurum aduentum, itemq́ Chrysostomus.* Hæc ille.

Benedictio Pontificis quē annorum numerum designet.

At in operibus illorum Patrum quæ exstant, nihil eiusmodi, quale eis tribuit S. Germanus, reperitur, nec proinde putamus sanctissimum virum fuisse mentitum, cùm nullus ignoret, innumera Patrum vetusta monumēta fecisse naufragium.

Sed quod asseruit Pontificem in benedictione populi digitos attollere solitum, ita

suppu-

supputationem numeri sexies millesimi quingentesimi conformatos, difficilem habet enodationem, putamus tamé ex prisco more supputandi per digitos id esse tractum: Antiqui enim numerum sextum millesimum hoc gestu digitorum indicare consueuerunt: nimirũ dextræ manus indice, super mediam pollicis vertebram circumducto, expressa quadamtenus figura crucis. Quingentesimum verò numerum in eadem dextra annulari, & minimo digitis exporrectis, medio verò seu infami palmam versus incuruato. Quæ forma benedictionibus Episcopi num satis accommodetur, viderint al j. De numerorum supputatione ex digitorum gestibus scripserunt recentiores. Antonius Nebrissensis 3. quinquag. ad finem, & capit. 15. Cœlius Rhodiginus lib. 23. lect. antiq. cap. 11. 12. & 18. Pierius Var. lib. 37. Hierog. & alij.

Septimus millesimus quomodo exprimebatur ab Antiquis.

Quod ad Chiliastarum opinionem spectat, SS. PP. de ea iudicia audiuimus, quid verò recentiores de eadem sentiant, discutiamus.

Quidam nihil in hac re temerè censendum ad vtramuis partem existimant, sed in medio, & potius rerum exitui ad posteritatem relinquendum quodcumque temporum successio dabit: incerta enim prorsus omnia in futurum seruari: ita Galatinus lib. 4. cap. 21. Finus lib. 5. cap. 11. Sixtus libro quinto, annotatione 190.

Alius putauit eiusmodi Patrum assertio-

Suarez tom. 2. disp. 57. sect. 4.

nem esse incertam, nulla auctoritate, & ratione probatam. Nec deest qui commentum nullius auctoritatis appellet.

Nonnulli eo argumento reijciunt, quia si certum esset mundum sex annorum millibus dumtaxat duraturum, computatis ab exordio mundi annis ad præsentem vsque diem, sciri etiam posset quantum temporis, ad eius consummationem esset reliquum. Soto in 4. dist. 43. q. 2. art. 2. Mart. lib. 3. Hypotyp. cap. 1. Pererius lib. 1. in Genesim.

Alij eam sententiam, tametsi non vndequaq; certam, at vt probabilẽ amplectuntur: Bellarminus lib. 3. de Rom. Pont. cap. 3. sic de ea loquitur: *Optima*, inquit, *est moderatio Diui Augustini qui hanc sententiam probabilem putauit, & eam, vt probabilem secutus est, libro 20. de ciuit. Dei ca. 7. Neque hinc sequitur nos scire tempus vltimæ diei, dicimus enim probabile esse mundum non duraturum vltra sex millia annorum, non autem dicimus id esse certum.* Hæc ille.

Genebrardus verò lib. 1. chro. pag. 2. sic suam profert de hac re sententiam: *Definitam ergò & minutam annorum circunscriptionem reijciamus, pronunciatum autem Rabbini Eliæ, vniuersè verum intelligamus: nam non carebit suo euentu in genere, præsertim cum apud nos idem tradiderunt Lactantius & alij.*

Equidem vniuersim ac generaliter sex annorum millibus concludi totam mundi vitam, quamuis res sit incerta, tamen auctoritatem tantorum Patrum hoc ipsum prodentium

nullus

nullus cordatus ac pius inter damnatas sententias ausit & hanc quoque reijcere, sed rem totam integrè sacrato ecclesiæ iudicio reseruabit: hæc enim religiosa cogitatio animum eius subeat oportet, sacratissimos Ecclesiæ Proceres &magna lumina,ad eam operationē astruendam non sine magnis rationibus accessisse: nam neque ex eorundem assertione vllo modo sequitur posse à nobis certò sciri annū mundanæ consummationis: quamuis enim generale quoddam tempus seculi durationis constituamus, nimirum sex mille annos, tamen in particulari sigillatim quenescimus exploratò quot anni iam elapsi sint, ab orbe cōdito ad pręsentem diem:ac proinde minus etiam cognoscimus quot adhuc supersint ad finem vsque rerum. Siquidem annorum ratio ab orbe creato incerta est ac inexplorata, vt abundè superius docuimus. Et sanè in probabilissimis recentiorum supputationibus animaduertere licet discrimen centum,& eo amplius annorum. Et quis certò nouit nisi tantū probabiliter aliquem esse verum & exactum calculum?

His ita præfatis ac constitutis nostram antithesim stabiliamus. Siue in ingressum, siue progressum, aut etiam egressum & finem anni septimi millesimi mundi interitum determinatè transferas & extendas, incompertum prorsus est quando numerus ille sex millium annorum præcisè & definitè, aut alius, quemcumq; effinxeris, ac durationi mundi adstrin-

xeris, annorum numerus complebitur. Stat enim vera ac firma illa Christi sententia, Act. 1. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Sed quis docere audeat, vel scire præsumat, quod supremus ille magister, nec amantissimos docuit discipulos, nec illi vnquam docere ausi fuerunt? Hinc vas illud electionis B. Paulus, sic suos Thessalonicenses affabatur: *De temporibus & momentis non est opus scribam vobis, ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut in nocte, ita veniet. 1.* Thessal. 5. Ac si dicat euidentius: superuacaneum est, & planè inutile, resurrectionis & rerum finis velle tempora & momenta cognoscere, quæ nec Apostolis ipsis interrogantibus retexerit Dominus. B. Chrysostomus homilia nona in illa verba Apostoli, inter alia dicit tam incertum esse tempus consummationis mundi, quantum vnicuique incertus est dies mortis.

Si è re Apostolorum fuisset, diem præscire vltimum, non celâsset eos Christus, præsertim cum blandè eos consolans dicat Ioan. 15. *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Si omnia nota fecit, cur diem hunc extremum eos latere voluit? nimirum, quia non expediebat diem illum scirent.

Obiectio Calculat. Explicat Calculator: *Non decebat,* inquit, *Apostolos hoc scire, sed Prophetas*; quæ enim futura sunt, Sanctorum Prophetarum oraculis cognoscuntur, qui priusquam fierent ea, quæ futura erant, voluntate diuina hominibus locuti

cuti sunt; & omni admiratione plenum esset, si ea Deus, quæ prædici voluit, ad hominum sésus penitus non posse peruenire constituit. Sic olim Hesychius Augustino obijciebat.

Sed respondet Augustinus epist. 80. ad eundem: *Quanto*, inquit, *maiore admiratione plenum est, si ea quæ Prophetæ sunt locuti hominibus, hæc Apostoli vel sunt scire prohibiti, vel dicere? quomodo autem Prophetæ ista, de quibus agitur tempora, docentes non intelligerentur ab Apostolis, si intelliguntur à nobis? aut si eos Apostoli intellexerunt istam temporis mensuram prophetantes, quomodo non docerent, quod intellexerunt, quando per eorum præconium, & ipsi Prophetæ innotescebant, qui eos suis libris ista docuerunt? Et ideò per quas literas ea ipsa didicerant, per easdem poterãt alij quoq; in his generibus discere, in quibus Apostoli auctoritatem propheticam commendabant. Vnde credibilius est hoc Deum noluisse sciri, vel prædicari, quod videbat non vtiliter disci.* Respõsio August.

Et epist 70. ad eundem: *Non dicit Christus diem & horam, quamuis diem & horam scripturæ pro tempore sæpè ponant: sed tempora: Non est vestrum, ait, scire tempora: Tempora ergò computare hoc est, χρόνους, vt sciamus, quando finis sit huius seculi, vel aduentus Domini, nihil mihi aliud videtur, quàm scire velle, quod ipse Christus ait, neminem scire posse.* Præsertim cum tempus indifferenter, nunc pro magno accipiatur, nunc pro paruo tempore.

ANTI-

ANTITHESIS OCTAVA.

Non est futura mundi consummatio in septimo annorum millenario, ob numeri septimi & decimi perfectionem.

Calculat. argumentatur à perfectione numeri septenarij & denarij.

DIcit Calculator finem mundi futurum in septimo annorum millenario: *Quia*, inquit, *numerus septenarius & denarius sunt perfecti, & ideò in numero septimo decimo erit nouissimum rerum omnium exterminium.*

Verum scire peruelim quid causæ sit, cur potius autumet futuram rerum euersionem in septima chiliade, quàm in decima, cum denarius numerus non sit perfectione septenario inferior? Si, vt ipse vult, ab omnium rerũ primordio ad Christum vsque quinq; annorum millia interfluxerunt, cur non & pari ratione tot annorum millibus à reparatione generis humani ad consummationem vsque mundum posse durare quis dixerit?

Aetas vltima mũdi quã diu sit duratura, nemini notum est.

Scimus equidem quando inceperit vltima seculi ætas, at quando sua claudetur periodo, mortalium nulli compertum est; nam, vt aliàs meminimus, sicut hominis senectus interdum quantitate maior est omnibus alijs ætatibus simul sumptis, ita planè vltima seculi ætas duratione maior esse potest alijs ætatibus simul sumptis, hoc est, vt plusquam quinque millibus annorum duret.

Adhæc si in septimo annorum millenario fieri

fieri debeat mundi interitus, cur non æquè in decimo? Enimuerò quod de septimo, etiam idem de decimo possumus inferre; nec minori cum probabilitate. præsertim cum huic senté-tiæ videatur Propheta suffragari; *Domine*, ait, *opus tuum in medio annorum viuifica illud.* Opus vero Dei excellentissimum, fuit genus humanum, quod mortuum peccato viuificatum fuit *in medio annorum*. Hinc concludunt quidam tantū temporis futurum post primū aduentum, quantū ante præcessit. Huius opinionis est. S. Vincentius In epist. ad Benedictum Papam: *Opinio* ait, *vna est dicentiū, quod tantum tēporis debet transire ab incarnatione filij Dei vsq; ad finē mundi, quantū præcessit à principio mundi vsq; ad hanc ipsam incarnationem.* Hæc ille. Abac. 3. Opus Deì excellentissimū.

At infirma est hæc opinio: nam in medio dicitur, non solū quod æqualiter distat ab extremis, sed etiā quodcumq; existens inter extrema, siue parū, siue multū distet abeis: potest siquidē dici in medio vndenarij numeri, non solū senarius qui æquè distat ab vnitate & vndenario; sed etiam alio modo omnes numeri; qui sunt inter vnitatē & vndenariū: Et hac ratione septenarius est in medio, & alij sequentes numeri, vt binarius cum sequente.

Hoc itaq; modo sumitur mediū hic & alibi cum dicitur: *In medio annorum notū facies, cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* Et quia hæc opinio, potissimum hoc scripturæ loco suffulcitur, quantum habeat firmitatis, & roboris, nullus nisi cæcus non discernit. Abac. 3.

Operæ-

Operæpretium tamen est hic obseruare nõ vnam esse huius prophetiæ Habacuc expositionem. Lyranus in 3. Habacuc, sic interpretatur: *Opus tuum*, id est, *suppliciũ Chaldæorũ*, nã imperium à Chaldæis ad Medos translatũ est per Darium, &ad Persas per Cyrũ: quippe Dei flagella opus Dei vocantur etiam ab Isaia c. 28. *In medio annorum*, nimirum à destructione templi Salomonici, ad eius vsque instaurationem (nam Cyrus inter vtrumq; tempus Babylone capta, monarchiã Chaldaicã ad se transtulit.) *Viuifica illud*, hoc est, opere comple, perfice.

Expositio illius loci: in medio annorũ.

Iansenius per *opus* illud intelligit liberationem populi Israelitici ab exilio Chaldaico (quæ singulare Dei extitit opus, potenti eius manu patratum) *in medio annorum*, id est, cum tempus præstitutum aduenerit.

In expositione Cant. Habacuc.

Plerique recentiorũ per *opus*, ipsum Israelem intelligunt, qui opus Dei erat, & Dei creatura multis aucta beneficijs. Ac hoc claro elogio Deus Israelem ornat apud Isai. 60. & 61. & alibi. *Germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. In medio annorum*, scilicet captiuitatis Babylonicæ, hoc est, dum erit tantisper captiuus, aut: *in medio annorum* i. cum visitabis & subuertes Chaldæos per Cyrum, in medio tantæ ruinæ, *viuifica illud* i. conserua incolumem. Sic Masius, Mercerus & alij.

Sunt qui per opus, ipsum Christum accipiũt, qui *in medio annorum*, nempe vitæ ipsius, hoc est 34. per tres menses inchoato, *Viuifica illud*: i. excita à mortuis. ita S. Hiero & aliqui-

dam

dam. Alij per *opus*, genus ipſum humanum, aut ipſius generis humani liberationem, aut paſſionem Chriſti exponendam eſſe contendunt: Et has expoſitiones, vt hiſtoricas & litterales ſuſcipimus, reliquas vt myſticas & ſublimiores exoſculamur.

Cæterum quid de illorum opinione dicemus, qui voluerunt S. Habacuc his verbis pronunciaſſe filium Dei in medio æquabiliter durationis mundi carnem aſſumpſiſſe, vt tot exactè anni à creatione mundi ad Chriſti vſque corporationem præceſſerint, quot elapſuri ſunt à Chriſti ortu vſque ad mundi occaſum? Exiſtimarunt recentiores quidam Theologi præfatam aſſertionem eſſe falſiſſimam, & continere errorem intolerabilem; quod alioquin hinc certò, & infallibiliter ſciri poſſet dies iudicij quando futurus ſit, quod eſt dogma planè hæreticum. Barthol. Medina in 3. p. D. Thom.

Sed illud obſeruandum quod ait Propheta: *In medio annorum*: medium non ſemper poni in ſcriptura pro exacto & iuſto medio, vt iam inſinuauimus, hoc eſt, pro æquali diſtãtia ab vtroq; extremo, quod vocant mediũ geometricum, neq; mediũ in numeris ſemper ad regulas arithmeticæs iuſtè exigendum: ſed hebraico idiotiſmo interdum idem valere quod intra, idemq; prorſus eſſe *In medio annorum*, id eſt intra annos vt Symmachus tranſtulit, in lapſu ſeu decurſu annorum, cum tempus opportunum poſt plures annos tranſactos ad-

aduenerit. Consimiles non paucas sanctæ linguæ phrases licet in sacris litteris reperire: vt Psal.100. *Non habitabit in medio domus meæ*, id est, intra domum meam. Et Ierem.50. *Recedite de medio Babylonis*, hoc est, de intra Babylonem. Et illud 4. Reg.4. *In medio populi mei habito*. & sic de alijs. At Septuaginta hunc locum ita reddiderunt: *In medio duorum animalium cognosceris*, Ecclesia Rom. in tractu Parasceues, *innotesceris*. At ad institutum reuertamur.

Annorũ supputatio varia & incerta.

Tandem illud etiam exploratissimum est, scilicet certò sciri non posse ex scriptura numerum annorum ab orbe terrarum condito, vt iam sæpiùs meminimus, vsq; ad Christum natum, quo fit, vt siue Græcam, siue Latinam quis sequatur computationem, inanis sit Calculatoris sententia, mundi consummationem futuram in septimo annorum millenario.

Immò si quis communiorem Græcam recipiat, quæ à creato mũdo vsque ad Christum annos 5508. computat, vt patet ex dictis, iisque addat quos à Christi incarnatione habemus, annos nimirum 1616. numerus exurget annorum 7124. Itaque secundum hanc computationem, & Chiliastarum, & Calculatoris nostri subuertitur opinio, cum abhinc 124. annis, septimus ille annorum millenarius exactus sit.

Quæ cum ita se habeant, operam perdit, quisquis mundo certum tempus, annorum mundi supputatione, definire contendit. Nam dici potest futurum vniuersi excidium in septi-

ſeptimo annorum millenario, ob numeri ſeptenarij perfectionem cum cauſa naturalis in ijs determinandis, quæ ratione humana comprehendi non poſſunt, vt quæ ex mero diuinæ voluntatis imperio dependent locum nõ habeat; Saulis arma, rationes inquam, humana ſubtilitate conceptæ, magis in his grauant quam iuuant.

Concludamus itaque & cum B. Aug. dicamus: *Omnium de hac re Calculantium digitos reſoluit, & quieſcere iubet, qui dicit: Non eſt veſtrũ noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.* Auguſt. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 53.

ANTITHESIS NONA.

Non poteſt purus intellectus creatus exactam, & omnibus modis infallibilem certitudinem habere temporis, anni aut diei, quo futura eſt ſeculi conſummatio.

PRO huius Antitheſis confirmatione ſufficerit ipſius veritatis increatæ teſtimonium, quæ ſic ait: *De die autem illa nemo ſcit, neque Angeli cælorum niſi pater ſolus:* Et apud Marc. ſic habes: *De die autem illa vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius, niſi pater.* Apoſtoli quum vellent à Domino ſcire quãdo reſtituendum eſſet regnum Iſrael, atque ſic conſequenti ordine, quando præteriturus eſſet hic mundus reſpondit, ipſe: *Non eſt veſtrũ*

Matt. 24.
Marc. 13.
Act. 1.

nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.

Huic Apostolorum quęstioni ferè par fuit & similis illa D. Pet. Io. vlt. quæstio: *Domine hic autem quid?* Respondit Iesus: *Quid ad te?* q. d. Tuum non est scire vel modum, vel tempus mortis alterius, aut ipsius mūdi finis, nec enim hoc te decet, sed Deum: nec tibi prodest, sed obest potius.

In illa Christi verba sic. D. Aug. Epistola 80. ad Hesych. Et 18. de ciuit. Dei cap. 53. *Frustra igitur annos, qui huic sæculo remanent computare, ac definire conamur, cum hoc scire non esse nostrum, ex ore veritatis audiamus.*

1. *Thess.* 5. Ad huius etiam Antitheseos probationem accedit B. Paulus. *De temporibus,* inquit, *vel momentis non est opus scribere vobis, ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Huc quoque refertur illud Zachariæ capite 14: *Et erit dies vna quæ nota est Domino:* ac si dicat. Nota tantummodo Domino, non hominibus. Et Malach. 3. *Ecce venit, dicit Dominus exercitium, & quis poterit cogitare diē aduentus eius.* Quod quidem verissimum est, siue ipse dies Domini pro ipso die Iudicij accipiatur. Nec enim tempus determinatum scietur, quando futurus est dies ille: siue pro ipso die cum omnibus pręcedentibus diebus ad diē Iudicij, ex die quo signa fieri cœperint. Nam prorsus erit ignotus ille dies, cum præsciri nō possit quando signa illa incipient.

Quæres an saltem aliqua ratione sciri pos-

ſit dies ille? Dicendum quod, aut quæritur de tempore hoc, in quo nunc ſumus antequam præcedant aliqua ſigna iudicij, aut de illis quæritur, qui in tempore illo erunt, in quo iam ſigna præcedentia erunt completa: Si de nobis quæritur, abſolutè reſpondendum eſt, quod neque diem iudicij, neque tempus propinquum ſciamus, aut ſcire poſſimus: quia *nemo ſcit*. Nec tempus propinquum ſcire poſſimus. Sic teſtatur D. Aug. Epiſt. 80. ad Heſ. *Non poteſt*, inquit, *determinari tempus futuri iudicij, nec quoad diem, nec quoad mẽſem, nec quoad annum, nec de centum, nec de mille annis.* Vtrum aliqua ratione ſciri poſſit dies ille.

Si ſermo ſit de illis, qui completis ſignis erunt ſuperſtites, aut quæritur an ſcient diem iudicij, aut an ſcient tempus proximum: Prius neſcient ipſi, quia, *De die illa nemo ſcit*, neq; hora. poſterius ſcient, quia finitis ſignis, iuſti intelligent diem iudicij in propinquo eſſe: Nam Matth. 24. Poſitis omnibus ſignis addit Chriſtus. *Itaque & vos cum videritis hæc omnia*, id eſt, omnia ſigna præterita; *ſcitote quia prope eſt, & in ianuis.* Immò & ipſis ſignis inchoatis hoc ipſum deprehendẽt. Sic Lucas cap. 21. *His fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra.* Iuſti finitis ſignis intelligẽt inſtare iudicij diem.

Ad quæſtionem igitur reſolutoriè dicendum eſt, quod ſicut dies iudicij non eſt ſcitus, ita ſciri non poteſt, nec per naturalem cognitionem, nec per notitiam ſcripturarum, nec per diuinã reuelationẽ, vt ſatis ſuperq; à nobis ſuperius probatũ eſt. Et hoc ſatis inſinuãt ver- Dies iudicij nec eſt ſcitus nec ſciri poteſt.

Tria sunt ob quæ non expedit scire diē illum.

ba illa Christi: *Non est vestrum nosse, &c.* Nam in his tria inuoluuntur, ob quæ non expedit reuelare diem nouissimum. primum, quia dicitur *non est vestrum nosse:* quod dupliciter intelligitur, vel, q. d. non est vobis vtile nôsse hoc,& ideo vobis non reuelatur: vel, *non est vestrûm*, quia videlicet huius rei infallibilis scientia soli Deo, tanquam Iudici reseruatur.

Secundum est quod dicitur, *Nosse tempora & momenta*, in quo innuitur causa ob quam Apostolis non reuelatur,quodpetebant.Ac si clarius diceret: quia petitis determinationem temporis Iudicij, non concedetur, nec manifestabitur vobis,quam si præscirent mortales, delitijs potius soluerētur, quam vigilarent,salutiq; suæ consulerent. Vt plenius diximus.

Thesis.

Tertium est. *Quæ pater posuit in sua potestate.* Quo signatur Patris esse scire, quantum ad temporis limitationem res,ac earum euentus; dicitur ergo pater ponere ea *in sua potestate,* quæ sibi reseruat nulli alteri reuelaturus. Hinc Marci vltimo dicitur *solus pater scire diem illum.*

Est igitur hac in parte maioris mundi cum minore analogia: vt enim homo scit sua morte nihil esse certius, tamen præter reuelationem,nihil ei hora mortis est incertius : Ita quoque quamuis certò sciamus hunc mundum periturum & interiturum, diei tamen quo id fiet penitus sumus inscij, quippe soli Deo patri reseruatus est,& præcognitus: nam de rebus est illis, quas ipse suæ potestati soli

reseruat-

reseruauit, quas scire hominem nec deceret, nec conduceret.

Veritatem huius Antithesis alijs etiam modis, & probationibus ostendamus. Quod ab Angelis ignoratur, multò magis hominibus sit occultum oportet; cum ea, ad quæ homines naturali cognitione perueniunt, multo lympidius ab Angelis cognoscantur: Angeli autem finem sæculi non præcognoscunt: Igitur multò magis ab hominibus ignoratur.

Probatur antithesis.

Angeli nesciunt diem illū.

Præterea Apostoli fuerunt magis conscij secretorum Christi, quam eorum successores; sed eis non fuit cognita illius temporis determinatio; ergo nec cæteris hominibus nota erit, præsertim cum Apostolis dictum sit: *Iam non dicam vos seruos sed amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis.*

Apostolis non innotuit dies ille.

Ioan. 15.

Solida, & inuiolabilis fidei confessio, & orthodoxorum perpetuus consensus illud semper persuasum habuit, nullum mortaliū quātumuis excellentis meriti & ingenij virum, certum, & præfixū tempus, quo Antichristus venturus est, ac mundus destruendus, vnquam perspicuè ac manifestè scire potuisse. Imo SS. PP. acriter inuehuntur in eos qui temeritate aut imprudentia eo sunt prouecti, vt certum, ac prædefinitum tempus, Antichristi aduentus, & sæculi interitus præstituere tentarunt.

SS. PP. semper in eos inuecti sunt, qui Christo venturo certum tempus præscribere conati sunt.

Magnus ille S. Iacobus Nisibenus Episcopus, peculiare opus condidisse fertur ad eorum coarguendam vanitatē, qui præscriptum tem-

pus venturo Antichristo, aut ad iudiciũ Christo venturo præfixerunt: sic enim atteſtatur Gennadius in catalogo: *Composuit, ait, Iacobus & chronicon minoris quidem Græcorum curiositatis, sed maioris fiduciæ, quia diuinarum scripturarum auctoritate constructum comprimit ora eorum, qui præsumptuosa suspicione de aduentu Antichristi, vel Domini nostri, inaniter philosophantur.* Hæc ille.

S. Cyrill. Ierosl. catech. 15. sic ait: *Tempus nemo curiosè inquirat: non est enim nostrum scire tempora quæ Deus posuit in potestate sua, neq; audeas determinare quando hæc fiant.* S. Chrysost. hom. 9. in 1. Thess. talem hac de re profert sententiam: *Nihil ita, vt apparet, curiosum est, & auidum ad rerum obscurarum & reconditarum cognitionem, vt humana natura. Hoc autem illi contingere solet, quando tenuem & nondum absolutum intellectum habet. Properat itaque animus noster ad multa iam cognoscenda & comprehendenda, maximè tamen ad sciendum consummationis tempus.* & post pauca: *Audi igitur quæ idem B. Paulus dicat 1. Thess. 5. De temporibus autem, ac temporum articulis, fratres, non opus habetis, vt vobis scribam: quod enim dicit: Non habetis opus, tanquam superfluum, & velut inutile, non permittit, vt quærant.* Sed quid S. Bedam, de rat. tem. capit. 66. quid Originem, tractatu 30. in Matthæum, quid cæteros, qui eiusdem cum his, de aduentu Antichristi & mundi fine, ſententiæ sunt, commemorem?

Extat sacrum de hac re promulgatum e-

dictum in Concilio Lateranensi vltimo, sessione vndecima, ad hominum effrenam temeritatem proterendam, cuius initium est: *Superna Maiestatis, &c.* vbi inter alia hæc habentur: *Mandamusquе omnibus, qui hoc onus prædicandi sustinent, quiqúe in futurum sustinebunt, vt tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant. cùm veritas dicat: Non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.*

Nostram autem antithesim doctè Diuus Thomas in 4. sentent. ratione diuinæ virtutis & potestatis, hoc modo corroborat, & cur sibi diei vltimi cognitionem supremus rerum rector reseruârit, ostendit: *Finis*, inquit, *mundi debet respondere initio, sed in principio mundi nulla vir‹t›us creata Deo cooperata est; mundus enim ex sola Dei potentia originem habet: finis ergò mūdi à nullo intellectu creato prænoscetur, sed solum diuinæ substernetur voluntati, ac potestati: iuxta illud: Non est vestrum nosse tempora & momenta, quæ Pater &c.*

Vt igitur in symboli exordio, profitemur nos credere Deum esse creatorem cœli & terræ; sic in fine eiusdem symboli, credimus Deum esse mundi consummatorem, carnis sc. resurrectionem prædicantes. At articulus fidei ratione aut demonstratione nō probatur: *Est enim fides argumentum non apparentiū.* Heb. 11. Vt solus fuit mundi creator Deus, sic solus erit consummator.

Sed acutius hanc adhuc rationem, non tan-

tum ratione potestatis, sed etiam scientiæ diuinæ illustrat D. Thom. *Dominus Deus*, inquit, *cum per suam potestatem ac scientiam res omnes producat, potentiam suam simul & scientiam, suis aliquando communicat creaturis: potentiam quidem dum rebus virtutem tribuit agendi, & res alias, quarum sunt causæ, efficiendi: scientiam, dum rerum cognitionem ijsdem diuinitus instillat.*

Operatur Deus aliquando immediate.

Sed vt quandoque communicat, ita & quandoque sibi soli potentiam, scientiamq; reseruat: nã operatur quædam nullis alijs causis concurrentibus: & similiter cognoscit quædam, quæ à nullo puro intellectu cognoscuntur. Eiusmodi sunt quæ soli diuinæ potestati subijciuntur, & qualis est hæc nouissima diei consummationis seculi cognitio. Et quia hæc ex sola Dei voluntate dependet, conueniens est, vt solus Deus mundi finem sciat, antequam eueniat. quod si reuelaret, non sciret ipse solus, & ideò expedit ne talis reuelatio fiat. Itaque dies nouissimus cum ex voluntate diuina pẽdeat, quæ nobis reuelata non est, & non potest ratione inuestigari, soli Deo, non Angelis aut hominibus notus est.

Tria rerũ genera captũ trãscendunt humanũ.

Tria verò rerum genera esse videntur, quæ omnem createę naturę intelligentiam excedunt, vt doctè Pererius in illa Danielis 2. verba adnotauit: *Ipse reuelat profunda, & abscondita, & in tenebris constituta.* Vnum est rerum supernaturalium, cuiusmodi sunt mysteria nostræ fidei, vt trinitatis, incarnationis, Eucharistiæ, & dicuntur profunda.

Alterum eorum quæ vocantur arcana cordium

dium, vti sunt propriæ voluntatis & intellectus actiones, & nominantur abscondita.

Tertium est eorum, quæ in scholis appellantur futura contingentia; quæ nec sunt actu, nec fuerunt vnquam, nec in causis suis determinatè continentur, ob idque certam cognitionem parere non possunt, & dicuntur in tenebris abscondita. De his Propheta Isaias cap. 45. *Annunciate*, inquit, *quæ futura sunt, & sciemus quia Dij estis*. Et Ierem. 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscit illud? Ego Dominus scrutans corda, probans renes.*

Nemo etiam inficias ierit, quin præter hāc mundum consummandi potestatem, etiam variæ ac multiplices sint ipsius duntaxat omnipotentis Dei operationes. Cuiusmodi est creatio: nam inter ens & nihil est infinita distantia, hinc productio creaturę ex nihilo, est potentiæ infinitæ, quæ soli Deo conuenit. Vnde per Prophetam Isaiam cap. 44. ait: *Ego sum Dominus, extendens solus cœlos, stabiliens terram, & nullus mecum.* — Varias sibi soli Deus operationes reseruat. Creatio.

Eiusmodi est recreatio impij, siue iustificatio: Dei est enim remittere peccata principaliter, & effectiuè. Eiusmodi est saluatio: *Ego sum Dominus, & non est absq; me saluator*, ait per Prophetam Isaiam cap. 43. Dominus. Idem dic de prædestinatione, quæ soli Deo nota est. Sed & miraculorum operationem, cui, nisi Deo attribuemus? *Qui facis mirabilia magna solus*, ait Psalmista, psal. 135. Solus nempè, vt verus naturæ Dominus, mirabilia facit. Quin & in- — Iustificatio. Saluatio. Prædestinatio. Miraculorum operatio.

Vindicta. iuriarum solus vindex vult esse Dominus: Rom. 12. *Mihi vindictam*, ait, *& ego retribuam.*

Gloria. Denique gloriam sibi soli reseruat: Isa. 42. *Gloriam meam alteri*, inquit, *non dabo.*

Deus non semper potentiã suam & scientiam communicat. Ex his fit planum, quod Deus ter Optimus Maximus, non semper potentiam, & scientiam alijs communicet.

Certos sibi casus superiores reseruãt. Sic & videmus eos, qui eius vices in terris gerunt, non inferioribus quibuscumq; ministris, suam Iurisdictionem indulgere, alias quę facies, quæ forma aut status esset Hierarchiæ Ecclesiasticæ? Si potestatis suæ quibusuis copiam facerent Ecclesiæ Antistites? sanè non esset ista Hyerarchia Cant. 6. *Castrorum acies benè ordinata:* Equidem boni regiminis ratio postulat, vt res & causæ grauiores iudicio grauiori, & scientiæ eminentiori subdantur.

Vt ergò in naturalibus inferiora, superiorum motibus reguntur; ita in humanis subditi à Superioribus motu & imperio voluntatis diriguntur, quâ manifestatà vi auctoritatis diuinitus ordinatæ obtemperent necesse est. Itaque occultam Deus vult esse nobis horam & diem consummationis seculi; quia præscientia eius est de rebus illis, quæ solius sunt Dei, de quibus ipse solus habere vult gloriam, nec eam dare creaturæ, dicens alibi: *Ego sum Deus & non est alius vltra me Deus, nec est similis mei, annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis mea voluntas fiet, & gloriam meam alteri non dabo.* Isa. 46. & 38-

Ex

Ex dictis igitur elucet, quod vt nouitas mundi non potest à nobis, ratione naturali certò euidenterque sciri: sic nec scire possumus quando decreuerit Deus eundem ad extremum perducere: cum enim agat Deus per voluntatem voluntas auté eius in ijs, quæ pertinent ad creaturæ gubernationem, libera sit, nullâq; necessitate teneatur: non potest talis voluntas ratione comprehendi. Hoc adúbrabant Seraphin facié Dei & pedes velâtes, quia scilicet prima & extrema cooperta sunt.

Prima Dei opera, & extrema sunt ignota creaturæ.

Rabbi etiam Moyses, vt refert, de Voragine, dicebat Thalmudistas eiusmodi apophtegma solitos in ore habuisse: nimirum quod quicumque posuerit ingenium suum circa quatuor, confusione replebitur: *Si voluerit scire quod est in summo, & quod est in imo: & quod fuit in primo, & quod erit in vltimo.* Summum & primum haud dubiè Deus est. Hoc igitur peruestigare, curiositas est. Imum, & vltimum omnium finis est. Quæ inter primum & vltimum sunt, nempe diuinos effectus expendere possumus, non ex curiositate vana, sed vt ex his Deum ipsum intelligamus, intelligendo amemus & glorificemus.

Ser. 3. in Dominica Trinitatis.

Apophtegma Rabbinorum.

Quæ cum ita sint, cum, inquam, Dominus Deus scientiam determinati temporis, quo rerum omnium consummatio obuenire debet, nemini prædixerit, sed sibi dumtaxat reseruârit, suos iam calculos recludant, quotquot de fine sæculi vaticinari præsumunt.

Cur dies iudicij dies Domini dicatur.

Nec immerito dies ille Iudicij extremi passim in

Isa. 13. *Soph.* 1. *Ioel.* 1. *Zach.* 14. in scripturis dies Domini appellatur: Licet enim ita fortassis vocetur, quod in illo omnes homines, dierum omnium suorum rationem sint reddituri: vel quod in illo potissimum diuinę iræ magnitudo sit manifestanda, aut certè quod scelera omnia examini diuino sint denudãda, nihilominus non absurdè diem Domini appellandũ dixerimus, quod soli Deo notus sit, nec puræ creaturæ cognitũ esse voluerit, iuxta illud: *Statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate.* *Act.* 17.

Cur sibi referuet cognitionẽ huius diei Dominus Deus. Satis iam Dominum Deum diei huius cognitionẽ sibi tanquam Iudici reseruasse clarum est: nec mirum, Dei siquidem est hoc scire, non solum in quantum ipse naturaliter omniscius est, sed quia ipsius est producere omnes effectus in nobis, vel in rebus, prout expedire iudicat. Et quia quælibet res fit in tempore determinato, oportet, vt ab illo, in quo est prouidentia & dispositio rerum, tempora cognoscantur, in quibus effectus secuturi sunt, siue ab eo fiat rerum executio, siue ab alijs causis inferioribus, quibus eam demandârit, & sic Dei est scire tempora & momenta, cuius est etiam res ipsas producere.

Obiectio. At contra hæc quæ diximus exsurget quis dicens: finis mundi debet respondere principio: sed principium mundi determinatè scitur à nobis per scripturam Gen. primo cap. Igitur finis eius determinatè potest sciri. Respondeo, vt sciatur finis alicuius rei non sufficit

ficit principium cognoscere, sed sciri etiam debet mensura durationis eiusdem rei: Et quia omnium aliorum motuum, & rerum per se motarum, cœlestis motus est mensura durationis, scito principio earum, poterit finis cognosci. Non sic de motu cœli; quia ipse non est mensura suiipsius, ideò licet sciatur principium eius, non cognoscitur finis: nam non est aliud per quod mensuretur, nisi diuina voluntas, cui omnia subduntur; at illa nobis est occulta, ideò finis motus cœli, & finis seculi etiam nobis ignotus sit oportet. Scitè Horat. od. 29. lib. 3.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.

Antithesim nostram alia adhuc ratione planam faciamus, scilicet similitudinibus ex ipsius S. scripturæ penetralibus desumptis, quæ contestantur hunc diem vltimum omnibus fore incertum, planeque occultum; vt sit autē idem præcognitum ac inopinatum, veram inuoluere contradictionem nemo sani cerebri negauerit. Varia ergò ad huius incertitudinis euidentiā exēpla Christus & script. proponit. *Incertitudo huius diei probatur ex varijs similitudinibus sacræ scripturæ.*

Primò inundationis exemplum: *Sicut autē in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis,* Vt ergò ante diluuium erat incertitudo de futuro diluuio per aquam, ita ante iudicium generale erit incertitudo de diluuio futuro per ignem, & de iudicio generali. Testatur id Ioel Propheta, cap. 3. *Reddam vicissitudinem vobis, citò, velociter.* Et Malachias Proph. capit. 3. *Et acce-* *Exemplū inundationis. Matt. 24.*

accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox super maleficos, & super adulteros. Addit *velox*, quia ex inopinato eius aduentu iudicium erit celerrimum, quod tamen à malis putabitur tardissimum.

Exemplũ furis. 1.*Thess.* 5. 2.*Pet.* 3. *Apoc.* 3. & 16. Secundò, furis exemplum. D. Paulus, D. Petrus, & B. Ioannes in Apocalypsi, qui omnes diem Domini, vt furem occultò atq; improuisò venturum prædicauerunt.

Exemplũ laquei. *Luc.* 21. Tertiò, laquei similitudine idipsum declaratur: *Attendite*, ait Christus, *ne superueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ:* vt enim auis liberè per campos volitans, in laqueum, de quo minimè suspicabatur, incidit; sic terrenis hominibus rerum inconstantium affectione depressis, adueniet dies ille repentinus.

Nec est quod quis miretur, si Dominus noster Iesus Christus tam frequenter, & tam seriò nos ad præparationem nouissimi diei hortetur, statim enim ea die præ foribus erunt tempus & locus, in quo nihil gratiæ, nihil misericordiæ, sperare poterit peccator. Præsto erit iudicium illud nouissimum, in quo, teste B. Paulo 2.Cor.5. *omnes stabimus ante tribunal Iesu Christi*, suam sententiam tam boni, quam mali audituri.

Exemplũ fulguris. *Matt.* 24. Quod subitò & ex improuiso sit venturus ad iudicium Christus, aliâ fulguris similitudine significatur: *sicut fulgur exit ab oriente ad occidentem, &c.* Fulgur enim licet per aerē moueatur,

ueatur, non tamen successiuè apparet, sed subitò cùm gignitur per totum horizontem eius hemisphærij, in quo excitatur, oculis spectantiũ obijcitur. Ita planè Christus subitò ad iudiciũ veniet,& hominib.erit manifestus, nã insigni apparatu & summa veniet maiestate.

Adferuntur & à Christo duo alia exempla: Vnum de patrefamilias, *qui non sineret perfodi domum suam, si sciret, qua hora fur veniret.* Alterum de seruo patrisfamilias, de quo sic ait Lucæ 12. *Si autem dixerit malus seruus ille, moram facit Dominus meus venire,* & post pauca: *Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat.* Huius incertitudinis congruentiam insinuat Christus, cum ait: *Vigilate ergò, quia non scitis quando dominus domus veniet.*

Exẽplum partisfamilias.

Exẽplum serui patrisfamilias.

Congruẽtia huius incertitudinis.

Ad incertitudinem etiam hanc confirmandam D. Paulus prægnãtis exemplum adducit: *Cum enim dixerint pax, & securitas,* inquit, *tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habenti, & non effugient.* Licet enim prægnans mulier signis quibusdam sciat, sibi tẽpus parturitionis haud procul abesse, certam tamen diem & horã partus prorsus ignorat. Vnde sæpiusculè contingit, vt subitò dolor in vtero suboriatur, & parturire incipiat, cũ tamẽ longius ad pariendum sibi tempus promitteret: Sic mundi consummationem certò affuturam scimus, eius tamen horam ignoramus.

Exemplũ prægnantis.

1. *Thess.* 5.

D. Aug. idem senectutis similitudine demonstrat, vt superius meminimus. Vnde B. Lucas: *Non veniet regnum Dei cum obseruatione.*

Exemplũ senectutis.

His

His igitur exemplis apertissimè illius nouissimi diei inexpectatus aduentus comprobatur. Cuius causa hæc esse conuincitur: nimirum vt attendamus, vt vigilemus, vt parati simus. Si enim terminum vel vitæ nostræ, vel huius mundi notum haberemus & perspectum, fortassis aliud tempus voluptati, & aliud pœnitentiæ impenderemus. Immò, vel propagatione, ipsum pœnitentiæ tempus negligeremus, morte, vel die supremo præuenti, vt aliàs copiosius disseruimus. Tantò igitur diligentius ac indesinentius & ad mortem, & ad tremendum Dei iudicium nos disponere debemus ac præparare, quãtò minus definitum mortis finisque mundi tempus agnoscimus. Et quia diem ignoramus vltimum, omnes vt suspectos studiosè obseruemus, necesse est.

Porrò incertitudo finis mundi potest & adhuc aliâ viâ suaderi: nam finietur mundus completo electorum numero, iustis siquidẽ propter verbum Dei interfectis, & de iudicij morâ conquerentibus dictum est Apoc. 6. *Adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. At numerus electorum*, vt loquitur B. Gregor. lib. 1. mor. c. 5. *in superna fœlicitate collocandus, soli Deo cognitus est.* quippè hic numerus si primam prædefinitionem spectes, & electionem, ex sola Dei voluntate pendet, & omnem rationis captum transcendit, vt per se liquidò constat. Et licet numerus cognosceretur, adhuc esset incertum, quanto

esset

esset tempore implendus.

Nec his obstat quod B. Aug. in ench. c. 36. videatur asserere sanctos Angelos cognoscere totum numerum electorum: nam etsi demus ita esse, tamen non infertur eis tempus durationis mundi perspicuum esse: cum *de die illa nemo sciat, neque Angeli.*

Origenes in illum locum Iosue: *Stet sol super Gabaon, & luna super vallem Elom,* vt compleri debeat hic electorum numerus, doctè sic commentatur: *Volumus, inquit, si possumus, ostendere, quomodo Dominus noster Iesus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diem, vel pro salute hominum, vel pro interitu contrariarũ virtutũ. Ex quo aduenit Saluator finis iam erat mundi. nã dicebat ipse: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: sed retinuit, & repreßit diẽ consummationis, & adesse prohibuit. Videns enim Deus pater salutem gentium per ipsum solum posse constare, dicit ad eum: Pete à me, & dabo tibi gentes hareditatem tuam, & posseßionem tuã terminos terra. Donec ergò paterna pollicitatio compleatur, & Ecclesia ex diuersis nationibus crescat, atq; introeat tota gentium plenitudo, vt tunc demũ omnis Israel saluetur, dies producitur, & differtur occasus. Nec vnquam sol occumbit, sed semper exoritur, dum credentium cordibus Sol iustitia lumen veritatis infundit; cùm verò repleta fuerit mensura credentium, & deterior iam ac decolor atas vltima generationis aduenerit, cum increscente iniquitate refrigescet charitas multorum, & perpauci remanserint, in quibus fides inueniatur, tunc iã* Psal. 2.

abbreuiabuntur dies. Hæc, & plura ibi Origen.

Ex quibus satis fit euidens consummationem seculi non futuram, donec plenitudo gẽtium introierit, & donec prædicatum fuerit euangelium in toto mũdo, ac proinde frustra in annis calculandis se torquet humanum ingenium: nam quomodo illud quod à mera Dei voluntate pendet, & partim ab humana, cum numerum electorum oporteat prius adimpleri, potest præcognosci, ac definitè prænunciari?

Deus & merita, & numerum electorũ ab omni æternitate præordinauit.

Sanè sicut Deus ordinauit in sua prædestinatione electorum numerum, ita quantum meritorum numerum debeat esse per totã Ecclesiam, tam in capite Christo, quam in membris, ab æterno prædefiniuit. Merita autẽ hæc præcipuè sunt, passiones Sanctorum. Infinita quippè sunt capitis merita; quilibet vero sanctus secundum suam mensuram aliqua exhibet merita, iuxta illud: *Adimpleo quæ desunt passionum Christi.* Hoc est, totius ecclesiæ, cuius caput est Christus. Adimpleo, inquam, videlicet mensuram meam addendo. Hinc glossa: *Passiones adhuc desunt, eò quod paritoria meritorum Ecclesiæ non est plena, nec adimplebitur, nisi cum seculum fuerit finitum.*

Coloss. 1.

Cùm igitur prædestinatorũ numerus quãtus sit, non solum ratione certã, sed neq; probabili coniectura nobis non constet, non potest etiam à nobis cognosci an finis mundi lõgè vel propè absit.

Quod præsciri non potest dies illa nouissima,

ſima, vel hinc etiam manifeſtum eſt, quod in iudicio vltimo motus corporum cœleſtium ceſſare debeat. Hoc teſtatur B. Ioan. Apoc. 10. *Iurauit*, inquit, *Angelus per viuentem in ſecula ſeculorum, quia tempus non erit amplius*; Ac proinde nec motus, cum tempus ſit menſura motus. Ceſſante verò motu primi mobilis, etiam ceſſent oportet alij motus, alterationes, generationes & corruptiones: vt enim quieſcente in horologio primariâ rotâ, quieſcunt & aliæ omnes, quæ à motu illius primo dependent; ſic ſtante primi cœli rotâ, omnes alij motus, qui ab illo vim ſuã ſortiuntur, etiam ſtent neceſſe eſt. Cæterum operæpretiũ fuerit hic obſeruare triplicem de hoc motu eſſe opinionẽ: vna eſt Philoſophorum, qui aſſerunt motum cœli perpetuò duraturum, ſed hæc opinio fidei, & Chriſtianæ veritati repugnat: nam mundus iſte, vt omnibus in profeſſo eſt, à Deo propter homines formatus eſt, ſtatum verò mutabilitatis propter generationẽ eſſe, quæ generatio hominis præcipuè eſt, cùm & cætera propter hominem generentur: cuiq; conie͡cto eſt exploratiſſimum. Durabit igitur ſtatus iſte, inconcuſſuſq; manebit, tam diu, quãdiu debuerint homines generari. At Deus non intendit generationẽ hominum, niſi propter electos, qui ſunt in numero certo à Deo præfiniti: qui cum completi fuerint, complebitur & ceſſabit omnium hominum generatio, ac totus ceſſabit iſte ſtatus mutabilitatis, cuius principium eſt motus cœli: igitur nõ erit perpetuus, vt volunt Philoſophi.

Alia ratio ex ceſſatione motus cœleſtis.

Triplex de ceſſatione motus cœleſtis opinio.

1. Opinio.

Cõpleto electorũ numero, ceſſabit ſtatus mutabilitatis.

2. Opinio.

Secunda opinio est eorum, qui dicunt cessaturum quidem cœli motum, sed naturaliter, opinio hæc facilè reijcitur: quia omne corpus, quod naturaliter mouetur, & naturaliter quiescit, locum habet, ad quem naturaliter moueatur, & in quo naturaliter quiescat, ita vt ab illo, non nisi per violentiam, recedat: nullus autem talis locus potest assignari corpori cœlesti; quia non est magis naturalis soli accessus ad punctum Orientis, quam ab eo recessus: Motus ergo cœli quia non est totaliter naturalis, non poterit totaliter terminari ad quietem, licet terminetur.

Motus cœlorum nō cessabit naturaliter.

3. Opinio.

Atq; hinc sequitur tertia opinio, eaq; vera nimirum, quod motus cœli cessabit post resurrectionem, in illa mundi innouatione, non quidem ex aliqua causa naturali, sed diuina voluntate: & ratio est, quia sicut corpora cælestia, non mouentur ex aliqua necessitate naturali, quasi à principio aliquo hoc exigente, sed ex Dei voluntate, ad horum inferiorum conseruationem, & generationem: ita ex Dei voluntate, sine vlla naturali exigentia moueri desistēt quando ex motu eorum nulla promanauerit vtilitas. Primum patet: quia non est aliqua naturalis necessitas ad motus cœli ex parte corporis cœli, vt dictum est, vnde non mouetur, nisi quia intelligentiæ mouent corpora ipsa, Deo volente, & causa motus est ad generationem & corruptionem in his inferioribus.

Motus cœlestis cessabit diuina voluntate.

Motus cœli non est ex aliqua necessitate naturali.

Vult autem Dominus Deus nunc generationem

tionem hanc & corruptionem, quandiu hominis conſeruatio in iſto ſtatu ei placet, firmã permanere & ſtabilem. At aliquando complebitur iſta, ſcilicet impleto electorum numero, ideo tunc volet Deus generatio & corruptio in his rebus ſublunaribus ſuperſedeat, & ex conſequenti etiam ceſſet motus cœli, & ſic motus cœli, vbi Deo fuerit collubitum, intermittetur penitus.

Cum igitur hæc motus vacatio quam habebit cœlum ſecundum fidem noſtram, ſolo imperio Dei omnia gubernantis, fieri debeat, & non cauſa naturali, fit vt ab homine nullo modo præcognoſci poſſit, quando tandem motus ille ſuo donabitur termino, & ex conſequenti fit eos penitus errore circumueniri, qui de mundi fine certò quidpiam præſumũt definire: ſimul enim erit reſurrectio illa generalis, & motus cœli finis. Ex motu autem cœli, vt dictum eſt, non poteſt cognoſci finis eius, quia cum ſit circularis, hoc ipſo habet, quod ſecundum naturam ſuam in perpetuum poſsit durare: ſublatâ igitur præſcientia quietis cœli, nihil poteſt determinatè de reſurrectione corporum prænuntiari. Ex dictis quam vanum ſit noſtri Calculatoris commentum, nemo niſi cœcus non diſcernit.

ANTITHESIS DECIMA.

Vt conſummationis dies ab intellectu creato præſciri non poteſt; ſic nec proceſſus,

vel ordo rerum, quæ in illo die euenient, liquidò potest præcognosci.

QVandoquidem hactenus disseruimus de his quæ secundum Christi aduentũ præcedent, & de signis quæ in ipso mundi fine & occasu fient, superest vt dicamus de iudicio ipso, formaq; ac modo quo transigendum est. Hoc siquidem nos facturos promisimus.

Præclarè D. August. *Resurrectionem*, ait lib. 20. de ciuit. cap. 20. *mortuorum futuram esse quando Christus venturus est viuos iudicaturus & mortuos, oportet si Christiani esse volumus, vt credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra si quemadmodum futura sit perfectè cõprehendere non valemus: nam quando sit futurũ quod nunc pro nostræ ratiunculæ viribus vtcumque conijcimus, tunc potius erit vt nosse possimus.* Hæc Aug.

Sed & pro comperto habetur aduentum Christi Iudicis non esse futurum ante ipsummet tempus, vel diem, in quo peragendum est iudicium. Vnde hęc duo ferè semper in scripturâ coniunguntur, & apud Matth. c. 25. dicitur: *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit, super sedem maiestatis suæ, &c.* Nulla igitur aut breuissima intercedet mora inter Iudicis aduentum, & ipsam iudicij inchoationem.

Præterea ex scriptura & consensu totius ecclesiæ tam Christi aduentum, quam iudiciũ futurum esse in extremo tempore, seu die durationis mundi, notius est quam vt hic dici debeat. Vnde fit, vt quæstio de tempore iudicij de

cij & aduentus Christi coniuncta sit cũ quæstione de duratione & consummatione seculi.

Nec Christi dumtaxat aduentum ad iudicium, sed ignem etiam ante faciem eius, Archãgelũ, tubæ clangorem, mortuorũ resurrectionem, Angelorũ ministeria, Iustorum occursũ venienti in aera, impiorum separationem, & gemitum, omnium viuorum & mortuorum examen, sententiam Iudicis irretractabilem, quâ boni cælo, mali in inferno perpetuò detineantur, certissima hęc omnia fide tenemus, quia ipsum Dei verbum hæc testatum esse scimus, quomodo tamen hæc ipsa fiant, quo etiam ordine inter se compleantur, nobis non penitus est exploratum, nec enim de ijs perspicua sunt nobis scripturæ testimonia. Vnde cum B. Aug. 20. de ciuit. Dei cap. 30. omnia enumerasset quæ futura sunt in die iudicij, concludit his verbis: *Quæ omnia quidem ventura esse credendũ est, sed quibus modis & quo ordine veniãt, magis tũc docebit rerũ experiẽtia, quã nũc valet consequi ad perfectã hominũ intelligẽtiã.*

QVOMODO IGNIS HORRENDVS aduentantem Dominum sit præcessurus.

VIdetur tamen hic processus futurus: nimirum vt omnium illorum terribiliũ signorũ, quę prædicãtur futura proxima iudicio, vltimũ ignis sit, qui faciẽ iã descendẽtis iudicis præeat, iuxta illud: *ignis ante ipsũ præcedet*. *Resolutoriè habetur*, inquit Viguerius, *quod vltimum signum aduentus erit ignis conflagratio, qui incipiet post mortem Antichristi 49. die-* *Psal 96.* *In suis in. stitut. ad Chri. rel. de iudicio generali.*

 bus,

Iam verò, vt aquæ diluuij non metaphoricæ, sed veræ ac naturales aquæ fuerunt, sic ignis iste verus ignis futurus est. Adde quod nihil absurdi sequatur, si ignem istum verè naturalem futurum esse dicamus, & de tali ecclesiam esse interpretandam, quando de Christo venturo sic ait: *Qui venturus est iudicare seculum per ignem.*

Erit itaque hic ignis eiusdem naturæ cum igne inferni, nam ad eundem effectum mittetur, & vt instrumentum diuinæ iustitiæ assumetur. Vnde sicut ignis inferni corporeus est, eiusdemque rationis cum elementari, iuxta receptam fidei sententiam, ita dubium non est quin hic ignis futurus sit elementaris. Qui nõ ab ipso inferno, vt quidam asseuerarunt, diuina virtute reuocabitur, sed è superiori regione, vt testatur Lactantius lib. 7. cap. 19. demittetur.

Et quamuis verum sit, quod ait Augustinus 20. de ciuit. cap. 16. neminem posse scire, vnde generandus sit hic ignis, tamen probabiliter dicitur eum esse diuina virtute procreandum, vel applicando actiua passiuis, vel solo Christi imperio: Nam, vt sentiunt quidam, diuina virtute non solum ignis qui est in sphæra sua, sed etiã omnes ignes qui in terra, & super terram sunt, ad mundi conflagrationem concurrent: cum siquidem propter peccata hominum in hoc mundo illa pars, quæ est in vsu hominum, fuerit polluta & infecta, & sic ad gloriæ susceptionem non sit idonea,

Kk 5 pur-

purgatione eget. Hinc Apostolus; *Praterit e-nim figura huius mundi.* 1. Cor. 7. vbi sic glossa: *Pulchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit*. Alij autumant ipsum ignem subitò in terra generatum iri ex nimia vaporum & exhalationum exundãtia. Et hoc etiam probabiliter.

De tempore etiam quo ignis hic venturus est discrepantes sunt DD. sententiæ. Arbitrãtur plerique quod ignis hic iudicis aduentum sit præcessurus, idque paulò ante, quam generali morte homines extinguantur. Aliqui finito iudicio affuturum docent, alij verò post resurrectionem vniuersalem venturum existimãt. Hęc opinionum diuersitas, ex diuersis ipsius ignis effectibus, quos diuersis temporibus producet, promanasse videtur, atque sic opiniones istæ omnes veræ esse possont. Primo namque ignis iste iudicem præcedet: *ignis ante ipsum pracedet*, ait Psalmista. Deinde vbi iam Iudex ad vallẽ Iosaphat aduenerit, circũdabit impios in terra, & tantisper durabit dum cõpletum fuerit iudicium. Tertio latâ sententia damnatos flammis inuoluet, & in inferos corruentes cõcomitabitur: Quarto mixta omnia consumet & depopulabitur. Quinto elementa purgabit, mundumq; renouabit. Et quia diuersis tẽporibus hi producentur effectus, hinc de aduentu eius tot tamque dissentientes sententiæ.

Sed in quem finem hic ignis? Vt damnatis dicunt nonnulli timorem inijciat ac pænæ

fessus, quam sunt perpessuri, initium quoddã, & gustum præbeat. Vt enim beati statim à mortuis excitati corporis gloriosi dotibus perfruentur: ita damnati vt primũ resurgent, illico hoc igne excruciabuntur, iuxta illud: *Deus manifestè veniet, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Et illud: *Ignis ante ipsũ præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius.* Et hæc probabilis est sentẽtia.

Alij arbitrantur ignem istum venturum ad probandum homines iam à morte resuscitatos, simulque ad separandos bonos à malis. Sic Lactantius: *Quorum peccata vel pondere vel numero præualuerunt, perstringentur igni, atque comburentur: quos autem plena iustitia, & maturitas virtutum incoxerit, ignẽ illum non sentiẽt: habent enim aliquid in se Dei, quod vim flammæ repellat ac reijciat. Tanta vis est innocentiæ, vt ab ea ignis ille recedat innoxius, qui accipiet à Deo hanc potestatem, vt impios vrat, iustis obtemperet.* Eiusdem sententiæ fuit Origines hom. 14. in Lucam vbi ait: *nemo absq; sordibus resurgere poterit.* His adstipulantur S. Hilarius in Psa. 118. & S. Ambrosius in psal. 49. Lact. lib. 7. cap. 21.

Quod si illi omnes iustos purgatione arbitrantur indigere, planè à veritatis scopo aberrant: nam B. Virgo, infantes baptizati, & quicumque ante admissum peccatum mortui sunt, Martyres, alijque iusti, qui pro suis peccatis satisfecerunt, nulla neque ante, neque post resurrectionem purgatione indigent.

S. Antoninus p. 4. tit. 14. c. 11. §. 3. existimat huncignem consumpturum quotquot adhuc Christo ad iudicium veniente, in viuis supererunt, iustosque purgaturum, si qua veniali adhuc labe contaminati sint, pro qua nódum satisfecerint. Igitur iuxta hanc sententiam ignis hic non tantum venientem iudicem antecedet, sed mortem etiam hominum, ac generalem resurrectionem præcurret.

Et licet hæc sententia non possit falsitatis argui, nec. n. impossibilis est, nec vtrũ ita futurũ sit aut nõ, reuelatione habetur perspicuũ, parum tamen firmo videtur niti fundamento: quippè multi tunc ex hac vita abripientur, quibus non erit necessaria purgatio, nec credibile est eos viuos esse igne absumendos, vt Richardus, & Scholasticorum plerique 42. distinctione docuerunt: nam quod alij dixerunt diuinitus efficiendum esse, vt viui sine sensus dolore comburantur, quâ facilitate dicitur, reijci potest, hoc siquidem miraculum est sine fundamento excogitatum.

Adhæc, iustos qui viui in die iudicij reperientur, non esse igne concremandos, aut in cineres resoluendos, consentiens est DD. sententia. Poterunt etiam tunc iusti macula venialis culpę adspersi, vel in hac vita tribulationibus ablui, vel post hanc vitam igne purgatorij, etiàm morâ breuissima, expurgari.

Sunt etiam qui dicant hunc ignem requiri, vt purgetur ac purificetur mundus. Duo includit hæc sententia, nimirum mundum igne con-

conflagrationis purgandum esse & renouandum,& hoc omnibus in confesso est. Deinde hanc purificationem & conflagrationem mũdi futuram esse ante iudicis aduentum, vel etiam ante hominum resurrectionem,ac sonitum tubæ homines ad iudicium excitantis. Huic sententiæ adstipulantur Beda de ration. temp.c.63. D.Tho.in 4. dist. 47.q.2.ar.3. Durand.q.3.Palud.q.1.Richard.art.12.q.4 & 5.& alij, quæ admodum ob tantorum auctoritatẽ probabilis est.

Nihilominus censent alij probabilius, hũc purgationis effectum, non antecessurum, sed subsecuturum iudicium, nec esse necessarium vt ob hanc rationem ignis aliquis iudicis aduentum præcedat. Hanc sententiam amplectitur S.Aug.20.de ciuit.c.30.Bonau.in 4.dist. 47.art.2.q.5.Ansel.in elucid.Prosper in dimi. temp.cap.19.& 20.& alij.

Ex dictis palàm fit,quos ignis iste effectus sit habiturus. Dicunt nonnulli illum quatuor ignium perfuncturum officio,ignis nimirum infernalis, ad reproborum punitionem, attestante Propheta: *Ignis in conspectu eius exardescet,& in circuitu eius tempestas valida.* & rursus: *Ignis antè ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius* Idquod & D. Apostolorum princeps Petrus videtur innuere, dicens: *Cœli qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij,& perditionis impiorum hominum.*

Deinde fungetur ignis ille officio ignis pur-

purgatorij, ad bonorum à venialibus purgationem: sicque purgati dicturi sunt: *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Cæterum hic obiter obseruandum vt exponi debeant Ambr. Hieron. & Hilarius & alij PP. dum asserunt omnes iustos per ignem esse purgandos, aut probandos vel examinandos: quippe aliud est, probari igne, aliud purgari: nam ille *probatur* igne, cuius innocentia ignis testimonio ostenditur, hoc modo tres pueri Babylone dicuntur igne probati: nam in camnio ignis eorum fides probata est: & religio, quamuis ipsi purgati non fuerint. Iuxta illud: *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.*

At ille dicitur purgari qui à macula aliqua purificatur. Sancti ergo PP. non sentiunt omnes sanctos esse purgandos, sed interdũ significant esse probandos per ignem iudicij, qui non attinget eos, sed eorum sanctitatem & iustitiam contestabitur.

Rursus ignis ille exhibebit officiũ ignis terrestris, ad vegetabiliũ & sensibiliũ cõsummationẽ, ac corporũ defunctorũ incinerationẽ.

Postremò ignis ille habebit officium ignis elementalis, ad elementorum innouationem. purgabit siquidem elementa, virtutẽ exterioris formę expellẽdo, & mundũ prorsus innouando. Ab igne præscindet vim combustilem, ab aere obscuritatem, ab aqua glacialem frigiditatem, à terra ponderositatem & opacitatẽ. Sed ad ea quę instituti nostri sunt reuertamur.

DE ARCHANGELO ET TVBA Dominum præcedente in secundo aduentu.

VT aduentum Christi sit ignis validus & admirabilis præcessurus, diximus, ordo nunc exigit vt de ipso Archangelo, qui Dominum Iesum magis imminentem & præsentem, quam venientē antecedet, etiam aliquid in mediū proferamus. Sed B. Apostolū de ipso loquētē audiamus: *Hoc vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui sunt in Christo resurgent primi.* 1. Thess. 4.

Cæterum quæri solet quis Angelorū futurus sit Archangelus iste? Respondent quidam futurum S. Michaelem Archangelum illū, qui & quondam cum Dracone pugnauit, eumque cælo deturbauit. Quē Propheta vocat vnū de Apoc. 12. Principibus primis, quem & Principem & cu- Isa. 14. stodem ecclesiæ nominat, qui tempore nouis- Dan. 10. simi diei surrecturus sit, & staturus pro filijs populi Domini, cum saluabitur omnis qui inuentus fuerit in libro conscriptus.

Cui quidem Archangelo Michaeli Dominus Iesus imperio suo edicet, vt voce clangoreq; tubæ, quæ & tuba Dei dicitur, mortuos à morte ad resurrectionē & vitā excitet, *Canet enim tuba*, ait Paulus 1. Cor. 15. *& mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur.* Per

Per tubam hanc procul dubio euidens aliquod & præclarum signum intelligi debet, quod diuinæ voluntatis dispositione dabitur, quo Archangelus tanquam voce sua clarâ & intelligibili, non secus atque tuba quadam mortuis omnibus proclamabit, vt à mortuis resurgant, & ad iudicium omni postposita mora veniant. Per tubam rectè intelligi vocem angelicam, argumento est Dauid, de Domini in cœlos ascensione loquens, Psalm. 46. *Et ascendit*, ait, *Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ.* Vtique eorum Angelorum, qui dicebant ad discipulos: *Viri Galilæi, quid admiramini adspicientes in cœlum?*

Et rectè vox angelica tubæ comparatur: nam vt tubâ illa argenteâ, quam Moyses Domino præcipiente fecerat, populus ad consilium, ad solennitatem diei, & ad prælium conuocabatur: sic Domino sub nouissimum huius seculi diei veniente, mortui ad consilium iudicij, & ad prælium excitabuntur. Quo in prælio totum terrarum orbem, omnes creaturas, ipse Dominus potens in prælio, contra malos & insensatos aduersarios suos armabit, eos debellabit, ac ad voraginem detrudet infernalem. Bonos verò & rectos ad patriam illam cœlestem subuehet & sublimabit.

Psal. 23.

Neque his obstat illud Ioann. 5. *Veniet hora, in qua omnes qui sunt in monumentis, audient vocem filij Dei.* nam qui per alium loquitur, vel facit, videtur ipse fecisse; quique imperat facere, fecisse, quod fit, intelligitur ipse. Sic rectè dicitur

dicitur eum audire Dominum Iesum, qui audit ab Apostolo, vel prædicāre, ipso Domino dicente, *Qui vos audit me audit: &c.* fungũtur equidem Christi legationibus Apostoli & Euangelistæ. Eodem modo S. Michaele Archangelo iussu Domini in voce tubę mortuos ad resurrectionem & iudicium vocante, videtur ipse Christus vocare, præsertim cum sit Angelus ille magni consilij, angelorumque Princeps.

Cum dicimus Archangelum non excludimus alios Angelos, Archangelo subiectos, qui cum ipso venturi sunt, cineres mortuorum collecturi, ad iudicium mortuos suscitaturi, eosque ad locum iudicij delaturi, terroremq; terribili voce, incussurij. Nam, ipso Christo attestante, tunc venturi sunt Angeli qui *cum tuba & voce magna congregaturi sunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.* *Isa. 9.* *Matt. 24.*

Sed quid prolaturus est Archangelus ipse voce sua angelica? Respondet supremus ipse Iudex: *Ecce sponsus venit exite obuiam ei:* Et Isaias Propheta: *Dominus ad iudicium venit:* q. d. exurgite mortui de sepulchris vestris, venite & occurrite ad iudicium redemptori, & Domino vestro de vniuersa vestra vita rationem reddituri: Igitur illud D. Hieron. voce terribili & horrenda conclamabunt: *Surgite mortui venite ad iudicium.* *Matt. 25.* *Isa. 3.*

QVOMODO ET QVO IN LOCO mortui sint resurrecturi.

1\. Cor. 4. Angelica voce qua ad iudicium mortui conuocabuntur finitâ, statim fiet vniuersalis mortuorum resurrectio, & dicto citius omnipotentis verbi virtute resurgent in suo quisq; loco, vt affirmet Apostolus eam in momento fermè, & in ictu oculi futuram.

Est autem resurrectio, eius quod cecidit iterata surrectio: quia verò per mortem corpus dumtaxat cadit & moritur, ipsa verò anima omnis est interitus expers, cõsequens vt mortui resurrectio aliud non sit, quam animæ ad corpus reuersio, consequentiq; ratione resurrectio corporis haud aliud sit, quã corporis demortui, siue cadaueris reuiuiscentia. resurgere non est aliud, D. Augustino teste, quam reuiuiscere, hoc est, ex morte ad vitam redire.

Et quia corpus dumtaxat moritur, ideò corpus solummodo per animę in ipsũ reuersionẽ reniuiscit. Huic est quod ecclesia sancta in articulo nouissimæ resurrectionis ita confitetur: *Credo carnis resurrrectionem.* Resurgent autẽ tã boni quã mali incorrupti & integri, corpore videlicet, sine aliqua membrorũ diminutione, in debita statura, *secundã mensurã ætatis plenitudinis Christi*, id est, in ea ætate ad quam Christũ peruenisse cognouimus. At boni dũtaxat in gloriã immortalitatis immutabũtur.

Resurgent tã boni, quam mali, nulla in eis existente differentia, quantum ad ordinem temporis, non tamen quantum ad ordinem dignitatis. Nam mali resurgent deformes & passibiles, immò tam ignominiosa erunt pecca-

catorum corpora, vt animas resumente ipsas, timor sit correpturus & horror. In bonis autem natura seruabitur,& vitia auferentur, ac erunt corpora eorū septies clariora ipso sole in mundo existente. Quantò siquidem repro- *Isa.30.* borum crimina fuerint detestabiliora,&execrabiliora, tanto eorum corpora deformiora erunt & fœdiora. Sic plus vel minus fulgebūt beatorum corpora, quo plura, vel pauciora eorum fuerint merita.

Tam pij itaque quam impij Angelorum ministerio rediuiui apparebunt, sic Isaias: *Viuent mortui tui Domine, interfecti mei resurgent.* *Cap.26.* *Expergiscimini & laudate, qui habitatis in puluere. Qui dormiunt in terræ puluere,* ait Daniel, *euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium sempiternum.* *Dani.12.* Et apertius Ezechiel. 37. *Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & viuetis, & ego intromittam in vos spiritum & viuetis, & dabo super vos neruos, carnes & cutem.* Stat & ipsius increatæ veritatis firmissimum proloquium: *Nolite mirari hæc, quia venit hora in qua* *Ioan.5.* *omnes qui in monumento sunt, audient vocem filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij.*

Congregabunt autē Angeli electos à quatuor ventis, in vallem Iosaphat, vbi congregandæ sunt omnes gentes ante filium hominis, qui descendens de cœlo iudicaturus viuos & mortuos clarus apparebit, *Iudicij locus.*

atque terribilis, vt fulgur totum mundum fulgore suo percellens.

Hoc iudicium futurum in valle Iosaphat, qui medius interiacet inter Ierosolymitanam vrbem, & montem Oliueti S. Thom. in 4. dist. 48. q. 1. art. 4. Alber. eadem art. 8. Palud. d. 47. q. 1. a. 1. & communiter cum illo alij omnes Theologi, existimant, cuius opinionis fundameutum sumpserunt ex Prophetia Ioelis cap. 3. dicentis: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis.* Et paulò post: *Consurgant, & ascendãt gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu.*

Et quamuis huic sententiæ aliqui refragentur, vt glossa ordinaria, quæ expositionem illius loci friuolam vocat & puerilem, Magister sententiarum d. 48. Alexander Alen. 3. p. q. 25. memb. 2. & Anselmus in Elucid. vbi per *vallem* interpretatur terram, quæ respectu cęli vallis dicitur, vnde negant aliqui aliquam esse *vallem Iosaphat*, dicuntque *vallem Iosophat* aliud nihil esse, quam vallem iudicij Domini, nam *Iosaphat*, iudicium Domini significat. Nihilominus non est à communi, & recepta sententia recedendum.

Cæterum quando dicitur Christus iudicaturus omnes gentes in valle Iosaphat, non ita intelligendum est, quasi Christus Dominus noster in terram sit descensurus, & in eius superficie thronum suum collocaturus: nam expresse dicit S. Paulus iustos resuscitatos rapiendos

1. ad Thess. 4.

piendos in aera obuiam Christo ; vt hinc instruamur, Christum iudicem futurum in aere supra ipsam *vallem Iosaphat*.

Conueniens quippè est, Iudicem locum occupare eminentiorem, tum propter maiestatem suam, tum etiam vt ab omnibus videri possit, & audiri. Atque ita reprobi solum in terra remanebunt. Omnes autem sancti tam Angeli, quam homines à terra in altum erigentur & subleuabuntur. Ab ipso siquidem instanti resurrectionis eorum corpora gloriosa erunt, nec terræ loco egebunt, cui innitátur. Decet etiam, vt per illud breue tempus damnatis hominibus non permisceantur, sed honoratior illis locus, & iudici vicinior assignetur. Soli reprobi in terra manebunt.

Obijciet quis si ita est, quomodo verum erit illud Matth. 25. *Statuet oues à dextris suis, hados autem à sinistris?* dicendum more scripturæ, *dextram & sinistram*, significare fælicitatis, & infælicitatis, honoris, vel abiectionis locum. Hinc Hilarius in can. 28. *in dextra*, inquit, *ac sinistra collocans vnumquemq; digna aut bonitatis, aut malitiæ sede constituet*. Apertius Anselmus Matth. 25. sic exponit: *A dextris*, id est, *in æterna beatitudine: à sinistris*, id est, *in æterna miseria*. Et hanc expositionem sequuntur Scholastici frequentius.

Rursus circa ea, quæ de loco iudicij dicta sunt, exurgit difficultas, nimirum quomodo tot homines, qui fuerunt, sunt & erunt, poterunt in illa valle *Iosaphat* contineri, cum vix

latitudine sit mediæ leucæ? Respondeo eos etiam loca vallis Iosaphat contigua & vicina occupaturos. Quoniam verò vallis Iosaphat principalis erit locus iudicij, supra quem stabit Iudicis thronus, hinc est quod iudicium in valle Iosaphat dicatur esse futurum. Tātus verò erit Iudicis splendor, tamque vox intensa, vt à remotissimis etiam quam facillimè videri possit & audiri.

Non igitur oportet fingere illa corpora penetratiuè futura esse in minori loco, quam natura rei postulet, quia nulla est necessitas, nullum fundamentum huius miraculi. Adde quod ignis conflagrationis æquabit omnia, & ideo sufficiens erit locus. Deinde boni erunt in aere, vt dictum est, damnati in terra, nec erunt longè lateque dispersi, sed instar halecum in vase compressarum, & sale conditarum coacti, & coadunati.

Cur Deus vallem Iosaphat iudicio destināsit.

Causæ verò ob quas Deus hunc locum iudicio futuro destinauit, hæ possunt assignari. Nempè quod hic locus vicinus sit ciuitati Ierosolymitanæ, vbi Christus pro nobis supplicia pertulit: vicinus mōti oliuarum, ex quo in cælum ascendit: vicinus & proximus monti caluariæ, in quo patibulo crucis affixus est. Adhæc circa vallem hanc Christus salutē nostram operatus est. Vt igitur bonis hic locus occasio erit gratias diuinæ maiestati agendi pro Christi sanguine ibidem effuso, & sanctissimæ illius passionis meritis; sic peccatoribus, qui sacratissimæ illius passionis, ac mor-

tis Christi fructum neglexerunt,ac contempserunt,maximæ erit confusionis occasio. Denique æquum est vt eo in loco Christus vniuerso mundo gloriam maiestatis, suæque potentiæ magnitudinem manifestet,in quo tãtis opprobrijs affectus est,& contumelijs.

DE CRVCE, QVAE APPAREbit in cælo Christo ad iudicium adueniente.

VExillum sanctæ crucis, sub extremo iudicio appariturũ, ipse Dominus noster Iesus Christus apud S. Matthæum prædixit: Matth.24. *Tunc apparebit signum filij hominis in cælo,& tunc plangent omnes tribus terræ & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.* Hoc autem signo crucem Christi significari SS.PP. tam Græci,quam Latini consentientibus animis asseuerant, quibus calculum addit S. Mater ecclesia: *Hoc signum crucis*, ait, *erit in cælo cũ Dominus ad iudicandum venerit*,quippe signum verum Christi & proprium crux est.

Causam cur sit hoc signum appariturũ indicat B.Augustinus in illũ locum Matthæi.*Vt agnoscant*,inquit,*consiliũ iniquitatis suæ, qui Dominũ maiestatis crucifixerunt,videntes accusatorẽ suum*,id est,*ipsam crucẽ,& in ipso arguẽte cognoscent peccatũ suũ.Serò & frustra fatebuntur impiã cæcitatẽ.*Nec dubiũ quin ad conspectum huius signi S. Crucis subito timore & tremore sint prosternendi,quotquot eius inimici ac contẽptores extitêre. Hoc innuit S. Matthæus. *Et tunc*,ait, *plangent omnes tribus terræ.*

Contra iusti gaudio perfundentur indicibili, dum eorũ obtutibus obijcietur crux, cuius amatores fuerunt vt pote per quam redẽpti, ac supremo sunt numini reconciliati. Hoc pulchrè B. Ephrem lib. de vera pœnit cap. 3. sic exprimit. *Sancta crux rursus in consummatione seculi, cum secundus illuxerit Domini saluatoris aduentus, primo cum gloria ingenti, & Angelicorum exercituum infinita multitudine apparebit in cælo; inimicos quidem terrens ac vexans: fideles autem illuminans atque lætificans, aduentumque cælestis imperatoris annuncians*. Inspectius hic quædam sunt perquirenda.

Primo quænam hæc crux futura sit & cuius materiæ. Existimant aliqui eandem ipsam futuram crucem cui suffixus est Christus & in quâ mortuus: ducunt enim fore (omnibus eiusdem particulis quæ vltrò citroque sunt dispersæ, in sese collectis & compactis) in die iudicij reformandam, in cęlisque leuandam, & coram Christo ad iudicium veniente deferẽdam, ita Waldensis tom. 3. de sacram. tit. 20. c. 158. Et Sybilla lib. 6. in fine sic vaticinata est.

O lignum fælix, in quo Deus ipse pependit,
Nec te terra capit: sed cæli tecta videbis
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

At huic sententiæ non suffragatur Augustinus loco iam citato, vbi dicit fore vt crux videatur de longinquo cum tanto splendore, vt ad eius pręsentiam neq; sol, neq; luna videri possit. Et cum crux illa in qua passus est Dominus noster admodum exigua fuerit & obscura,

ſcura, miraculis opus eſt multis, vt ipſa ab omnibus cõſpiciatur, mundumq; vniuerſum ſuo ſplendore colluſtret. Præterea neque S. ſcriptura, neque eccleſia aſſerit eandem crucem ex ligno futuram, ſed appariturum dumtaxat ſignum Chriſti in cælo, quod ſi crucis effigiem exprimat, poterit & crux appellari, etiamſi ex alia ſit conflata materia.

Hinc nonnulli affirmant eam crucem ex aere lucu̇lentiſſimo formandam eſſe, vt ob magnitudinem & ſplendorem ſuum facile ab omnibus queat videri. Huius ſentẽtiæ probabilis ſunt S. Anſelm. in ſuo elucid. Antoninus in 4. ſent. diſt. 48. q. 1. art. 2. ad 2. Abulenſis, Ianſenius & plures alij ſuper 24. caput Matthæi: Quocirca hæc ſententia antiquis Patribus conformior videtur & facilior, ne ſcilicet ſine fundamento & ſine iuſta neceſſitate miracula multiplicentur.

Secundo inueſtigandum eſt quo tempore hæc crux futura ſit. Arbitrantur nonnulli eã ante Chriſti aduentum ad iudicium apparituram, non diu poſt mortem Antichriſti, quando Sol & luna obſcurabuntur. Illorũ hæc eſt ratio, quia Matthæus aiunt, hæc omnia ſigna coniungit dicens: *Statim poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo.* Vnde S. Clemens lib. 7. ſuarũ conſt. primo loco ponit mortẽ Antichriſti, ſecũdo apparationem ſanctæ crucis, tertiò ſonitũ tubarum, quarto reſurrectionẽ, quinto aduentum

De consummatione mūdi. iudicis. Hunc ordinem approbat Hyppolitus, hac addita ratione, *quia Antichristus fidelibus signū crucis vsurpare prohibebit, cōtra verò suo charactere vti commendabit*. Quare post eius mortē apparebit signum crucis, partim in signum victoriæ Christi, partim etiā vt per illam homines ad pœnitentiam reducantur. At hoc incertū est, quia ex ordine enarrationis euangelicæ nihil certi haberi potest: nam etsi signa illa simul enumerentur, non tamen sequitur ea simul & eodem tempora futura.

Alij opinantur crucē in ipso iudicij die apparituram, quâ apparente simul etiā Iudex apparebit. Sic Anselmus in suo elucid. vbi dicit crucem futurā instar vexilli, quod Imperatori præfertur. *Sicut* inquit, *Imperator ingressurus ciuitatem, corona eius, & alia insignia praferuntur, per qua aduentus eius cognoscitur: Ita Christus in ea forma quâ ascendit cum ordinibus omnibus Angelorum, ad iudicium veniens, Angeli crucem eius ferentes praibunt*. In hanc sententiā pedibus eūt Ephrem, Cyrill. Ierosolym. Chry. August. & omnes qui asserunt hanc crucē esse deferendā ante conspectū Christi descendentis. Et tamdiu in aere visibilem permansuram, quamdiu iudicium durauerit.

Tertiò quanto tēpore hæc crux in aere sit permansura, discutiendum. SS. PP. asserunt tātisper permansuram donec completum fuerit iudicium. Et rationi consonum videtur, cum enim quasi vexillum sit iudicis, æquum est, vt tamdiu perduret, quamdiu Iudex in exercendo iudicio occupabitur. Quar-

Quartò & vltimò quæritur quomodo hęc crux apparebit? Resp. duobus modis fieri potest hæc apparitio, primò vt in aere appareat, firmiterq; subsistat, deinde, vt seu iudicis vexillum ab Angelo quopiam portetur ante iudicem per aera vsque ad locum iudicij, & hic modus videtur probabilior.

Non desunt, qui dicant etiã cum ipsa cruce alia passionis instrumẽta esse apparitura. ita S. Tho. opusc.2. cap. 244. Viguerius cap.21 §. 2. ver.6. refert aliquos asserere futurũ, vt omnia simul passionis instrumẽta ab Angelis portẽtur ante Christum venientem ad iudicium. At nihil certi de his aut ex reuelatione, aut ex scriptura vel traditione habetur.

DE MAIESTATE, ET GLORIA in qua Christus hunc mundum iudicaturus aduenict.

EXterior gloriæ Christi apparatus, & externa maiestatis signa quæ in suo ad iudicium aduentu exhibebit, sic in scripturâ proponuntur: *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate.* Et cap. 25. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli cum eo; tunc sedebit super sedem maiestatis suæ.* Et cap. 26. *Videbunt filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Ex quibus plures circumstantiæ colligi possunt quibus maiestas & gloria huius aduentus exprimitur. Matt 24. 25. & 26.

Pri-

Primò iussu diuino & Angelorum ministerio multæ clarissimę ac splendidissimę nubes congregabuntur, ex quibus artificiosus quidam thronus cōflabitur, in quo sedeat Iudex. Tam autem splendida, ac stupenda huiusce throni claritas, & gloriosi corporis Christi splendor affulgebit, vt iustis delectationem sit allaturus non mediocrem, reprobis verò horrorem maximum incussurus.

Deinde veniet *cum virtute multa*, hoc est, in aduentu eius multa in signum imperij, & diuinæ eius potentiæ, veluti tonitrua, terræ motus, sonitus tubarum, aliaque similia exhibebuntur, iuxta illud 1. Reg.2. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super illos in cœlis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ.*

Tertiò, veniet cum multo Angelorum satellitio, *Venient*, ait Matthæus, *omnes Angeli cū eo*. Et S. Iudas in canonica sua epistola: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudiciū contra omnes, & arguere omnes impios.*

An verò Angeli in propria sua spirituali substantia, an verò assumptis corporibus venturi sint, dubium est. Et licet hac de re nullū in sacris literis certum habeatur testimonium, verisimile tamen est, eos corpora splendida ac gratiosa assumpturos. Cum siquidem secūdus hic Christi aduentus sensibilis sit futurus, simulque pompa & externus eiusdem apparatus, signa item passionis ipsum Iudicem præcedentia sensibilia futura sint, æquum pariter est vt ministri Iudicis, & qui eundem concomi-

mi-

mitabuntur, aſſumptis corporibus in forma ſenſibili appareant.

Adhæc cum in aſcenſione Domini Angeli in forma iuuenum candidè veſtitorum apparuerint, veriſimile etiam eſt in extremo iudicio eos in forma humana & ſplendido veſtitu apparituros.

Cum tali igitur pompa Iudex noſter venturus eſt, nimirum omnium Angelorum ſtipatus comitatu, nubi lucidiſſimæ inſidens, paulatimque cum ſuo apparatu deſcendens, vt in cœlum aſcendit, & ſignum viuificum omnibus obijciens. Qui ſimulatque ad locum iudicij peruenerit cum maieſtate maxima, ſedebit in throno iuxta illud Apoc. 20. *Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum.* Et Matth. 25. *Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.* Prius tamen cœlorum extrema iam tranſgreſſo Domino, & ad aeris noſtri regionem appropinquanti, iuſti omnes qui erunt miniſterio Angelorum congregati, tam ij qui reuixerunt, quam qui reſidui in carne ſunt, ſimul rapientur ab ijſdem in nubibus obuiam Chriſto, atque in ipſo raptu morte citiſſima immutabuntur, vt ſic ſemper cum Domino ſint.

Et tunc fiet ſeparatio illa hœdorum ab ouibus, in quâ qui gemitus futuri ſint infœliciũ, quis dolor viſcera ipſa dirumpens, patet ex eo, quod ingemiſcentes exclamabunt illud Sap. 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.* Et illud Euangelicum: *Montes cadite ſuper*

nos,

nos, & colles operite nos.

Et tandem sequetur metuenda illa Iudicis sententia, qua dicetur reprobis: *Ite; venite* probis. *Hæc omnia ventura esse* loquitur B. Aug. 20. de ciuit. Dei, c. 30. *credendum est. sed quibus modis, & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerũ experientia, quam nunc valet consequi ad perfectam hominum intelligentiam.*

ANTITHESIS VNDECIMA.

Vt dies consummationis seculi incertus est & occultus puræ creaturæ; sic nulli intellectui creato certum esse potest & indubitatum, num sub crepusculum, vel meridie, aut media nocte Christi ad iudicium sit futurus aduentus.

SCimus pro diuersis Orbis partibus simul & noctem, & meridiem, & auroram posse constitui; existentibus enim in Oriente, citius diem illucescere, quàm existentibus in Occidente, palàm est.

Pro hac Antithesi non sunt euidentia scripluræ testimonia. Et quamuis pro resolutione huius Antithesis perspicua non suppetant scripturæ testimonia, nec consentiens sit DD. sententia, dicemus tamen, quod verisimilius videbitur.

Aduentũ Domini quidam in meridie futurũ dicunt. Quidam in meridie futurum Christi aduentum scriptis prodiderunt: tunc siquidem venturus Iudex videtur, cum optima diei erit dispositio. Clarum autem est in meridie propter illuminationem solis maioré optimã esse.

Plæ-

Plærique SS. media nocte ad iudiciũ Christum venturum asserunt: nam in parabola de 10. virginibus, & de sponso aduentante dicitur: *Media nocte clamor factus est.* Præterea sicut Angelus Aegyptios quondam percutiens, media nocte transiuit, ita Christus ad interitum impiorum nocte media venturus est. Sic Cassiodorus in illud: *media nocte surgebam.* Hier. Matth. 25. Aug. lib. 83. quæst. in 57. Ambr. lib. 8. in Luc. circa illa verba: *In illa nocte erunt duo in lecto vno &c.* Chrys. ho. 79. in Matth. His subscribit Lact. lib. 7. cap. 19. *Tunc,* inquit, *aperietur cœlum intempesta & tenebrosa nocte, vt in orbe toto lumen descendentis Dei tanquam fulgur appareat.* Quod Sibylla his cecinit versibus: **Exod. 12.**

Cum venerit ille,

Ignis erit, mediaq; horrendæ in nocte tenebræ.

Et qui tenent Christum resurrexisse media nocte, idem affirmarẽt fortassis etiã de cęteris hominibus, nã hoc vtũtur nõnulli argumẽto.

Nonnulli serò futurum iudicium adstruunt, quia cum serò factum esset: *Dixit Dominus vineæ procuratori suo, &c.* **Alij serò.**

Alij manè, vt est apud Prophetam: *Manè iudicium suum dabit.* Soph. 1. **Nonnulli manè.**

His non obstantibus dicendum est, quod per certitudinem sciri non possit hora noctis, aut diei, quâ fiet iudicium. *Nam de die illa & hora nemo scit.* Quæ tamen nota esset, si media nocte, aut meridie, aut alia parte diei Christus venturus ad iudicium certò præsciretur. **Certò nõ potest sciri hora noctis aut diei in qua fiet iudiciũ.**

Cõclusio. In aurora creditur futura resurrectio.

Igitur verisimilius creditur resurrectionẽ mortuorum futuram esse in fine noctis, scilicet circa crepusculum matutinum, desinente nocte, & die incipiente; eo nimirum tempore quo dicitur Christus resurrexisse: Fuit enim Christi resurrectio resurrectionis nostræ, & causa, & exemplar. Hanc sententiam communiter sequuntur Theologi, in 4. dist. 43. D. Thom. Bonau. Richard. Durand. Paludan. Capreol. & alij. Est siquidem tempus lucis ipsi iudicio resurgentibus, vt nempè seipsos agnoscant, & gloriæ beatorum commodius, quamuis fulgor aduenientis Christi satis esse posset, vt resurrectionis gloria ab omnibus conspiceretur.

Motus cœli cessabit sole existente in oriẽte, & luna in occidente.

Deinde motus cessabit sole existente in horizonte orientali, & luna in horizonte occidentali, respectu illius loci, in quo fiet iudicium: quia in tali dispositione sol & luna creduntur fuisse creati. In illo autem instanti, in quo cessabit motus cœli, erit communis resurrectio mortuorum.

Quomodo possit dici quod resurrectio futura sit nocte.

Hinc conuenienter videtur posse dici, quod Domini aduentus nocte futurus sit, hoc est, missio illius ignis, qui omnia absumet, & prosternet; & statim in ipso matutino crepusculo tempus cessabit, fietque resurrectio, & ex consequenti iudicium, cum iudicium & resurrectio eadem hora futura sint.

Resurrectio futura die Dominica.

Cęterum creditur à quibusdam hęc resurrectio futura die Dominico, dicitur enim Genes. 1. *Factum est vespere & mane dies vnus.*

Dictus

Dictus est dies ille vnus, & non primus, ait Basilius in hexam. sub finem, *quod is dies postea nominandus esset Dominicus, & in eo efficienda esset, quæ à fidelibus expectatur resurrectio mortuorum futuraque consummatæ felicitatis nostræ adoptio, in quâ vnus erit perpetuus dies, sine noctis vicissitudine, vt tradit Ioannes in Apoc. c. 21.* Quemadmodum ergo primus mundi dies dominicus fuit: ita & Dominicus vltimus erit. Et concludit Anselmus resurrectionem nostram futuram in die paschatis, quod etiam prius dixerat Lactãtius, & significauit Macharius homilia 5. & 12. dicens: nostram resurrectionem futurã tempore Aprilis, quando omnia florere incipiunt.

Neque ijs, quæ de tempore aduentus Christi diximus, reclamat scriptura: nam dum variè de hac re loquitur, varias Iudicij generalis conditiones designat. Si in meridie aut de die venturus Iudex asseritur, non aliud significatur quam in illo Iudicio peccatorum omniũ futuram reserationem, & manifestationem. Vt sit scriptura intel'igẽda, dũ variè de tẽpore quo ad iudicium Christus venturus est, loquitur.

Vt enim in die luce adueniente omnia secreta produntur, sic veniente vera luce Christo, omnia patebunt occulta, omnia peccata quantumcumque secreta, coram toto mundo denudabuntur.

Reuelabo, ait, Dominus per Prophetã, *pudenda in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. & regnis ignominiam tuam.* Immò etiam scelera, vel peccata quæ iusti olim patrarunt, & per Dei clementiam pœnitentia legi-

 timâ

Cōclusio. In aurora creditur futura resurrectio. Igitur verisimilius creditur resurrectionē mortuorum futuram esse in fine noctis, scilicet circa crepusculum matutinum, desinente nocte, & die incipiente; eo nimirum tempore quo dicitur Christus resurrexisse: Fuit enim Christi resurrectio resurrectionis nostræ, & causa, & exemplar. Hanc sententiam communiter sequuntur Theologi, in 4. dist. 43. D. Thom. Bonau. Richard. Durand. Paludan. Capreol. & alij. Est siquidem tempus lucis ipsi iudicio resurgentibus, vt nempè seipsos agnoscant, & gloriæ beatorum commodius, quamuis fulgor aduenientis Christi satis esse posset, vt resurrectionis gloria ab omnibus conspiceretur.

Motus cœli cessabit sole existente in oriēte, & luna in occidente. Deinde motus cessabit sole existente in horizonte orientali, & luna in horizonte occidentali, respectu illius loci, in quo fiet iudicium: quia in tali dispositione sol & luna creduntur fuisse creati. In illo autem instanti, in quo cessabit motus cœli, erit communis resurrectio mortuorum.

Quomodo possit dici quod resurrectio futura sit nocte. Hinc conuenienter videtur posse dici, quod Domini aduentus nocte futurus sit, hoc est, missio illius ignis, qui omnia absumet, & prosternet; & statim in ipso matutino crepusculo tempus cessabit, fietque resurrectio, & ex consequenti iudicium, cum iudicium & resurrectio eadem hora futura sint.

Resurrectio futura die Dominica. Cęterum creditur à quibusdam hęc resurrectio futura die Dominico, dicitur enim Genes. 1. *Factum est vespere & mane dies vnus.*

Dictus

Dictus est dies ille vnus, & non primus, ait Basilius in hexam. sub finem, *quod is dies postea nominandus esset Dominicus, & in eo efficienda esset, quæ à fidelibus expectatur resurrectio mortuorum futuraque consummatæ felicitatis nostræ adoptio, in quâ vnus erit perpetuus dies, sine noctis vicissitudine, vt tradit Ioannes in Apoc. c. 21.* Quemadmodum ergo primus mundi dies dominicus fuit: ita & Dominicus vltimus erit. Et concludit Anselmus resurrectionem nostram futuram in die paschatis, quod etiam prius dixerat Lactātius, & significauit Macharius homilia 5. & 12. dicens: nostram resurrectionem futuram tempore Aprilis, quando omnia florere incipiunt.

Neque ijs, quæ de tempore aduentus Christi diximus, reclamat scriptura: nam dum variè de hac re loquitur, varias Iudicij generalis conditiones designat. Si in meridie aut de die venturus Iudex asseritur, non aliud significatur quam in illo Iudicio peccatorum omniū futuram reserationem, & manifestationem. *Vt sit scriptura intelligēda, dū variè de tēpore quo ad iudicium Christus venturus est, loquitur.*

Vt enim in die luce adueniente omnia secreta produntur, sic veniente vera luce Christo, omnia patebunt occulta, omnia peccata quantumcumque secreta, coram toto mundo denudabuntur.

Reuelabo, ait, Dominus per Prophetā, *pudenda in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. & regnis ignominiam tuam.* Immò etiam scelera, vel peccata quæ iusti olim patrarunt, & per Dei clementiam pœnitentiā legi-

tante. Ita notarunt Theophyl. Anſelm. & alij Matth. 25. Satiſq; ſignificauit Paulus 1. Theſſ. 5. dicens: *Dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet: Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus.* Vbi etiam conſiderandum, in his locis in quibus fit noctis mētio, non eſſe ſermonem de hora reſurrectionis, ſed magis de hora mortis.

At quomodo tempus mediæ noctis poteſt intelligi, vbi virtutibus cœlorum commotis, neque ſol neque Luna vices tunc ſuas peragēt? Satis horrida nox illa erit, quæ cæleſtibus luminibus obſcuratis, totum terrarum orbem tenebris & caligine inuoluet.

Si ſerò ſcriptura futurum Iudicium aſſerit, meritorum ceſſationem indicat: quippè tempus non erit amplius pœnitendi & merendi.

Si manè venturus Iudex exprimitur, per hoc bonorum conſolatio denotatur.

ANTITHESIS DVODECIMA. & vltima.

Omnes, qui hactenus diem, annum, aut ſeculum mundo perituro ſtatuerunt, & definitè aſsignārunt, ignorantes, arrogantes, nugigerulos, mendaces, ridiculos comprobauit euentus.

QVamuis Dominus Deus, vtpotè vniuersorum iudex, sibi nouissimi temporis cognitionem reseruârit, eò tamen temeritatis deuecti sunt perplures, vt determinatum diē, aut annum mundo interituro præfigere non sint veriti, eaque docere conati, quæ prorsus ignorabant.

Qui de fine mundi determinatè sint locuti.

Ipsis Apostolorum temporibus Thessalonicenses verbis illis Pauli, 1. Thess. 4. *Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera*, permoti, mox futurum aduentum Domini rati sunt; quasi Paulo superstite futurus esset mundi finis, quod is se viuentem occursurum Domino narraret, & alibi diceret, se Apostolos nouissimos, &: *In quos fines seculorum deuenissent.*

1. Cor. 4.
1. Cor. 10.

Vt igitur eos ab ea opinione reuocaret, posteriorem ad Thessalo. epistolam scripsisse testantur Hier. in epist. ad Minerium, & Alex. Ansel. in 2. cap. 2. ad Thessal. in qua sic scribit: *Rogamus autem vos fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermone, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini.* Sic præproperam de die Domini futuro sententiam corrigit, vt nec reuelationem in hoc definiendo, locum habere velit, nec temporum supputationem; hanc enim vocat sermonem, illam spiritum; nec propriam doctrinam. Verū plurimi horū pa-

Nec reuelatio, nec supputatio tēporum, nec doctrina particularis hominis locū habet, cū determinate de seculi fine agitur.

parũ memores eò ſunt temeritatis progreſsi, vt diem,aut annum, quo conſummari debebat mundus, audacter ac definitè prænunciarint. Qui certũ annũ aut tempus iudicij præfinierunt.

Iudas quidam, vt teſtis eſt B. Hieronym. lib.de viris illuſt. ob ingentes clades, quibus exagitabatur mundus, arbitratus eſt, anno Chriſti ducenteſimo,& Antichriſtum venturum, & conſummationem ſæculi futuram. Idem Hieron. in 9. Daniel. aliam temerariam Apollinarij ſententiam de mundi duratione recenſet, quam rerum exitus falſam demonſtrauit.

Et B. Cyprianus lib.3. epiſt.1.de Lucio Epiſcopo loquens, *imminente*, inquit, *Antichriſto*, *paret ad prælium milites, non ſolum ſermonis & vocis incitamento, ſed fidei & virtutis exemplo.*

Tradit B. Aug.lib.18. de ciuit.cap.53.fuiſſe Paganos,qui,ex neſcio quo deorum reſponſo, collegerant Chriſtianam religionem ſolum duraturam annis 365. Quam etiam amentiam ſugillat S. Philaſtrius lib. de hæreſibus. Aug. loco iam citato refert, quoſdam fuiſſe, qui eò erroris adacti ſunt, vt exiſtimarent ab aſcenſione Domini vſque ad tempus vltimum 400. annos poſſe compleri,alios quingentos; alios etiam mille annos definiuiſſe, quibus completis mundus finiendus erat.

Lactantius lib.7.cap.25. diu.inſt. arbitratus eſt anno 500. à Chriſto exterminium mũdi futurum. *Omnis*, inquit, *expectatio non am-*

plus, quam 200. videtur annorum &c. Ipse autem vixit temporibus Cõstantini anno Christi 300.

Alij mundo duraturo mille annos præfinierunt, horum fundamentum fuerunt mille anni, de quibus B. Ioannes Apoc. 20. *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo &c.* Asserebãt etenim 1000. illos annos esse tempus determinatum, quod inter Christi passionẽ ac generalẽ resurrectionẽ decurrendũ erat, ita quod in illis tẽpus persecutionis Antichristi includeretur, & tẽpus, quo Satanas de carcere suo soluẽdus erat. At ridiculã fuisse hanc opinionẽ res ipsa comprobat; quia vltra mille annos iam 616. à Christi incarnatione effluxerunt; nec tamen adhuc filius ipse perditionis Antichristus, nisi in suis præambulonibus, in medium prodijt.

Anton. 4. Par tit. 14. cap. 11. §. 4.

Quidam cernentes hanc computationem non succedere, inceperunt computare mille annos, de quibus B. Ioannes: à tempore quo Syluester Papa alligauit Draconẽ in abyssum filo Canapino, conuerso Augusto Cõstantino ad fidẽ; tunc enim multum cessauit persecutio contra Ecclesiã, & exaltata est. At hoc contigit circa annũ Domini 300. cum tamen annus decurrens sit 1616. & sic etiam huius opinionis falsitas deprehenditur. Vt autem sint mille illi anni intelligendi, constat ex ijs quæ in priori huius tractatus parte, contra Chiliastas disputata sunt, Thesi scilicet 15.

Quo anno ligatum Satanam quidam arbitrentur.

Alij

Alij dixerunt quod tempus Ecclesiæ militantis præfigitur, & determinatur per illud, quod *Apoc.*12. dicitur de muliere amicta sole, Ecclesiam significante, quam in deserto Deus pascet diebus mille ducentis sexaginta: at opinionem hanc supra retudimus. Nimirum *Antithesi* 3.

Fuit etiam Episcopus quidam Florentinus, qui non indubitanter asseruit Antichristum natum fuisse anno 1105. ac proinde mundi finem instare, qua de causa à Paschali Pontifice Concilium 340. Episcoporum Florentiæ coactum est. **Platina in vita Paschalis secundi**

Nec hic silentij velo sunt contegẽdi Astronomi illi, qui (attestante Frid. Nausea in suo libel. de consummatione seculi,) anno Domini 1524. ob quasdam planetarum & signorum coniũctiones certò vaticinabantur mundum magna saltem sui ex parte diluuio periturum, vt nonnulli nauigijs, nonnulli montibus, nonnulli arcibus, nonnulli ædificijs altis, & varij varijs alijs modis sibi fuga consulere studuerint. Nec defuerunt alij, qui propter coniunctionem Saturni & Iouis factam anno 1044. in mense Iulij, in signo Cancri, & vsque ad annum 1048. terroribus mundum concutere moliti sunt, vt testatur Abulensis, in cap. 22. Matth. quæst. 231. legemque Christi finiendam asseruerunt, & ex consequenti sæculi interitum futurum. Duratura siquidem lex Christi est vsque ad finem sæculi iuxta il- **Varia Astronomorum de fine mundi cõmenta.**

illud Matth.28. *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi.*

Confutãtur Astrologi.

Sed suam temeritatem, & inscitiam prodiderunt. Cuius ratio est: quia corpora cœlestia non sunt signa rerum, nisi inquantum sunt causæ, & mensura esse illorum: quia sunt signa naturalia, oportet igitur sint causæ rei, vel causata à re: at corpora cœlestia, & motus eorum non sunt ab aliquo agente naturali: Hinc fit, vt si signa sint rerum, oporteat, sint signa in quantum sunt causæ earum. Vnde si super durationem legis diuinæ corpora cœlestia aliquid determinate præ-

Corpora cælestia non mouent voluntatē, nec in eã influunt: quia nullum corpus potest imprimere in rem incorpoream.

nunciarent, omnino deberent esse ipsius diuinæ legis causa. Quod falsum est, nam omnis legislatio ad libertatē arbitrij pertinet, in quá non influũt corpora cœlestia: Nullum enim corpus potest imprimere in rem incorporeá.

Vnde non potest recipi corporum cœlestium influentia, nisi in eo, quod est corporale, vel corporis impeditiuum. Liberum autē arbitrium purè spirituale est, quia non est corpus, nec pars corporis, nec virtus corporis organo alligata: sed aliquid pure immateriale. Itaque corpora cœlestia super liberum arbitrium, aut opera eius, inter quæ est Legislatio, nihil possũt designare. Et sic per corpora cœlestia non potest determinatè sciri, quãdo lex Christi finem sit habitura: Nam etsi causalitatem aliquam haberent super leges ab hominibus latas, non tamen habēt super legem à Deo datam, nempè super legem veterem aut no-

uam

uam, nec enim aliquid possunt super liberum arbitrium Dei eas instituentis: sicut igitur ignotus est finis sæculi, ita & finis legis.

Iam dictis Astronomis connumerandus est Arnoldus quidam, testante Mantuano, qui vaticinari voluit anno Christi 1355 ob conuẽtum trium planetarum superiorum in Aquario; vel anno 1464. ob connexionem supradictorum Saturni, & Iouis in piscibus venturũ Antichristum: sed iamdudum eius temeritatem tempora euicerunt. *lib. 3. de patientia cap. 29.*

Nonnulli asseruerunt tabulas Dionysij nõ debere iterari nisi ter, & sic secundum eos finis mundi esse debebat anno plus minus 1440. Hinc versiculi circumferebantur, vicemque adagionis subibant:

Post quadringentos mille Domini reor annos
Tunc Antichristus nascetur dæmone plenus.

Lepidum quid ibidem recenset Mantuanus, in hunc modum: *Iustiniani,* inquit, *tempore circumferebatur oraculum, quo dicebatur mundum cum prole sua periturum, cum ad Romanum imperium Africa rediisset, & cum eo tempore Belizario duce strenuè rem agente esset reuersus, putabatur in foribus adesse iudicium. Subpauidi omnes arrectis animis circumspectabant vnde conflagratio generalis erumperet.* Oraculũ ridiculũ.

In hac communi gentium, ac populorum trepidatione, ac tumultu, pugnæ cuiusdam repentinus euentus, cum summa omnium admiratione, penè ac risu declarauit oraculum: nam post receptam Africam, cum vellet Imperator liberare à Gothis

Italiam, ducem nomine Mundum ad praeclari id negotij misit cum exercitu, qui in ipsis Italiae faucibus contrà Gothos infœliciter pugnans, cum prole occisus est. Mox cum rumor increbuisset Mundũ ducem perijsse, vaticinio intellecto, timore iudicij functus est Mundus.

Ad recentiora properemus. Deus bone! quot ridicula commenta, quot fabulosæ de Antichristi aduentu, & mundi fine temporibus nostris leguntur & audiuntur vaticinationes? Nec mirum: vt enim eum delirare dicimus, qui annis ingrauescentibus iudicio minus potens effutit quæque inconsultè: sic mundus senio confectus, & velut contritus in errores sectas varias, fabulas, deliramẽta totus defluit & resoluitur.

Mundus quò fit senior, eò stolidior.

Cochlæus in actis Lutheri anno 1533. scribit vltimi seculi Luthericos Prophetas, tam constanter asseruisse illo anno affuturum extremum iudicij diem, immò, & ipsum in indiuiduo diem determinâsse, vt multi nec serere voluerint, nec arare.

Millies ipsi hæretici, & maximè Anabaptistæ, vt refert Florimundus in hæres. progressu, lib. 2. cap. 4. certo ac definito tempore iudicium futurum conclamârunt, illudque tanquam iam præsens adesset, trepidis mœstisq; animis expectârunt: verum sciolorum horum stupiditatem simul ac mendacitatem sola solis circumgyratio mundo prodidit exsibilandam.

Iucundam ibidem commemorat historiã.

Prædicautius quidam certam noctem, quâ Christus ad iudicium esset venturus, præfinierat, commentumque hoc suis subditis, vt oraculum, obstruserat, credunt illi, lineis, & candidis vestibus, quibus suam contestentur innocentiam, sese exornant, Montem à Prædicautio constitutum conscendunt, solo prosternuntur, manus eleuant & extendunt, oculos nunc in cœlum erigunt, nunc in terram demittunt, pectora tunsionibus crebris diuerberant, lachrymarum, singultuum ex imo pectore tractorum, eiulationum omnia plena, sicque noctem totam ducunt insomnem. Ecquid tandem? adhuc venturus est Christus ad iudicium. Quis non horum dementiam admiretur & obstupescat? vel potius quis ad horum ineptias risum tenere queat?

Nec in huic longè absimilem stultitiam stultus ille Tholosanus doctor Astrologus, de quo Florimundus, proruit, qui secundam alluuionem generalem futuram sibi certò persuadens, ad Noe exemplum arcam iussit fabricari: at serenitas eo ipso die, quo obtingere debuerat, exorta, hominis leuitatem mundo reliquit irridendam. *In suo Antichristo, cap. 7.*

Mirum est tantum Doctorem his potuisse deliramentis circumueniri, præsertim cum Dominus Deus mundum diluuio non periturum signo perpetuo, velut sigillo quodam confirmârit, ac Noemo promiserit. *Hoc est signum fœderis quod do inter me & vos. Arcũ meũ ponam in* *Gen. 9.*

Sic plures Aſtronomi dum volunt ſyderum motu coniunctionibus & varijs diſpoſitionibus futura prænunciare, quæ meræ Dei ter Opt. Max. ſubſunt voluntati, toti ſe mundo ridiculos exhibent, & obuenit quod de his & ſimilibus litterarum monumentis Diuus Thom. in 4. diſt. 44. conſignauit. *Omnes*, ait, *qui tempus prædictum, numerando voluerunt prænunciare, falsò loqui inuenti ſunt, quorum falſitas iam patet, & ſimiliter patebit falſitas illorum, qui adhuc computare non ceſſant.*

Nec hic ſilentij nube obtegere poſſum inane quorundam de mundi duratione cōmentum, quod S. Vincentius in epiſtola ad Benedictum Pontificem his verbis commemorat. *Secunda*, inquit, *eſt opinio dicentium tot annos futuros à natiuitate Chriſti vſque ad finem mundi, quot ſunt in pſalterio verſus: ita vt quilibet verſus pſalterij ſit vnius anni prophetia, & primus verſus, ſcilicet: Beatus vir qui non abijt, &c. ſit pro primo Chriſti anno prophetia, ſecundus pro ſecundo, & ſic deinceps.* at his nugis ſuperſedeamus. Plura eiuſmodi de fine mundi falſa auguria recenſuimus in priore huius tract. parte, & maximè theſi 3. 8. & 27.

Porrò ſi perplures Patres, quos propter eximiæ ſanctitatis, & doctrinæ præſtantiam admiramur, animaduertentes ſuorum temporum, vel improbitatem ac malitiam, vel magnitudinem atrocitatemque perſecutionum, Chriſtianos vrgentium, vel horrendas hæreticorum graſſationes, aut denique incendia

vr-

vrbium, bellorum procellas, ingentes terræ motus, cœli, aerisque, atque elementorum tetras ac funestas immutationes, imperiorum occasus, humani sanguinis humanas effusiones, in eam cogitationem metu & trepidatione tot tantorumq; malorum adducebantur, vtiam propè affuturum Antichristum, & finem seculi, vel pertimescerent, vel fortè crederent, non sunt aut leuitatis, aut falsitatis traducendi, vel quoquo modo linguæ virulentiâ contaminandi: nam sic opinati, aut locuti sunt, quod præsentia mala semper videantur atrociora: quorum intuitu timore propè consternebantur, ac alijs timorem, vt nimirum emergerent, & se ad frugem bonam, vt dicitur, reciperent, incutere & animo connitebantur, & prædicatione contendebant. Arbitrabantur etiam totum hoc tempus quod decurrit, vel breuissimam moram esse æternitati comparatum. Denique Dei iudicium in dies singulos magis atque magis appropinquare citra veritatis dispendium & dicere poterant, & proclamare, quod quidem scripturis familiare esse ac proprium, nemini eorum qui illas legerit, potest esse imperuium. In hanc sententiam conspirârunt Tertullianus lib. de fuga in pers. cap. 12. Cyprianus epis. 58. & 56. & 63. Basilius epist. 71. Chrysostomus homilia 33. in Ioannem. Ambrosius oratione in Satyrum fratrem. Gregorius lib. 4. epist. cap 72. & homil. in euang. Bernard. ser. 6. in psalm. 90. & alij.

Non sunt SS. PP. reprehendē-di aut subaccusandi qui vicinitatem ãduentus Antichristi, aut Christi prædicarunt.

Qua

Quæ Philoſophorũ de fine mundi fuerit ſententia, Bartholom. Sybilla in ſpec. per. qu. deca. 1. cap. 2 ſic enarrat: Sciendũ, inquit, quod omnes ferè Philoſophi, excepto Ariſtotele, concorditer conflagrationem & finem huius mundi confeſſi ſunt: in modo verò finis & termini, varij varia fuerunt opinati: nam Plato & Pythagoras poſuerunt hanc partem elementalem mundi, poſt triginta ſex mille annos ſolui debere. Atq; iterũ poſt cunctis eius repetitis partibus debere reformari. Opinio Platonis & Pythagoræ de fine mundi.

Rationem autem triginta ſex millium annorum, hanc aſſerunt eſſe: quod omnis diſpoſitio cœli & orbium cœleſtium, naturaliter tanto tempore finietur. Luna enim complet curſum ſuum vno menſe. Mercurius & Venus minori tempore vnius anni. Sol vno anno terminat motum ſuum. Mars duobus annis. Iupiter 12. Saturnus 30. Primum mobile, id eſt cœlum criſtallinum, terminat gyrum ſuum 24. horis. Cœlum autem ſtellatum, id eſt, firmamentum infra primum mobile, complet curſum ſuum triginta ſex mille annis. nam centum annis mouetur vno gradu, (vt dicunt Aſtronomi.) Annorũ 36000 millibus completur diſpoſitio orbiũ cœleſtium.

Aſſerunt ergò Plato & Pythagoras, quod mundus finietur & terminabitur, vbi omnes cœleſtes ſupradicti orbes curſus ſuos compleuerint. Et cum iterum virtute infuſa ſubſtantijs cœlorum, omnes cœli partes redierint ad ſuum locum primæ creationis, tunc, inquiunt, omnia generabilia & corruptibilia eadem

dem numero, quæ fuerunt virtute corporum cœlestium, reuertentur. Sed opinionem hanc D. August. & meritò confutat, certum enim est, quod à pura priuatione ad habitum non sit regressus. Vide Aug. de ciuit. lib. 12. cap. 13.

Opinio Empedoclis. *Aristoteles. 8 Phy. 1. Physs.*

Empedocles Agrigentinus, cum Anaxagora, dixerunt amicitia elementorum mundum fuisse solutum & infinities lite eorum, & dissonantiâ fore repetendum. Heraclytus, teste Philosopho, posuit ignem mundi principiū, & vt finis principio responderet, dixit eundem in igne terminandum.

lib. natur. quæst.

Seneca dixit arsuram esse terram naturaliter, cum vniuersa sydera conuenient in signo Cancri, scilicet in mense Iunij, ex concursu nimirum calidorum, & siccorum, sicut ex cō-iunctione Planetarum humidorum & frigidorum factum fuisse dicit diluuium tempore Noe, cum vniuersa sydera conuenerunt in Capricorno in mense Septembris.

Richard. in 4. sent. dist. 48 & alij.

Cæterum respondent Catholici, quod nec concursus humidorum & frigidorum fuerit causa necessaria diluuij tempore Noe, sed bene congrua; nec etiam causa termini mundi per ignem dispositio, siue concursus calidorū & siccorum erit causa necessaria, sed apta & idonea, nam ipsum ignem in fine sæculorum præcedet vehemens siccitas naturaliter generata, congrua igni producendo ad nutum Dei ad talem effectum.

Parum, quid de termino sæculorum censerint antiqui Philosophi, nos, qui Christo

nomen

nomen dedimus, sumus solliciti: Quid verò de ipso credere debeamus, sacras scripturas non humana industria, sed spiritus sancti instinctu conscriptas, ac deinde Theologos nostros simplicis veritatis assertores, consulamus.

Primò igitur constanter dicimus & confitemur, quod *Mundus transibit & concupiscentia eius. Quod cœlum & terra transibunt.* Quod mundi terminus non naturæ, sed spiritus sancti futurus sit effectus.

Opinio Catholicorum de fine mundi.
1. Ioa. 2.
Matt 24.
Mar 13.
Luc. 21.

Secundo asserimus, quod ignis conflagrationis, non sit ex concursu naturali calidorum & siccorum generandus, vt dixit Seneca: aut ex concursu ignium superiorum & inferiorum, vt voluerunt alij. Nec succendetur ignis ille ex reflectione radiorum solarium in corporibus terrestribus naturaliter solidis: sicut fit ex reflectione solis ad speculum concauum & propinquum. Nec ex relaxatione sphæræ ignis, quæ virtute cœli detinetur, sed ignis ille voluntate Dei & virtute procreabitur. Qui sicut in principio mundi, humanum genus aquarum diluuio assumpsit, vt ardorem concupiscentiæ & luxuriæ purgaret, ita iterum mundum igne destruet, contra frigus malitiæ, & auaritiæ charitati repugnans, & sic contrarijs fiet mundi purgatio.

Ignis cōflagrationis virtute & voluntate diuina excitabitur.

Tertiò & vltimo, vt hunc tandem tractatum sua coronide claudamus, & ne tempus,

Nō potest sciri finis mundi. quod auolat, ijs quæ sunt euidentissima diluendis, insumamus & disperdamus, certum est, & indubitatum, quod exacta finis seculi certitudo haberi non possit. Scitè D. Thom. de potentia q.5.art.6. *Finis mundi cum à pura Dei voluntate dependeat, naturali cognitione sciri non potest.* Imò, vt hoc addamus, nec scriptura aut reuelatione, & hactenus plus satis hoc à nobis comprobatum est: nam auctoritatum, rationum argumentorū, coniecturarum, quibus Calculator ad suum dogma stabiliendum vtebatur, confutatione, nouissimi diei incertitudinē edocuimus, ac conuicimus. Vt in eos, qui tentârunt, vel modo audaci præsumptione tentant, sub definitis, ac certis temporibus finem sæculorum coarctare; quadrare videatur illud Ezechiel. 13. *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.*

Verè hi falsi Augures nihil vident, quomodo id videant quod adeò occultum est, vt ne ipsis quidem summis Spiritibus compertum sit? Hos meritò, vt ridiculos explodit scriptura, dum ait: *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos:* nam solius est nôsse futura Dei: Et maximè tempora, & momenta, quæ posuit in sua potestate.

Dei solius est nosse futura. *Isai.* 41.

Ne igitur ea quæ nobis altiora sunt curiosius scrutemur Addiscamus, vt alias rectè docuit B. Aug. Epistola 80. ad Hesychium, hominem tam de fine mundi, quam de nouissi-

ma vitæ ſuæ periodo debere ſollicitum eſſe: Imminet enim cuique noſtrum Iudicium certum, dies incerta: Quod de generali ad omnes aduentu ſuo Chriſtus admonet, de particulari ad ſingulos vult etiam intelligi. D. Aug. præclarè hac de re tractantem audiamus: *In quo, ait, quemque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouiſſimus dies: quoniam qualis in die iſto quis moritur, talis in die illo iudicabitur: Ac peruigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. Imparatum inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit ſua vitæ huius vltimus dies.*

Quomodo iudicij dies cuiq; breui ſit affuturus.

Tunc igitur nobis mundus hic præſens finitur, cum vita noſtra finitur, vt non immeritò dixerit B. Ioannes Apocaly. 20. *Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: In his ſecunda mors non habet poteſtatem.*

Nobis mundus finitur, cũ finitur vita.

Vtrumque quidem Iudicium horribile, vtrumque pertimeſcendum. Hebr. 10 *Horrendum*, ſiquidem, *eſt incidere in manus Dei viuentis*; Poteſt tamen particulare iudicium videri formidabilius; quod propinquius immineat, quod pericula ſingularia, ac propria plus timoris ſoleant, ac horroris incutere, quam generalia, atque communia; Quod denique, vt iam diximus, is, qui in particulari Iudicio ſententiam euaſerit damnationis, in nouiſſimo illo exactam habebit certitudinem ſuæ ſalutis.

Cur particulare iudicium ſit metuendum;

Itaque fœlices illi Luc.12. *Quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes*: *Vigilat*, vt verbis Greg. vtar, *Qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet, vigilat, qui seruat operando quod credit, vigilat, qui à se torporis, & negligentia tenebras repellit*. Ne scilicet eum imparatum Iudicis aduentus inueniat, sciens lignum ibi perpetuo mansurum, vbicumque ceciderit, Eccles.11. *siue ad austrum, siue ad Aquilonem*.

Ad quod nos magno verborum pondere admonet D. Aug. Epist.80. ad Hesy. his verbis. *Remoueamus*, ait, *seruum malum, qui dicens in corde suo, Moram faciet Dominus meus venire, dominatur conseruis suis, & ebriosis conuiuendo miscetur, Iste quippè proculdubio Domini sui odit aduentum*. Quo remoto tres alios statuamus ante oculos seruos, familiam Dominicam diligenter, sobrieque tractantes, aduentũ Domini sui sitienter desiderantes, vigilanter expectantes, fideliter amantes.

Tres, triũ seruorum fidelium, de aduẽtu Domini, discrepàtes opiniones.

Horum vnus dicit vigilemus, & oremus, quia citius venturus est Dominus: alter dicit vigilemus, & oremus, quia breuis & incerta est vita, quamuis tardius venturus sit Dominus. Tertius dicit vigilemus, & oremus, quia & breuis, & incerta est ista vita, & nescimus tempus quando venturus est Dominus. Euangelium dicit: Mar. 13. *Videte, vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit*. Obsecro quid aliud dicere audimus hunc tertium, quã quod dicere audimus Euangelium: Omnes quidem præ desiderio regni hoc volunt esse verum,

qui-

quod primus putat, sed hoc secundus negat, tertius verò se fatetur ignorare quis eorum veritatem attigit. Qui dicit Dominum citius esse venturum, Optabilius loquitur, sed periculosè fallitur. Qui autem dicit Dominum tardius esse venturum, & tamen credit, sperat, amat eius aduentum, profectò de celeritate eius etiamsi fallitur, fœliciter fallitur. Qui autem quod horum sit verum ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat, & talis diuinis scripturis, SS. PP. auctoritatibus, & toti antiquitati loquitur consentientius.

Qui dicit Dominũ citius venturum periculosius fallitur. Qui tardius Dominũ dicit venturum, fallitur, sed fœliciter. Qui neutrumdicit rectius loquitur.

Non dicat igitur Calculator, vel alius quispiam sicut primus, nimirum instare diem Domini, quia, vt ait Augustinus, *periculosè talis fallitur.* Si enim non ita euenerit, homines aduentum Domini non tardum, sed nullum existimaturi sunt, vt planius & copiosius in fine prioris huius tractatus parte, à nobis comprobatum est. Diem quidem Domini exoptare bonum est, vaticinationes tamen, quibus de eius certitudine prædefinitur & determinatur, prorsus sunt explodendæ. Quid enim potest, vel superbius, vel insanius cogitari, quam, vt rem, vel maximè occultam polliceantur nullius pretij homines, certam atque expeditam?

Confiteamur igitur nos ignorare, an cito, an tardè venturus sit Dominus, & ignorantes patienter, quod sciri non potest, sustinea-

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM,

QVAE IN DVABVS HVIVS TRActatus de consummatione mundi partibus continentur.

A.

Quar-

B.

E.

INDEX

Hære-

Qui

Sig[illegible]

T.

V.

FINIS INDICIS.

ADspIrante IesV ChrIsto, & beata VIrgIne MarIa.

NE BENIGNE LECTOR, OFfenso pede hunc tractatum decurras, errata quæ irrepsêre, sic corrige.

PAgina 11. linea vltima, pro illam lege illud. Pag. 16. lin. 24. pro dicit, lege dicitur Pag. 78. linea 25. pro Herachiliastica, lege Hexachiastica. Pag. 94. lin. 15. in fine, post duplex, adde, annorum computatio hebraica sc. &, Pag. 98. lin 22. & 24. pro quadringinta lege quadraginta. Pag. 100. l. 6. pro die lege duo, Pag. 138. l. 14. pro quarum lege quorum. Pag 155. l. vlt. pro denunciant lege denuncient. Pag 170 lin. 24. pro coniectura lege coniecturæ. Pag 193 lin. 14. post Christus adde veniet. Pag. 195. lin. 20. pro occupatus lege occupatas, Pag. 226. lin. 9. pro intelligendæ, lege intelligenda Pag 252. li. 2. pro genera lege genere. Pag 255. lin. 26. pro decennis lege decimus. Pag. 267. lin 24. pro inferis lege inficis. Pag. 332. lin. 11. pro augurij leg. tugurij Pag. 405. lin. 1. post atque, adde magis. Pag. 411. li. 16. pro præsagunt lege præsagiunt. Pag. 443. lin 24. pro discursum lege deorsum. Pag 460. lin. 11. pro pœnis lege peius. Pag. 477. linea 13. pro cognosceret pone cognoscet. Pagina 560. linea 2. pro latos pone datos. Cætera si quæ offendes, adeò sunt leuia, vt ea subnotare non sit necesse.